EXPEDITIO HISPANICA APOSTOLI S. JACOBI MAIORIS ASSERTA, & EX S. PAULO...

Manuel Caetano : de Sousa

EXPEDITIO
HISPANICA
APOSTOLI
S. JACOBI MAIORIS
ASSERTA:
TOMUS ALTER
COMPLECTENS
TRES APPENDICES AD PRIOREM TOMUM.

EXPEDITIO HISPANICA APOSTOLI S. JACOBI MAIORIS ASSERTA:

TOMUS ALTER COMPLECTENS TRES APPENDICES AD PRIOREM TOMUM,

NEMPE

I. *De Æde Cæsaraugustanâ à Columnâ dictâ, per Sanctum Jacobum constructâ.*

II. *De gravissimâ authoritate Breviarii Romani.*

III. *Syllogen Authorum omnium gentium, omniumque Ordinum, qui Expeditionem Hispanicam S. Jacobi Maioris asserunt. Quibus accessere Indices IV. utriusque tomi.*

AD AUGUSTISSIMUM LUSITANORUM REGEM

JOANNEM V.

AUTHORE

EMMANUELE CAIETANO SOUSA,

Clerico Regulari, Regiæ Maiestati à Consiliis, Bullæ Sanctæ Cruciatæ Pro-Commissario Generali Apostolico, & Regalis Academiæ Quinqueviro Censore.

ULYSSIPONE OCCIDENTALI,

Ex Prælo JOSEPHI ANTONII A' SYLVA,

Regiæ Academiæ Typographi.

M. DCC. XXXII.

Cum facultate Superiorum.

AUGUSTISSIMO PRINCIPI

JOANNI V.

LUSITANORUM REGI.

I*TERUM, Augustissime Domine, ad Regales sacræ Maiestatis tuæ pedes advolvor; singularia enim beneficia, quibus admirabilis Clementia tua me cumulare non cessat, semper novam, imò peren-*

nem

nem à me exigunt gratiarum actionem. Cùm verò olim mos fuerit laudatissimus tam Græcis, quàm Romanis, ut statuas dedicarent Principibus, à quibus fuerant beneficiis affecti, vehementer optarem tibi, Rex Maxime, & Beneficentissime, innumeris titulis promeritam statuam consecrare, si & id mihi per fortunæ conditionem liceret, & nostra tempora tulissent Lysippum, Phidiam, aut Polycletum, qui auro te ducerent Clementissimum, & Beneficentissimum Lusitanarum Gentium Jovem; sed quando nefas est mortali manui statuam effingere, quæ totam tanti Principis Maiestatem possit humanis oculis representare, pro tenuitate mea egerim, si in mei erga benignitatem tuam grati animi testimonium tibi consecraverim tria perparvula signa utcumque referentia totidem egregias virtutes tuas, Pietatem scilicet, Religionem, & Sapientiam, quibus omnes totius Orbis Principes antecellis, idque præstari velim triplici opusculo, quod hoc secundo operis mei volumine dedico Maiestati tuæ. Nam primum opusculum, sive Commentarius Historicus de ædificatione Cæsaraugustani Templi

à Co-

à Columna *nuncupati, quod antiquitate, totius Hispaniæ primum esse comprobatur, videtur adamussim representare Regiam Pietatem tuam,* Matri Admirabili *erigentem augustissimum Mafrense Templum, quod ab incredibili magnificentia, merito dici potest primum totius Hispaniæ; tanta est illius materiæ opulentia, tanta illius operis elegantia, ut neutra alteram superare posse videatur, & utraque amico fœdere conspiraverit ad efficiendum novum illud Orbis miraculum. Coluerint S. Jacobus Apostolus, Apostolicique Viri, Cœlestesque Genii* Matrem Admirabilem *in Templo Cæsaraugustano, id tamen solùm præstitêre per breve tempus, nempe dum illud ædificaretur; in Mafrensi verò Templo, quod tua Pietas erexit, colitur, colendaque perpetuò est Augustissima Virgo ab Apostolici spiritûs Viris Assisiatis Francisci Filiis Sanctissimum Parentem omnigenâ virtute perfectissimè imitantibus, in Deumque assiduè laudando Cœlestium Geniorum æmulis. Indiderit nomen Cæsaraugustanæ Ædi marmorea* Columna, *Mafrensi tamen Basilicæ nomen addit Co-*

lumna

lumna longè pretiosior, Thaumaturgus li cet Ulyssiponensis Antonius, qui ceu Colu immobilis, altissimæ paupertatis pondus c tra Elianum turbinem, coram Pontifice Ma ximo Gregorio IX. firmissimè propria vir tute sustentavit, gravissimus Regulæ Euan gelicæ vindex, & Franciscanæ Reipublica columen.

Secundum verò opusculum de G. issimá authoritate Breviarii Romani, quo re mum Numen noctu, diuque colitur, simu crum est, quod dedico summæ, & singular Religioni tuæ, quam semper divino cultu intentam mirantur universi.

In tertio denique opusculo, hoc est, i Sylloge Authorum omnium Gentium, & omnium disciplinarum, qui asseruēre Expe ditionem Hispanicam Sancti Jacobi, Tib offero imaginem omnigenæ Sapientiæ tuæ quam comparasti in Regni tui felicitatem evolvens diligenter selectissimos omnium dis ciplinarum libros undique conquisitos, qui bus abundat tua verè Regia, & certè mi rifica Bibliotheca. Illius, inquam, sapien tiæ, qua tuam Lusitaniam, totumque Or bem

bem erudiri ſtudes inſtitutâ Regali Academiâ, apertiſque pluribus lyceis, & liberaliter tributis præmiis cultoribus politioris literaturæ, quæ tam profanæ, quàm ſacræ eruditionis primum, & firmiſſimum fundamentum eſt.

Hæc tria ſigna, etſi, ut dixi, perparvula ſint, licètque non excedant Charitum numerum, teſtari nihilominus valebunt plurimas, & immortales gratias, quas Maieſtati tuæ ago, & ſi poſſem, referrem. Doleo tamen à me non fuiſſe tam affabrè elaborata, quam decebat ſimulacra tuarum virtutum, & non diù duratura eſſe, non enim ſcriptis meis promittere audeo diuturnitatem, ſed conſolor, imò & vehementer lætor, atque immortaliter gaudeo perſpiciens eaſdem ſtatuas, quas à gratis animis tibi erigi promereris à te ipſo abſolutiſſimè effici, eaſque nunquam fore interituras; libentiſſimè enim audis dicto pene divinæ mentis tuæ tibi aſſiduè ſuggerentis, quod olim Auguſto Cæſari Mæcenas (teſte Dione Caſſio lib. 52.) bene faciendo autem alias tibi ſtatuas in animis hominum nulli interitui obnoxias effice.

Unde

Unde & ego, Optime Princeps, & omnium beneficentissime Rex, tibi maximas agens gratias, & maiores habens post venerabunda oscula tuæ munificentissimæ dextræ tibi, meo, meorumque nomine gratulor de jam assecutâ eâ felicitate, quam eidem Augusto prædixit idem Mœcenas: Tibi enim universa terra templum erit, pro delubris omnes urbes, omnes homines pro statuis, quorum in animis semper cum gloria insidebis.

Emmanuel Caietanus Sousa, C. R.

LICENÇAS DA ACADEMIA REAL,

EXCELLENTISSIMOS SENHORES.

SÓ no grande corpo do livro, em tudo grande, que Vossas Excellencias me mandaõ censurar, poderia caber o grande espirito do seu Author, que tambem he grande em tudo; se os espiritos se medissem como os corpos, ainda era pequeno taõ vasto Volume, mas como naõ occupaõ lugar, ficou larga esta esféra de actividade para poder gyrar hum taõ illustre genio; e para que se verificasse o axioma de que os livros pequenos todos saõ alma, esta obra a todos os que a lerem parecerá breve pelo gosto com que, como a mim me sucedeo, a haõ de ler todos.

A importante questaõ da Vinda do Apostolo Santiago Mayor a Hespanha, que a Academia permittio, que se disputasse, se trata nesta Dissertaçaõ com taõ erudita doutrina, que parece, que o Catalogo dos Authores, que se lê no fim, serve mais de mostrar os muitos de que triunfa, do que os muitos, a que segue, porque sendo tantos, e taõ excellentes, esta obra excede às suas; e os que escreveraõ deste assumpto propriamente, e applicaraõ só a elle os seus estudos, veráõ escurecida a sua memoria, pois hum só Escritor achou tanto, que dizer de novo na mesma materia, e poderiaõ queixarse, se ao mesmo tempo naõ vissem illustrada a sua fama, authorizando-se com as suas allegaçoens, quem como Author da primeira classe, naõ necessitava de authoridades alheas, porque podia só por si fazer opiniaõ provavel.

Naõ

Naõ he menos achar, que dizer de novo no que tem eſcrito muitos, que o ſer primeiro em diſcorrer ſobre hum aſſumpto; e quando a imitaçaõ, a fidelidade das allegaçoens, a intelligencia dos textos, a refutaçaõ das objecçoens, a ordem methodica das materias, a combinaçaõ das antinomias, a obſervaçaõ Chronologica do tempo, genio, e parcialidade dos Authores, e do eſtylo dos ſeculos, ſaõ as partes eſſenciaes, que fazem eſtimaveis as Diſſertaçoens Filologicas, e Criticas, que ſerá quando ſe vê, como neſte livro ſe admira, muita novidade, ſem que a antiguidade ſe deſtrua, muita piedade, ſem que a verdade ſe offenda, e hum eſtylo ameno, ſem que a gravidade ſe humilhe? Só a impaciencia com que eſte livro foy deſejado, ſerá igual ao goſto com que ſerá recebido. Heſpanha, e Europa veraõ unidas as folhas, que ambicioſamente roubaraõ impreſſas, ainda antes que correſſem publicas, moſtrando, que baſtava para que ſahiſſem à luz, ſer eſcritas por quem ſabia luzir tanto, como as ſuas obras impreſſas acreditaõ, e as manuſcritas promettem.

Se eu tiveſſe declarado o nome do Reverendiſſimo Padre D. Manoel Caetano de Souſa, naõ poderia evitar o vicio da Oraçaõ, a que os Rhetoricos chamaõ Pleonaſmo, porque neſte nome ſabe o Mundo, que ſe illuſtra o dos outros Manoeis, de que tem eſcrito, ſeguindo virtuoſamente os Santos veſtigios do primeiro, e do mayor entre todos. No ſobrenome de Caetano moſtra quanto ſoube imitar o grande Fundador da Religiaõ, que profeſſa; e no appellido de Souſa naõ ſó dizia já os Reys de que por tantas linhas procede, mas o diſcretiſſimo pay, de que a memoria he igualmente precioſa nas Cortes, nos Tribunaes, e nas Academias de Portugal, e de Europa, que a de ſeu Illuſtriſſimo irmaõ, baſtando eſtas diffiniçoens para que ſe conheçaõ D. Fran-

ciſco

ciſco de Souſa do Conſelho de Eſtado, e D. Luiz de Souſa, Arcebiſpo de Braga.

Com eſte, e outros muitos trabalhos Academicos, com que o noſſo deſempenha na Academia Real o titulo de *Laborioſo*, que teve na Academia Portugueza, juſtifica com ElRey noſſo Protector a utilidade do projecto, a que devemos eſta glorioſa inſtituiçaõ; e aſſim me parece digniſſimo eſte livro de imprimirſe; e ſe a formalidade de Cenſor me permittiſſe a prevençaõ, de que a amizade me naõ faz ſuſpeitoſo na Cenſura, já teria uſado deſte preſervativo; e a naõ ſer o uſo deſtas approvaçoens, e o deſejo de que a lingua Portugueza ſe faça taõ univerſal em Europa, como as ſuas Conquiſtas nas outras tres partes do Mundo, naõ deixaria de publicar na lingua Latina, que devi à imitaçaõ, e aos preceitos deſte grande Meſtre em todas as faculdades hum beneficio, que ſó podia malograrſe nos meus mal applicados eſtudos. Lisboa Occidental, &c.

Conde da Ericeira.

EXCEL-

EXCELLENTISSIMOS SENHORES.

ESta obra, que Vossas Excellencias me mandaõ ver, a qual sem controversia he a mais copiosa, a mais exacta, e a mais bem escrita de todas as que se tem publicado sobre a Vinda de Santiago a Hespanha, he huma admiravel producçaõ das grandes letras, e incançavel applicaçaõ do Reverendissimo Padre D. Manoel Caetano de Sousa, hum dos dignissimos Censores da nossa Academia, e o Varaõ mais erudîto dos dous seculos em que tem vivido; e basta só hum nome taõ respeitado na Republica literaria de toda Europa, para a fazer superior a qualquer Censura, e incomparavelmente mayor, que todos os Elogios. E posso seguramente affirmar a Vossas Excellencias, que se a nossa Academia naõ fizesse apparecer no theatro do Mundo alguma outra obra, esta só seria bastante para lhe conciliar o respeito, e a veneraçaõ de todos os erudîtos; e me persuado, que se ElRey nosso Senhor tivesse instituido a Academia só para o fim de que se escrevesse este grande livro, seria aquella resoluçaõ certamente digna da sua alta providencia. Naõ sey, nem devo, nem posso dizer mais. Vossas Excellencias mandaráõ o que julgarem mais acertado. Lisboa, e Congregaçaõ do Oratorio, &c.

Antonio dos Reys.

O Dire-

O Director, e Censores da Academia Real da Historia Portugueza, mandaõ imprimir este livro, vistas as approvaçoens do dous Academicos, a que se commetteo o seu exame. Lisboa Occidental, &c.

O Marquez de Fronteira.
O Marquez de Abrantes.
O P. D. Manoel Caetano de Sousa.
O Marquez de Alegrete.
O Conde da Ericeira.
O Marquez Manoel Telles da Sylva.

PRO-

PROTESTATIO AUTHORIS.

CUM Sanctissimus D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii 1625. in S. Congregatione S. R. & universalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii an. 1634. quo *inhibuit imprimi hominum, qui sanctitate, seu martyrii fama celebres è vita migraverunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii; & quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata.* Idem autem Sanctissimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirum *non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam, benè tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quod iis nulla adsit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Authorum.* Huic Decreto, ejusque confirmationi, & declarationi observantia, & reverentia, qua par est, insistendo, profiteor, me haud alio sensu, quidquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent, quæ humana dumtaxat authoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

ELEN-

ELENCHUS
TITULORUM SECUNDI VOLUMINIS
Expeditionis Hiſpanicæ Apoſtoli Sancti Jacobi Maioris aſſertæ, & ex S. Paulo Apoſtolo confirmatæ.

Mater Admirabilis à S. Jacobo Maiori Cæſarauguſtano Templo culta,

COMMENTARIUS HISTORICUS, SEU
APPENDIX I.
Ad Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi aſſertam.

Cæsarau-

SYNTAGMA

De gravissima authoritate Breviarii Romani novissimè recogniti,

SEU

APPENDIX II.

Ad Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Maioris assertam.

SYLLOGE

SYLLOGE

Authorum omnium gentium, omniumque Ordinum, qui Expeditionem Hispanicam S. Jacobi Maioris asseruerunt.

SEU

APPENDIX III.

Ad Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Maioris assertam.

Caput

§. III.

***

PROPYLÆUM

AD TOMUM SECUNDUM EXPEDITIONIS Hiſpanicæ Apoſtoli Sancti Jacobi Maioris aſſertæ, & ex S. Paulo Apoſtolo confirmatæ.

QUI noverit eruditiſſimum Gallum Abbatem Lenglet du Freſnoy in Methodo ſtudendi Hiſtoriam, tomo 4. articulo 134. pagina 336. ſcripſiſſe duos eſſe in Hiſpania magni momenti articulos, quorum primus eſt Expeditio Hiſpanica Sancti Jacobi, ſecundus verò Apparitio MATRIS ADMIRABILIS, dum in vivis eſſet, ad ripam fluminis Iberi, ubi juſſit S. Jacobo Maiori, ut conſtrueret ſacellum Mariano nomini dedicandum, quod vulgò eſt à Columnâ nuncupatum, facilè contemnet leviſſimum judicium aſſerentium nihil noſtra intereſſe venerit-ne, an ſecus S. Jacobus in Hiſpaniam, aut Beatiſſima Virgo ad hanc Provinciam. Quorum ego cenſoriam virgam imprudenter pertimeſcens, in animum induxeram meum tenebris damnare primum hujus operis tomum, typis jam impreſſum anno 1727. neque à propoſito dimoverer, niſi aliud mihi ſuaſiſſet Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus D. Thomas de Almeida, Olyſſiponenſis Occidentalis Patriarcha Primus, qui me ad edendas prioris Voluminis promiſſas Appendices vehementer hortatus eſt. Quibus monitis acceſſit imperium Auguſtiſſimi Regis, mihi jubentis ut operi extremam imponerem manum, illudque totum in lucem ederem.

Qui autem perſpectum habuerit ipſum Abbatem Lenglet loco citato adnotaſſe Hiſpanos plures ſcripſiſſe tractatus pro illis duobus articulis propugnandis, quam pro ullo ex gravioribus Religionis noſtræ articulis, non mihi jure ſuccenſebit, pro ipſis duobus articulis duo tan-

tæ

tæ molis Volumina ſcripſiſſe, quando ii articuli ſummi ponderis ſunt apud Hiſpanos, qui norunt apud nos neceſſarium non eſſe de gravioribus Religionis articulis quidpiam exarare, nam ex patrocinio Beatiſſimæ Virginis Mariæ nobis è Cæſaraugustanâ Columnâ promiſſo confidimus Fidem Catholicam in Hiſpaniâ non eſſe interituram, cujus conſervationi aſſiduè invigilant in Hiſpaniâ Apoſtolici violatæ Religionis Judices.

Ut primo hujus operis tomo oſtendi S. Jacobum veniſſe in Hiſpaniam, dixique id probari monumento *Columnæ Cæſarauguſtanæ*, Authoritate Breviarii Romani, & teſtimonio Authorum omnium nationum; ſic in iſto ſecundo tomo ſuſcepi latiùs oſtendere firmitatem illius *Columnæ*, quod præſtat Appendix I. Palam facere pondus illius Breviarii, quod exhibet Appendix II. Producere ejuſmodi Authorum acies, quod facit Appendix III.

Cum primo tomo diſſipaviſſem nebulas, quas Adventui Sancti Jacobi in Hiſpaniam offuderat Neotericus Adverſarius in Diſſertatione Hiſtoricâ, Latinè ſcriptâ, prodiit ſecundum ejuſdem Authoris opus Luſitanè inſcriptum: *Voz da Verdade*, hoc eſt, Vox veritatis, in quo recoquens eandem crambem, nihil affert alicujus momenti, quod prius non ſcripſiſſet in Diſſertatione Latinâ, quodque à me non fuiſſet dilutum in Diſſertatione Hiſtorico-Critica, cui titulus eſt *Expeditio Hiſpanica Apoſtoli S. Jacobi Maioris aſſerta, & ex S. Paulo Apoſtolo confirmata*, quapropter neceſſe non habui illud Luſitanum opuſculum confutare. Ne verò Lectores decipiantur ſpecioſo illo titulo *Vocis veritatis*, & ſciant quibus in locis noſtri operis confutata inveniantur, quæ in libello illo Luſitano legerint, adjeci in hoc ſecundo tomo ante Indicem generalem Indicem alium, qui hoc titulo inſcribitur: *Index Harmonico-Criticus manuducens ad loca noſtræ Diſſerta-*

tionis

tionis Hiſtorico-Criticæ, illiuſque triplicis Appendicis, ex quibus oſtenditur quantum conſonat Diſſertationi Latinæ Neoterici Adverſarii ejuſdem opuſculum Luſitanum, inſcriptum Voz da Verdade, *& quantum Diſſertatio Latina, & nova hæc* Vox veritatis *diſſonant à veritate.*

Jam typis excuſſus erat iſte Index Harmonico-Criticus, & ſub Prælo erat Index generalis noſtri duplicis Voluminis, cùm Eruditiſſimus Dominus Doctor Emmanuel Pereira da Sylva Leal, Regalis Academiæ Socius, & in Conimbricenſi Academiâ Collegii Maioris Sancti Petri Collega, & Juris Pontificii Anteceſſor, Vir à ſcriptis Voluminibus Reipublicæ literariæ notiſſimus, non ſolùm in Luſitania, ſed in Hiſpaniâ, in Belgio, alibique celebris, mihi ſumma cum animi lætitia tradidit per illius manus ad me ab Authore benignè tranſmiſſum novum opuſculum Reverendiſſimi P. Guilielmi Cuperi, Societatis Jeſu Antuerpienſis, unius ex Continuatoribus Bolandiani operis de Actis Sanctorum; inſcribitur aureum illud opuſculum: *Vindiciæ breves pro Hiſpanica Sancti Jacobi prædicatione*, quo lecto, ſummo gaudio affectus ſum dum obſervavi me ita antea de hoc argumento pleraque ſcripſiſſe ac ſi à Sapientiſſimo P. Cupero edoctum fuiſſem, ut antea obſervaveram, utrumque noſtrum, quia alter alterum legiſſet, mirè inter nos conſenſiſſe, (ut adnotavi numero 2593.) dum ille in Belgio, ego verò in Luſitania, aſſeruimus Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

Cùm verò num. 2592. exhibuerim ſpecimen prioris Commentarii Reverendiſſimi P. Cuperi de Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam, opere pretium me facturum eſſe exiſtimo, ſi pariter *Brevium* illius *Vindiciarum* ſpecimen hîc adjiciam.

Implet illud opuſculum paginas unam, & viginti; dividitur in paragraphos ſex, quorum tituli ſunt ſequentes.

§. I. Resuscitatæ hujus controversiæ origo, progressus, ac materia explicantur.

§. II. Argumentum de tempore divisionis Apostolorum frustrà nobis ab Adversario objicitur.

§. III. Præcipuum Adversarii argumentum refellitur, ac enervatur.

§. IV. Alia quædam R. P. Michaelis argumenta obiter diluuntur.

§. V. Aliquot effugia Adversario occluduntur.

§. VI. Adversarius constringitur ineluctabili authoritate S. Hieronymi, quam frustrà tentat illudere.

Per hosce sex paragraphos (qui in centum & viginti quinque numeros extenduntur) invictum se exhibet veritatis vindicem Sapientissimus P. Cuperus contra Neotericum illius Adversarium, & maximè contra illius libellum Lusitanum, qui immeritò inscribitur *Vox veritatis*, adeò ut non dubitem adaptare proportione servatâ, his sex paragraphis, id, quæ de sex alis Cherubicis scripsit Rupertus Abbas, libro 3. in Apocalypsim: *Perfectionem enim VERITATIS, senarius alarum numerus suâ nobis perfectione innuit.* Quàm meritò autem hæc de illis sex paragraphis dici possint, constabit ex illorum materiâ, quam hîc lectori exhibeo.

§. I. A' numero 1. usque ad 8. narrat P. Cuperus ex literis R. D. Emmanuelis Pereira da Sylva Leal, quomodo inter Lusitanos, & Hispanos agitari cæperit quæstio (quam P. Cuperus omnium optimè discussit) de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, quam Neotericus Adversarius impugnavit duplici Dissertatione, in cujus titulo plura promittit quàm probet.

A' numero 9. usque ad 14. exponit duas rationes, quæ ipsum, licèt Belga sit, impulerunt, ut Hispanicam Sancti Jacobi prædicationem tamquam probabiliorem contra

contra concluſiones, quas Neotericus Adverſarius ex Sanctis Patribus *perperam* deducit, defenderet.

§. II. A' numero 15. uſque ad 22. narrat quomodo Neotericus Adverſarius ex Chronologia PP. ſucceſſorum Bolandi, ac ipſis Henſchenii verbis, quæ *perperam* Papebrochio tribuit, & quibus Adverſarii dumtaxat Chronologiæ Henſchenianæ urgeri poſſunt, cæcè Henſchenianos impugnat, ut ex iterata, ac dilucida illorum opinionis expoſitione demonſtratur, cui ipſe Neotericus Adverſarius inconſideratè favet.

A' numero 13. uſque ad 29. dicit quòd Neotericus Adverſarius ſucceſſores Bolandi appellat *divinaculos*, quia incertam alicujus rei cauſam aſſignant; qui tamen in quæſtionibus dubiis malunt cum S. Chryſoſtomo conjecturas proponere, quam exemplo Adverſarii pro certa venditare ſententiam, cui plures eruditi contradicunt.

A' numero 30. uſque ad 35. exponit quàm *falsò* Adverſarius Bollandianos accuſat, quaſi glorientur de inventâ novâ Chronologiæ viâ, cùm ipſi libenter fateantur, illam ab antiquis tritam eſſe; & quam falsò eoſdem accuſat, quaſi ſibi ipſis contradicant, quæ ſingula à P. Cupero refutantur.

§. III. A' numero 36. uſque ad 50. ait, præter alios ſcrupulos hîc omiſſos, fruſtrà Adverſarium objicere Hiſpanis verba Sancti Auguſtini, quæ accommodè explicari poſſunt; imò exiguum fructum, quem Sanctum Jacobum in Hiſpania feciſſe traditur, ex interpretatione Sancti Chryſoſtomi, ex Athenienſi Sancti Pauli prædicatione, paucitate Chriſtianorum Cæſareæ in Ponto, ubi tamen S. Petrus Apoſtolus Fidem prædicaverat, ex diverſis gentium moribus, ex denique ipſa Sancti Auguſtini ſententia probabiliter propugnari poſſe, quamvis ea Hiſpanorum traditio (de exiguo Sancti Jacobi fructu)

fructu) ſit incerta, ac inconſtans, neque à defenſoribus Jacobææ prædicationis neceſſariò admittenda.

§. IV. A' numero 51. uſque ad 63. probatur Neotericum Adverſarium *falsò* exiſtimare diviſionem Apoſtolorum factam eſſe poſtquam Sanctus Jacobus martyrio affectus erat, ut ex Bartholomæo Peres Lintrenſi, & Cornelio à Lapide oſtenditur; cùm ex truncatis Sancti Chryſoſtomi verbis Adverſarius *malè* argumentetur; & integer Sancti Chryſoſtomi textus datur, & argumentum in ipſum Adverſarium retorquetur; & prætereà ex Sancto Thoma, quem Adverſarius ſibi faventem exiſtimat, & ex ipſis Sancti Pauli verbis probatur, hunc Apoſtolum aliquando Fidem Chriſti prædicaſſe, ubi antea alii eamdem annuntiaverant.

A' numero 63. uſque ad 68. ſcribit Adverſarium *imperitè* carpere veterem Hymnographum, eo quod ſorti Sancti Joannis tribuerit Aſiam, quod nomen ſæpiſſimè Aſiam Minorem deſignat; & æquè immeritò eundem Hymnographum explodere, quia Joannem à dextris Jacobi collocat, cùm tamen Sanctus Chryſoſtomus illum digniorem exiſtimet.

A numero 69. uſque ad 71. ait, Adverſarium temerè aſſerere reliquias Sancti Jacobi poſt octo ſecula fuiſſe translatas, cui aſſertioni unicum dilemma opponit P. Cuperus, qui numero 70. ait:

> *R. P. Hieronymus Contador de Argote, Clericus Regularis, & Academiæ Regiæ Socius, in Diſſertatione ſua Luſitanica ſolidis rationibus demonſtrat corpus* Sancti Jacobi *ante tempora Sancti Hieronymi in Hiſpaniam translatum fuiſſe.*

§. V. A' numero 72. uſque ad 77. probat Adverſarium *imprudenter* affirmare Sancti Jacobi prædicationem intruſam eſſe operibus Sancti Iſidori Hiſpalenſis poſt tempora

tempora Sančti Gregorii VII. Papæ, cùm tamen teſtimonium illud de Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam in Pariſtenſit Manuſcripto Sancti Iſidori Codice, & altero Antuerpiani Muſæi ſucceſſorum Bolandi, qui Codices ſunt Gregorio VII. ſeu anno 1074. antiquiores.

A' numero 78. uſque ad 82. aſſerit Neotericum Adverſarium *nulla veriſimilitudinis ſpecie* nobis perſuadere niti teſtimonium Sancti Juliani de Hiſpanica Sancti Jacobi prædicatione ab impoſtoribus confictum eſſe, & *falsò* dicere, Sanctum Beatum, Freculphum, Notkerum, poſt ſæculum decimum floruiſſe, & ex aliorum opinione Adventum Sancti Jacobi in Hiſpaniam retuliſſe.

A' numero 83. uſque ad 89. ſcribit Adverſarium non minus infeliciter authoritatem Sancti Beati variis modis eludere conari, & hunc, alioſque antiquos teſtes rejicere, quia ſimili phraſi utuntur, quo argumento ſuſpectas reddit de interpolatione Epiſtolas Sancti Petri, & S. Judæ, quæ ſimili ſtylo, & ſubinde eiſdem verbis ſcriptæ ſunt, ut Eſtius, & Cornelius à Lapide demonſtrarunt.

A' num. uſque 90. ad 96. ſcribit Adverſarium à Clariſſimo Ferreras ad anguſtias redactum, novum quærere effugium Chronologicum, quod cùm Sacra Scriptura non videtur poſſe conciliari, dum nos interim diſtinguentes duplex Chriſti præceptum, cum Cornelio à Lapide, & Sancto Hieronymo Chronologiam noſtram facilè tuemur.

§. VI. A' numero 97. uſque ad 101. ſcribit Adverſarium authoritate Sancti Hieronymi conſtrictum inter alia *frivola* effugia reſpondere, unam vocem Sancto Doctori excidiſſe, quo reſponſionis genere quælibet Sancti Auguſtini, aliorumque Patrum teſtimonia eludi poterunt.

***** A' nu-

A' numero 102.uſque ad 108. ſcribit Adverſarium videntem hac via ſe non proficere, aliud argumentum nobis opponere, quod in Adverſarium eâdem formâ retorquetur ex teſtimonio Sancti Hieronymi, & quod ipſemet Adverſarius poſteà deſtruit, dum ſibi ſubſidium accerſit ex phraſi Saluſtiana, quæ nihil opinioni ejus prodeſſe oſtenditur.

A' numero 109. uſque ad 112. ſcribit quod etſi Græcia Aſiatica prædicationi Sancti Joannis, & Illyricum latè ſumptum Sancto Andreæ tribui poſſit, tamen nullo fundamento Hiſpania aſſignaretur Sancto Mathiæ, ut ridiculè contendit Adverſarius.

A' numero 113.uſque ad 118. refellit Adverſarium *temerè* cæcos appellantem eos, qui Sancto Paulo certam ſortem denegant, cùm tamen Sanctus Iſidorus, & Sanctus Beatus, aliique veteres prædicationi iſtius Apoſtoli totum mundum aſſignent; quam prædicationis latitudinem, dum alii explicabunt, cum eodem Neoterico Adverſario, de ampliore hujus Apoſtoli ſorte, magis ſe conſtringent.

A' numero 119. uſque ad 125. probat denique Adverſarium preſſum textu Euangelico cum verbis Sancti Hieronymi conjuncto, miris modis ſe torquere, ut eam authoritatem effugiat, ſed ei omne effugium occludi, & quantò magis ſe expedire conatur, tantò arctiùs variis ratiociniis conſtringi.

Poſtremò has *Vindicias breves* claudit eruditiſſimus P. Guillielmus Cuperus his verbis:

Libenter diutius cum hoc illuſtri Adverſario digladiarer, ſed jam me aliò vocant Cælites menſis Auguſti, quibus potiùs quàm genio meo obtemperandum eſt. Quapropter R. P. Emmanueli Caietano de Souſa, & Hiſpanis ulteriores Sancti Jacobi *vindicias relinquo.*

Sed

ad tomum ſecundum.

Sed poſt geminam illam nervoſiſſimam lucubrationem R. P. Cuperi pro prædicatione Hiſpanicâ Sancti Jacobi, neque ego, neque Hiſpani, egemus aliis ulterioribus Sancti Jacobi vindiciis, tam fortiter, feliciterque defendit caſtra noſtra ductor ille maximè ſtrenuus, hoſtilia tela ſummâ retundens dexteritate! Illud tantummodo optandum eſſet, ut illa duo opuſcula ſeorſim ederentur, à magnis voluminibus ſeparata, & in Luſitanum, Hiſpanumque ſermonem transferrentur, ne vernaculo libello, qui *Vox Veritatis* inſcribitur, Latinæ linguæ ignari deciperentur. Docti enim probè ſciunt ea infelicia Pergama Pſeudocriticorum nulla dextra defendi poſſe, hinc eſt quod in Luſitania, præter Neotericum Adverſarium, nemo pro illius ſententia ſcripſit; indubitatum enim eſt effatum Clariſſimi Viri D. Gundiſalvi Emmanuelis Galvaõ de Lacerda, Tranſmarini Senatus Conſiliarii æquiſſimi, & prudentiſſimi, Regaliſque Academiæ Socii diſſertiſſimi, nobilitate ſanguinis, morum ſuavitate, amænitate ingenii, linguarum peritia, omnigenaque eruditione ornatiſſimi, aſſerentis, *non eſſe prudentis viri ſcribere contra Adventum Sancti Jacobi in Hiſpaniam*; & ſatis erat ad libellum illud refellendum Anonymi ſcriptiuncula Hiſpanica unico impreſſa folio, cui eſt hic titulus: *Criſis de las propoſiciones del Opuſculo intitulado* Voz de la Verdad *en lengua Portugueza, &c.* quæ conſtat tribus ſupra quinquaginta notis Criticis breviſſimè oſtendentibus plura à veritate aliena, quibus ſcatet libellus ille, ex quibus nonnulla latiùs refellit Clariſſimus Vir D. Petrus Hieronymus Hernandez & Marzo, utriuſque Juris Doctor in Univerſitate Cæſarauguſtana, olimque Legum Anteceſſor in Univerſitate Oſcenſi, Vir à ſtudii aſſiduitate, probitate morum, & pietate erga MATREM ADMIRABIEM laudatiſſimus, in eruditiſ-

ſimo

ſimo libro inſcripto: *Opuſculo Hiſpano-Latino, Mariano-Jacobeo, por la Tradicion de la Hiſtoria, en que ſe affirma la Venida de Nueſtra Señora en carne mortal a la Ciudad de Zaragoza à viſitar el Apoſtol SANTIAGO el Mayor, quien de ſu mandato, con aſſiſtencia de Angeles, y de ſus Diſcipulos, le erigiò Capilla, que es la que haſta oy con tanto culto ſe venera*, edito Matriti ex Typographia Joannis de Zuñiga, anno 1730. in quarto, paginis 280. præter indidem. Sed ne decipiamur libello illo, *Vocis Veritatis* titulum præferente, ſufficit meminiſſe moniti illius Sancti Hieronymi in caput 5. Iſaiæ, quo ait:

CAVENDUM EST NE PRO VERITATE SEQUAMUR MENDACIUM.

MATER

MATER ADMIRABILIS
A'
SANCTO JACOBO MAIORI
CÆSARAUGUSTANO TEMPLO CULTA.

COMMENTARIUS HISTORICUS,
SEU

APPENDIX I.

Ad Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi assertam.

PROOEMIUM.

2172 REM asserere aggredior per septemdecim sæcula constantem, Sacram Ædem à Sancto Jacobo Maiore ad ripam Iberi fluminis constructam, & sub nomine viventis Augustissimæ Virginis ad Hispaniam adventantis, ipsius jussu æterno Numini dedicatam; Ædem non à Gentilibus, non ab Hæreticis, non à Mauris unquam impetitam, à Maximis Pontificibus, magnis Regibus, populisque plurimis cultam per longissimam annorum seriem, sed tandem hac ferrea ætate à morosis Criticis oppugnatam, quorum retundit tela, vel solus titulus MATRIS ADMIRABILIS, qui Sanctissimæ Virgini maximè placet, ut ipsa revelavit Jacobo Rem S. J. teste *Sotuello* in Bibliotheca Societatis, nam omnibus Criticorum objectionibus satisfieri potest res-

pondendo, Auguſtiſſimam Virginem eſſe Matrem Admirabilem, ac proinde miracula geſta eſſe in adventu ipſius in Hiſpaniam, in fundatione ſacelli, in conſervatione illius, & in Traditionis duratione. Et his de cauſis Auguſtiſſimam Virginem in hoc commentario veneratus ſum elogio MATRIS ADMIRABILIS. Unde licet ſcripſio lectoribus non placeat, illius certè titulus Auguſtiſſimæ Virgini eſt placiturus, quod mihi ſatis, ſuperque eſt.

2173 Qui in veſtibulo operis mei de Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi ſolos me optare lectores pios præfatus ſum, in hac prima illius Appendice omnes eos valere jubeo, qui à pietate fuerint alieni. Acturus de adveniente ad Hiſpaniam Dei Matre lectoribus meis in memoriam revoco (uno, & altero paululum mutato verbo) illud Virgilii *6.* Æneidos v. 258.

Adventu MARIÆ *procul, ò procul eſte profani*
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco.

2174 Demonſtraturus miraculoſam Sanctiſſimæ Ædis fundationem arceo profanum Criticorum vulgus, cui nullum eſt jus de miraculis decernendi; adeo enim cæcutiunt moroſi Critici ad miraculorum lucem, ut in tot impingant errores, quot perſtrinxit Sapientiſſimus P. Ignacius de Laubruſſel (nunc à Sacris confeſſionibus Sereniſſimæ D. D. Mariæ Barbaræ Principi Aſturiarum, Infanti Luſitaniæ) tom. 1. de Abuſibus Critices in materia Religionis lib. 1. §. 3. Fortia (vel potius debilia) contemno libertinorum ingenia; nam Authorum, quos duces ſequor; ſapientiæ, & ſpiritui non poteſt reſiſtere vel integra Synagoga libertinorum. Nec tamen miror homines diſputare contra eventum non evidentem, cum ſciam ſolitos eſſe nonnullos etiam contra evidentiam diſputare, nam ut inquit D. Auguſtinus Serm. 147. de Tempo-

Tempore in editionibus antiquis, in editione verò Patrum C. S. M. tom. 5. Serm. 243. cap. 1.

Contra istam evidentiam disputant homines. Quid enim aliud facerent homines, qui ea, quæ sunt hominum, sapiunt, quàm si disputarent de Deo contra Deum? Ille enim Deus est, illi homines sunt. Sed Deus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

2175 Plura fuerunt in causa, ut hanc provinciam susciperem. Primum est veritatis amor, & in Virginem Augustissimam pietas; alterum Ædis illius constructionem Deiparæ Hispaniam invisenti extitisse terræ, cœloque honorificentissimam. Deinde fuisse præclarissimum ex Gestis Divi Jacobi in Expeditione Hispanicâ, quam, jubentibus Excellentissimis Collegis meis, Regalis Academiæ Censoribus, longiori Dissertatione propugnavi, illius enim Expeditionis nobile, perenneque monumentum est Mariana Columnâ, Ædesque Cæsaraugustana. Accessere alia apud me magni ponderis momenta, nempe assertam fuisse Jacobæam illius Marianæ Ædis constructionem à Sanctissimo, Maximoque Pontifice Paulo IV. uno ex nostri Ordinis Conditoribus. Approbatum fuisse à Sacra Rituum Congregatione Ecclesiasticum Officium, quo Apostolica illa ædificatio ex pia, antiquaque Traditione affirmatur, anno 1723. die 7. Augusti, Sacra Sanctissimo Parenti meo Divo Caietano, qui *Ortus statim à Matre Deipara oblatus est.* Disponente Numinis Providentia, ut narratio de fundatione illius Ædis, quæ Conceptioni Augustæ Virginis sacra fuit, gravissimo Romanorum Patrum judicio approbaretur die sacra Conditori Congregationis Clericorum Regularium, quæ addictissima est intemeratæ Conceptioni Virginis Mariæ, cujus cæruleum Scapulare ex Pontificis Romani Diplomate solet Christi Fidelibus impertiri. Quæ omnia, pluraque alia, quæ præ-

 tereo,

tereo, me adigunt, ut huic ſcriptiunculæ manum admoveam, ſed non committam, ut ſilentio involvam, me ad id impulſum fuiſſe etiam deſiderio teſtandi gratum animum noſtri Ordinis erga percelebris illius Baſilicæ, quam à Pilari vulgò nuncupant, Canonicos, qui anno exacti ſæculi trigeſimo, patrocinium noſtrorum Patrum Cæſarauguſtæ ultro ſuſcepere, cujus beneficii perennis extat memoria in Theatinis Faſtis. (*Joſephus Silos Hiſt. Clericorum Regularium parte* 3. *lib.* 3. *pag.* 68.)

2176 Scio doctiſſimos viros egregia edidiſſe volumina de Sacra illa Æde, ex quibus aliquot perlegi, per quæ quantum profecerim, fatebor ſuis in locis; cum tamen ſcripta ſint ſermone Hiſpanico, non me Latina lingua ſcribentem retrahunt à dedicando calamo Cæſarauguſtanis Aris Sanctiſſimæ Virginis; nam licèt Romanæ Columnæ olim ſpreverint opera mediocria; Virginea tamen Columna concedit etiam infimis, locum; neque enim minus placent Numini exilia dona, quàm ampliſſima munera. Mihique ſenio confecto, & imbelli militi, ſatis erit, ſi hac lucubratiuncula illud Horatianum perſuaſerim:

Injurioſo ne pede proruas
Stantem Columnam: neu populus frequens
Ad arma ceſſantes ad arma
Concitet —— Horat. lib. I. Carminum, Ode 35.

2177 Fateor rem tantam, ut eſt Virginem Mariam veniſſe ex Jeroſolyma in Hiſpaniam, juſſiſſe, ut ſibi viventi Ædes ſacraretur, hancque à Divo Jacobo ad ripam Iberi fluminis conſtructam fuiſſe altiſſimo ſilentio premi non ſolùm à Sacra Scriptura, ſed etiam ab Authoribus antiquis in iis voluminibus, quæ nunc ſyncera, & non interpollata extant. Nihilo tamen minus illam ſine ulla dubitationis ſpecie aſſeverandam duco; lego enim apud Tertul-

Tertullianum, plurima merito credi sine Scripturarum testimonio, nam libro de Corona Militis, Capite 4. ait:

Harum enim, & aliarum ejusmodi disciplinarum si legem expostules Scripturarum, nullam invenies: TRADITIO tibi prætendetur auctrix. CONSUETUDO confirmatrix, & FIDES observatrix. RATIONEM, Traditioni, consuetudini, Fidei *patrocinaturam, aut ipse prospicies, aut ab aliquo, qui perspexerit, disces.*

2178 Hinc est, quòd quatuor ex capitibus probandum suscipio Ædem Cæsaraugustanam à *Columna* nuncupatam à Sancto Jacobo Maiore fuisse constructam, Virginique Mariæ etiam tum viventi dicatam, ipsa jubente, cùm in Hispania ad Iberum Apostolo sese spectabilem præbuit. Hæc autem quatuor capita sunt TRADITIO, CONSUETUDO, FIDES, ET RATIO, totidem sectionibus explicanda.

SECTIO I.

Ædem Marianam Cæsaraugustæ à Columna dictam fuisse ab Apostolo Divo Jacobo Maiore fundatam probatur TRADITIONE.

2179 ECclesiam Sanctæ Mariæ de Columna Cæsaraugustæ extructam esse antiquissimam probatur non uno argumento. Prudens prætereo ea, quæ eruuntur ex libris attributis Dextro, Luitprando, Marco Maximo, Sancto Braulioni, Tayoni, Juliano Peres, Aulo Halloni. Prætereo etiam plura documenta longè certiora, exquibus constat Fidem Christi floruisse Cæsarau-

Cæſarauguſtæ à primis ſæculis legis Euangelicæ. Mihi ſufficit id, quod omnibus Chriſti fidelibus ſcripſit Petrus Librana Epiſcopus Cæſarauguſtanus anno 1118. quo Cæſarauguſta recepta eſt de poteſtate Barbarorum, ſub quâ quatuor integris ſæculis ingemuerat, dicens: *Beatæ, & glorioſæ Virginis Mariæ Eccleſiam, quæ diù (proh dolor!) antiquo nomine ſanctitatis, ac dignitatis pollere noviſtis.* Unde eruitur multo ante annum 714. quo Cæſarauguſta capta fuit à Barbaris, illam Eccleſiam floruiſſe dignitate, & hujus cauſa fuiſſe celeberrimam, & *referatur . . . antiquus cultus* (verba ſunt Cardinalis Baronii tom. 9. ad annum 1118. num. 34.) *Religioſiſſimæ Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Pilari nuncupatæ, quæ hactenus non ſolùm Hiſpanorum populorum, ſed externorum etiam viſitatione frequentatur; univerſo Chriſtiano Orbi, illuſtri fama notiſſima.*

2180 Priſcam etiam illius Eccleſiæ vetuſtatem adſtruit Bonifacius VIII. qui creatus eſt Pontifex Maximus anno 1294. annis tantùm 176. à vindicata Cæſarauguſta de poteſtate Barbarorum: & tamen jam tunc ſcripſit:

> *Cùm igitur Eccleſia Sanctæ Mariæ Civitatis Cæſarauguſtanæ præ nimia vetuſtate, & antiquitate minetur ruinam, & reparatione indigeat feſtinata* &c.

Unde colligitur, illam Eccleſiam ædificatam fuiſſe ante irruptionem Barbarorum, nam illis Hiſpaniam occupantibus ædificari non potuit; & poſt illos exactos ſolùm præterierunt anni 176. qui inducere non poſſunt templo eam nimiam veſtutatem, & antiquitatem, de quâ loquitur Bonifacius VIII.

2181 Etiam innuit antiquitatem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Columnâ, illiuſque Imaginis priſcam venerationem, id quod legimus in Annalibus Hiſpalenſibus, Authore Joanne Ortiz de Zuñiga ad annum 1317. nempe, eo anno fuiſſe Hiſpali Sodalitatem Dominæ noſtræ

de

de Pilari ab Aragonensibus institutam; quod signum est fuisse antiquiorem cultum Virginis sub eodem titulo.

2182 Maiorem adstruit antiquitatem id, quod refert Arbiol in Hispaniâ Felici parte 2. reflex. 18. nempe, Saracenos cùm tempore Roderici postremi Gothorum Regis Hispaniam devastavere, plures confregisse Imagines Sanctæ Mariæ de Columnâ, quarum fragmenta reperta fuere post vendicatam Hispaniam, & etiam repertas fuisse aliquot tabulas marmoreas, in quibus non solùm visebatur sculpta Imago Deiparæ supra Columnam stantis, sed etiam historia mirandæ apparitionis Virginis Sancto Jacobo, Angelis ipsam circundantibus. Quæ tabulæ lapideæ sunt firmissimum argumentum, non solùm antiquitatis illius Sacræ Imaginis, sed etiam Marianæ apparitionis, & Hispanæ Expeditionis Sancti Jacobi, cùm necesse sit, sculptas fuisse ante annum 714. quo in Hispaniam irrupere Mauritani exercitus.

2183 Altius evehit antiquitatem illius Ecclesiæ Aymoinus Monachus Benedictinus, qui claruit ad finem sæculi noni, & in libro Inventionis, seu Translationis Sancti Vincentii Martyris, cap. *6.* ait, Sanctum Vincentium Martyrem (qui nostræ Urbis Ulyssiponensis est Patronus) in illa Cæsaraugustana Ecclesia fuisse Archidiaconum sub Valerio Episcopo. Sanctus autem Vincentius martyrio coronatus est anno 305. in persecutione Diocletiani, & Maximiani.

2184 Altissimè denique extollit antiquitatem illius Ecclesiæ Pontifex Maximus Clemens VII. (qui per errorem typographicum scribitur VIII. in Hispania Felici pag. 307.) in Bulla editâ anno 1539. ubi de ipsa Ecclesia loquens ait, quòd *Prima totius Hispaniæ fuerit.* Quod nihil aliud est, quàm asserere, hanc Ecclesiam fundatam fuisse temporibus Apostolorum. Nam certum est, Hispaniam

paniam Euangelii doctrina eo tempore fuisse illustratam. Certum etiam est, Apostolos in locis, quibus fidem prædicavere, curavisse extrui primas Ecclesias, ut dicam Sect. 2. Assert. 4. Si igitur Ecclesia Cæsaraugustana est prima totiùs Hispaniæ, ad tempora Apostolorum debet referri illius constructio.

2185 Nonnulli dixerunt, Sanctum Petrum prædicavisse in Hispaniâ; nemo tamen (quem sciam) dixit à Principe Apostolorum fundatam fuisse Ecclesiam Cæsaraugustanam à Columnâ nuncupatam. Plures asserunt, Sanctum Paulum prædicavisse in Hispania; nullus tamen (quem legerim) asserit, Doctorem Gentium extrui curavisse primam illam totius Hispaniæ Ecclesiam; ergo ab alio Apostolo condita est prima totius Hispaniæ Ecclesia. Plurimi docent, (& latissimè à nobis probatum est superiori Dissertatione) Sanctum Jacobum Maiorem fuisse primum Hispaniæ Prædicatorem; ergo ab illo fundata est prima totius Hispaniæ Ecclesia: ergo ab illo fundata est Ecclesia Cæsaraugustana à Columnâ dicta, quæ à Clemente VII. dicitur *prima totius Hispaniæ Ecclesia*, quod hac prima operis mei Appendice probandum suscepi, idque primo à Traditione hac sectione I.

2186 Quanta sit vis Traditionis ad faciendam fidem, satis ostendimus in Dissertatione de Expeditione Hispanica Sancti Jacobi, parte 3. Sect. 2. Assertione 52. unde hic de illius authoritate nihil addendum est, solùmque ostendendum dari Traditionem de Jacobæa extructione Marianæ Ædis à Columnâ nuncupatæ. Cùm autem juxta doctrinam Sapientissimi Magistri Fr. Joannis Peres Lopes in dissertatione pro Apparitione Virginis Mariæ Cæsaraugustæ, quæ legitur apud Sapientissimum Arbiol in opere inscripto *España Feliz* reflexione 15. duplex sit Traditio, alia innixa rebus, alia doctrinis, utraque probatur

batur Ædem Marianam Cæsaraugustæ à Columnâ dictam fuisse à D. Jacobo Maiore fundatam, quod duplici Assertione demonstrabimus.

ASSERTIO I.

Probatur Traditione rebus innixa, Ædem Marianam Cæsaraugustæ à Columnâ dictam, vulgò del Pilar, *fuisse à Divo Jacobo Maiore fundatam.*

2187 TAnta est vis Traditionis rebus innixæ ad transmittendam ad posteros rei cujuspiam memoriam, ut modò laudatus Joannes Peres Lopes loco citato dixerit:

> *Traditio autem rerum, maximè semper stabilium, cùm præ oculis habeantur, numquam deficit, & facilimè propagatur; cùm posteri videntes stabile signum, motivum inquirere, & tunc à Parentibus notitiam habere naturale sit; cujus Traditionis scientia aptior est populis.*

§ I.

Ostenditur plura dari monumenta, quibus Traditiones innituntur.

2188 PLurima possem ex historiis proferre exempla monumentorum, quæ ad conservandas, propagandasque Traditiones rebus innixas à mortalibus inventa sunt; sed iis supersèdeo, contentus paucis, iisque à Deo constitutis. Tempore Legis Naturæ, anno mundi 2138. Voluit Deus propagari ad posteros

memoriam punitionis inobedientiæ uxoris Loth, & illam converti fecit in ſtatuam ſalis, ut legimus Geneſis capite 19. verſ. 26. de qua ſtatua Cornelius Alapide in hunc locum ait:

Verſa eſt uxor Loth in ſtatuam ſalis, ad hoc, ut eſſet quaſi marmor, & monumentum perenne Divinæ caſtigationis, quo poſteri doceantur Deo per omnia obedire, & ſervire.

In eâdem ſententiâ eſt Doctiſſimus Eremita Auguſtinianus Leonardus Coquæus in Commentariis ad libros Sancti Auguſtini de Civitate Dei ad caput 30. libri 16. ubi poſt adducta illa verba Chriſti apud Sanctum Lucam, capite 17. verſ. 32. *Memores ſtote uxoris Loth*, ſubjungit:

Tanquam propterea id prodigium potiſſimum accidiſſet, ut perpetuum poſteris foret monumentum, ne qui ſeriò elegerunt viam Domini, & eam ingreſſi ſunt, priſtina ſtudia mundana repetant.

2189 Hac de cauſa illa ſtatua in libro Sapientiæ capite 10. verſ. 7. vocatur *incredibilis animæ memoria figmentum ſalis.* Ubi vulgata editio habet *figmentum ſalis*, vertunt Janſenius Epiſcopus Gandavenſis, & alii ex Græco *Columna ſalis.* Durabat hæc ſtatua, ſive columna ſalis tempore Joſephi Hebræi, ut ipſe teſtatur lib. 1. Antiquitatum capite 11. durabat tempore Borchardi, qui vixit ſæculo XIII. imò durabat ſæculo XVI. ut eruitur ex Chriſtiano Adrichomio in Theatro Terræ Sanctæ, in Tribu Juda num. 230. Thargum Jeroſolymitanum, relatum à Lorino in Commentar. libri Sapientiæ cap. 10. verſ. 7. de Uxore Loth ait:

Verſam eſſe in columnam ſalis, quæ duratura ſit uſque ad tempus Reſurrectionis, quo mortui reviviſcent.

2190 Ex quo patet tempore Legis Naturæ deſignaſſe Deum muta monumenta ad Traditionis fulcimentum.

2191 Etiam id invenitur in tempore Legis Scriptæ, nam libro 3. Regum cap. 9. prædixit Deus Salomoni Templum

plum destructum futurum esse monumentum Traditionis de punitione Judæorum, ait enim versu 8.

Domus hæc erit in exemplum: omnis, qui transierit per eam stupebit, & sibilabit, & dicet: Quare fecit Dominus sic terræ huic? Et respondebunt: Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit Patres eorum de terra Ægypti: & secuti sunt Deos alienos, & adoraverunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.

2192 Ubi cernitur, Templum destructum designatum esse à Deo in signum criminis, & punitionis Judæorum, de quibus Traditio conservaretur, & propagaretur, non solùm inter Hebræos, sed etiam inter Gentiles, ut observavit Abulensis in hunc locum, quæstione 6. Quo etiam ostenditur latiùs propagari Traditionem nixam rebus, quam nixam doctrinis, nam res, etiam barbari vident, & norunt, doctrinas autem soli litterati capiunt.

2193 Tempore legis Gratiæ habetur insigne monumentum, quod Christus Deus homo reliquit, cui niteretur Traditio de loco, ex quo in cœlum ascendit, impressis in terra Sanctissimis vestigiis pedum suorum, ut docent Sanctus Hieronymus libro de locis Hebraicis in Acta Apostolorum litera M. Verbo *Mons Oliveti* tomo 3. editionis Frobenianæ pag. 297. B. ubi ait:

Mons Oliveti ad Orientem Hierosolymæ, torrente Cedron interfluente, ubi ultima vestigia Domini humo impressa, hodieque monstrantur, cumque terra eadem quotidie à credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuo recipiunt. Denique cum Ecclesia, in cujus medio sunt, rotundo schemate, & pulcherrimo opere conderetur; summum tamen cacumen ut perhibent, propter Domini corporis meatum,

nullo modo contegi, & concamerari potuit: ſed tranſitus ejus à terra ad cœlum uſque patet apertum.

2194 Eadem habet Sanctus Paulinus Epiſcopus Nolanus Epiſtola 11. ad Severum, dicens.

Mirum vero inter hæc, quod in Baſilica Aſcenſionis locus ille tantum, de quo in nube ſuſceptus aſcendit, captivam in ſua carne ducens captivitatem noſtram ita ſacratus divinis veſtigiis dicitur, ut nunquam tegi marmore, aut paviri receperit, ſemper excuſſis, ſolo reſpuente, quæ manus adornandi ſtudio tentavit apponere. Itaque in toto Baſilicæ ſpatio ſolus in ſui ceſpitis ſpecie virens permanet, & impreſſam divinorum pedum venerationem calcati Deo pulveris perſpicua ſimul, & attigua venerantibus arena conſervat, ut recte dici poſſit adoravimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus.

2195 Eadem Sulpicius Severus Sacræ Hiſtoriæ libro 2. pag. 389. editionis Hackianæ, ubi ait:

Illud mirum, quod locus ille, in quo poſtremum inſtiterant divina veſtigia, cum in cœlum Dominus nube ſublatus eſt, contineri pavimento cum reliqua ſtratorum parte non potuit. Siquidem quæcumque applicabantur inſolens humana ſuſcipere terra reſpueret, excuſſis in ora apponentium ſæpe marmoribus. Quin etiam calcati Deo pulveris adeò perenne documentum eſt, ut veſtigia impreſſa cernantur, & cum quotidiè confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damna tamen arena non ſentiat: & eadem adhuc ſui ſpeciem, veluti impreſſis ſignata veſtigiis, terra cuſtodit.

2196 Poſtremò Sanctus Auguſtinus tractatu 47. in Joannem, num. 4. tomo 3. parte 2. col. 442. B. editionis San Maureanæ ait:

Ipſe Dominus ibi fuit, ibi Matrem elegit, ibi concipi, ibi naſci, ibi ſanguinem fundere voluit, ibi ſunt veſtigia

vestigia ejus, modò adorantur, ubi novissimè stetit, unde ascendit in cœlum.

2197 Omnes hi Patres latiùs exposuere, quod ante omnes breviùs dixerat Sanctus Optatus Episcopus Milevitanus lib. *6.* contra Parmenianum, qui reperitur tom. 4. Bibliothecæ Patrum Annissonianæ pag. 364. B. ubi loquens de Oriente, ait:

Ubi secundum hominem suum natus est Christus; ubi ejus sancta sunt impressa vestigia.

2198 Hos antiquiores Patres sequutus est V. Beda tom. 3. libro de Locis Sanctis cap. 7. & illa vestigia Sanctissima pedum Christi etiam num extare docent Cardinalis Baronius ad annum Christi 34. numero 232. & sequentibus, Christianus, Adrichomius Delphus in Theatro Terræ Sanctæ pagina 170. §. 192. & Fr. Pantaleo de Aveiro Lusitanus in Itinerario Terræ Sanctæ capite 47. fol. 164. vers. primæ editionis, & novissimè Fr. Antonius de Castillo in opere inscripto *El Devoto Peregrino, Viage de Tierra Santa*, edito Matriti 1664. pag. 193. ubi asserit, se illud monumentum vidisse, ad illudque Sacrum celebrasse die Dominicæ Ascensionis. Estque illud monumentum adeo certum, ut vel ipse Isaacus Casaubonus, Adversarius Ecclesiæ Romanæ, & Annalium Cardinalis Baronii oppugnator, exercitatione 16. in Baronium §. 154. pag. 772. editionis Londinensis anno 1614. hoc miraculum appellaverit fide dignissimum.

2199 Nihilominus hac ferrea ætate, qua cogimur sæpe, ac sæpius iterare illud Ovidianum:

—— Fugere pudor, verumque, fidesque
In quorum subiere locum fraudesque, doloque
Insidiæque & vis, & amor sceleratus habendi.

eò devenit impudentia Georgii Hornii Hæretici Lutherani, ut illud monumentum, quod fatetur à prædictis

Sanctis

Sanctis Patribus assertum, non dubitaverit ad fabulas ablegare in Commentariis ad citatum locum Sulpicii Severi. Utitur impius iste Criticus argumento negativo hæreticis familiari, à silentio scilicet antiquiorum; quo hetherodoxi solent sacras, antiquasque Traditiones oppugnare; quod documento esse potest Criticis Catholicis, maximi interesse argumenta negativa exsibilari, & explodi, ut pote quæ in Pyrrhonismi, atque Atheismi impietatem incautos mortales possunt miserrimè pertrahere.

2200 Ut autem cautiùs legantur ii Critici, qui antiquas Traditiones oppugnant, prætexentes veritatis amorem, patefaciendæ sunt artes Georgii Hornii, (quibus & alii Critici nonnunquam utuntur ad veritatem non tam eruendam, quàm sepeliendam) nam cum non posset negare illud monumentum vestigiorum Christi asseri à Sulpicio Severo, pluribus modis nisus est illud labefactare.

2201 Primo quidem adducendo testimonium Caroli Sigonii asserentis, se illud miraculum apud neminem legisse. Ac si quidpiam interesset lectum, vel non lectum fuisse à Sigonio Authore nupero miraculum scriptum à Sulpicio Severo, à Sancto Paulino, & à Sancto Hieronymo, ut præteream Sanctum Optatum Milevitanum, & Sanctum Augustinum non adeò clarè locutos, atque tres alii.

2202 Secundo adducendo silentium Eusebii, cum tamen verba Eusebii idem fere dicant, atque Sanctus Optatus Milevitanus, quem pro eodem miraculo produxerat idem Hornius. Nam sicuti Sanctus Optatus Milevitanus dixit: *ubi ejus Sancta sunt impressa vestigia*, ita Eusebius dixit lib. 3. vitæ Constantini cap. 42. (41. citat Hornius) de Sancta Helena loquens:

Postquam verò Servatoris nostri vestigia debito cultu venerata

nerata est, prout olim propheticus sermo prædixerat: Adoremus, inquit, in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Igitur aut non debuit Hornius allegare pro illis vestigiis Christi Sanctum Optatum Milevitanum, aut non adducere contra illa silentium Eusebii, qui capite sequenti, ut probaret se loqui de vestigiis à Domino in die Ascensionis impressis, ait:

Etenim Deo, quem adoraverat duo statim Templa dedicavit: alterum ad speluncam, in qua natus est Dominus: alterum in eo monte, in quo ad cœlum ascenderat.

2203 Tertio, historiam despiciendo, ubi mirandum est hæreticum Critici supercilium; ait enim: *Et quid opus futile commentum multis refutare?* Futile Commentum vocat historiam à gravissimis, & antiquissimis Patribus narratam, & miraculum loci nunquam marmore tecti, quod contigerat eodem sæculo, quo omnes illi Patres vixere.

2204 Quarto, adducendo silentium Authorum illis Patribus recentiorum, nempe silentium Socratis Authoris pessimæ fidei, ut videre est apud Possevinum in Apparatu Sacro v. Socrates, ubi refert censuras Jacobi Billis, Cardinalium Bellarmini, & Baronii. Silentium Theodoreti, cujus errores in Historicis rebus recenset ex Cardinali Baronio, aliisque idem Possevinus. Silentium Sozomeni, cujus *Historiam Sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur*, ut ait Sanctus Gregorius Papa lib. 6. Epistola 31. Indict. 15. cap. 95. Sozomeni, cujus errores notantur à Possevino. Sozomeni, in cujus historia nunc multa desiderantur, quæ exciderunt, ut animadvertit Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem 23. Decembris. Denique silentio Nicephori, Authoris, qui vixit quarto decimo seculo, qui ab eodem Hornio dicitur *fabularum pater*. Et hi sunt Authores, quorum silentium opponit Hornius testimoniis Sancti Optati

ti Milevitani, Sancti Hieronymi, Sancti Paulini, & Sulpicii Severi.

2205 Ut clariùs cognoſcantur Hornii, ſimiliumque Criticorum technæ, obſervandum eſt Socratem, Theodoretum, Sozomenum, & Nicephorum, quorum ſilentium tanti hic facit Georgius Hornius, ut illud præferat teſtimoniis Sancti Optati Milevitani, Sancti Hieronymi, Sancti Paulini, & Sulpicii Severi, pagina ſequenti contemni ab ipſo Hornio, dum una cum Sancto Ambroſio, Rufino, Simeone Metaphraſte, Caſſiodoro perhibent Crucem Domini fuiſſe inventam à Sancta Helena, ipſiſque, & Cardinali Baronio, & omnibus Catholicis præferri ab Hornio, unum Claudium Salmaſium, qui eam inventionem in Epiſtolis de Cruce negare auſus eſt. Ut hinc liquidò conſtet hujuſmodi Criticis nullam eſſe fidem adhibendam, ſed eorum ſpernenda judicia, quæ contradicendi libido corrupit.

2206 Exploſo igitur Hornio, ſtatutum maneat etiam in tempore Legis Gratiæ inſtitutum fuiſſe à Deo ſignum, datumque monumentum, cui firmiſſima inniteretur tranſmittenda ad poſteros Traditio, veſtigia nempe Dei hominis jam jam in cœlos aſcenſuri.

2207 Hæc autem Sanctiſſima veſtigia non ſolum fuere fundamentum Traditionis docentis locum, ex quo Chriſtus in cœlum aſcendit, ſed etiam memorantis Occidentalis Eccleſiæ, Hiſpanæque Gentis felicitatem, nam ut ſcribit Chriſtianus Adrichomius Delphus in Theatro Terræ Sanctæ, hæc Chriſti veſtigia converſa ſunt ad Occidentem; ad Occidentem verò greſſus directuri erant non ſolum Sanctus Jacobus Maior, Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, & Sanctus Joannes Apoſtoli, ſed etiam ipſa Regina Apoſtolorum, Mater Admirabilis, Virgo Maria immaculatè concepta, ut hac lucubratiuncula probamus.

§ II.

§ II.

Plura extant monumenta, quibus innititur Traditio de fundata Æde Cæsaraugustana à Sancto Jacobo Maiore in honorem Sanctissimæ Virginis Matris Admirabilis.

2208 POstquam statuimus certò dari monumenta muta, quibus aliquot innitantur Traditiones, sequitur ostendendum, plura reperiri monumenta, quibus innititur Traditio adstruens, Sanctum Jacobum in sua Expeditione Hispanica erexisse extra muros Cæsaraugustæ ad ripam Iberi fluminis Ædem Sanctissimæ Virgini sacram.

2209 Primum monumentum est Columna Jaspidea, quæ etiam num extat erecta in Sacra Æde, & ibi relictam fuisse à Matre Admirabili, postquam àlloquuta est eodem loco Sanctum Jacobum, traditum est ab ipso Apostolo filiis, quos per Euangelium genuerat, & ab his aliis, quos vera religione imbuerunt, ex quibus, tamquam per manus traditum à patribus ad filios, & ex his ad nepotes pervenit usque ad nos, qui tenemus Columnam illam Jaspidis esse perenne monumentum Divinæ misericordiæ erga Hispaniam, sicuti Columna salis, in quam conversa fuit uxor Loth, extitit duraturum monumentum Divinæ justitiæ. Neque enim Deus minus curat misericordiæ suæ, quàm justitiæ monumenta conservari. Columna illa Cæsaraugustana, dequa Magnus Macedo in Diatriba de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam pag. 211. ait:

Illa celeberrima Cæsaraugustæ Columna, quam linguam vocalem dixero, Jacobi Adventum attestantem; quam injurioso non pede proruit vetustas temporis; nec, quod nocere magis solet, novitas temporis. Pilarem *Hispani dicunt: in qua Virgo Sanctissima extra lunam posita, firmius consistit, & triumphat.*

2210 Secundum monumentum est ipsamet Sacra Ædes, quæ etiam num perseverat, cujus fundatio semper relata est ad Divum Jacobum Maiorem, quin unquam illi assignatus fuerit alius Conditor; unde hoc Templum conservatum est monumentum perenne Divinæ benignitatis erga nos Hispanos, sicuti Templum Hierosolymitanum destructum, est monumentum perenne Divinæ justitiæ Hebræos punientis; neque enim Deus minus curat benignitatis suæ, quàm severitatis monumenta permanere.

2211 Tertium monumentum est ipsa Sacra statua Deiparæ supra Columnam stans Angelicis, ut creditur, manibus sculpta, quæ eodem loco à tempore Divi Jacobi perseverat, quin probetur ab alio ibi fuisse collocatam.

2212 Quartum monumentum est copia conchiliorum bivalvium, seu pectinum, ut vocant harum rerum curiosi, & videre est apud Reverendissimum P. Philippum Bonannum (cujus benignitate mihi datum est Romæ frui) in Musæo Kircheriano classe 12. part. 2. classe 2. numero 3. pag. 440. qui pectines vocantur Italicè *cape sante*, sive *di Sancto Giacomo*, ut eodem loco testatur laudatus Bonannus; imò hos auriculatos pectines vocari à Gallis *coquilles de Saint Jacques*, docet Marcus de Wulson Dominus *de la Colombiere* in Scientia Heroica cap. 30. pag. 338. Copia, inquam, hujusmodi pectinum, seu conchiliorum Divi Jacobi, & copia baculorum lapideorum, quæ inventa

venta est in visceribus terræ sub pavimento Ædis Cæsaraugustanæ, anno exacti sæculo quarto supra quadragesimum. Nam cum Asturum Princeps Balthasar Carolus filius Philippi Quarti Regis Catholici eo anno jussisset Marianam Columnam cratibus argenteis conspiri, & egereretur terra, ut solidum cratibus jaceretur fundamentum, inventi sunt plurimi lapidei Sancti Jacobi pectines, plurimi peregrinorum baculi, utrique lapidei, qui cum utrique sint notissima insignia Divi Jacobi, indicant Deum Authorem Naturæ voluisse, ut Ædes Cæsaraugustana agnosceretur fundata à Divo Jacobo Apostolo; nam quotiescumque in quopiam Templo, vel Sacello rereperiuntur cujuspiam insignia, noscuntur eum, cujus sunt insignia, fuisse illius Templi, vel Sacelli Fundatorem, ut constat ex traditis per Theodorum Hoepingum in tract. de Jure Insignium cap. 8. numero 509. & cap. 10. num. 30.

2213 Cùm autem in Æde Cæsaraugustana inventum sit stemma, seu insigne Divi Jacobi non manufactum, apertè constat, Deum voluisse, ut omnibus notum esset, Sanctum Jacobum fuisse illius Sacræ Ædis Fundatorem, in qua efficit, ut illius invenirentur insignia, nempe conchilia bivalvia, seu pectines, & baculi lapidei. Quod monumentum tanti fecit Doctissimus Hebrera, ut dixerit, opus non esse aliis monumentis, vel inscriptionibus lapidariis illius sæculi, vel Authoribus coætaneis, vel aliis scripturis; ut videre est apud Urquiolam in Columna Sacra Hispaniæ lib 1. cap. 16. pag. 123. Inventorum autem conchiliorum, baculorumque Sancti Jacobi in solo Ædis Cæsaraugustanæ meminere præter Urquiolam loco citato, Arbiol in Hispania Felici, Reflexione 13. pag. 215. D. Josephus Felix Amada in Compendio Miraculorum Dominæ nostræ de Pilari cap. 10. per totum, ubi

eruditè agit de conchis, & baculis Sancti Jacobi; & eruditissimus Aranaz in Sceptro Fidei Hispaniæ statione 3. cap. 1. num. 11. pag. 396.

2214 Quintum monumentum sunt antiquissimæ Imagines ante tempora Gothorum (qui in Hispaniam irrupere quinto sæculo ineunte) pictæ, & sculptæ, oculis objicientes Historiam Beatæ Virginis supra Columnam inter Angelorum choros Sancto Jacobo apparentis, Sanctumque Jacobum ante ipsam in genua provolutum, discipulosque attonitos à gloria splendoris, & Marianæ maiestatis. Quæ Historia reperitur sculpta in lapidibus, metalis, & ligno plurimis in locis Hispaniæ, solitamque erat ante Maurorum invasionem prostare in omnibus Hispaniarum Templis, & Sacellis, ut cernitur in ruderibus Templorum, quæ Mauri destruxerunt, interque solicita numinis Providentia conservati sunt integri lapides, quibus sculpta erat hæc Historia. Curantibus Christianis, qui hos lapides inter Templorum ruinas reperiebant, ut ipsi eruerentur, & extergerentur, atque in Templis, quæ expulsis Mauris instaurata sunt, collocarentur, vel in arcubus, vel in vestibulis, vel in Sacris turribus Ecclesiarum. Ex hujus generis monumentis plurima extare in Hispania affirmat oculatus testis D. Joannes de Salazar in tractatu de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, cap. 4. pag. 48. ubi etiam addit nonnullas reperiri tabulas in Ecclesiis antiquis, quæ ideò Maurorum furorem evasere, quia in locis montanis, asperis, & procul ab Oppidis sitæ erant.

2215 Cùm autem Historia Adventus Sancti Jacobi in Hispaniam, & Beatæ Virginis ipsi super Columnam apparentis reperiatur sculpta ante tempora Gothorum, apertè constat quantum à veritate aberrent, qui asserunt sententiam de Expeditione Hispanica Sancti Jacobi ortum

tum habuisse ab inventione illius Corporis in Gallæcia, cùm hæc inventio posterior fuerit quatuor integris sæculis ingressu Gothorum in Hispaniam.

2216 Sextum monumentum est Imago Sanctæ Mariæ de Columna, quæ colitur Hispali à temporibus Gothorum, præcedentibus invasionem Maurorum, quæ contigit anno 714. plusquam centum annis ante inventionem Corporis Sancti Jacobi, hæcque Imago etiam cum Hispalis esset sub Saracenorum potestate, illic visebatur; eratque in via dicta Genuæ, & Maris, quam Sanctus Ferdinandus III. Rex Castellanorum, dum obsideret Hispalim, non semel invisit, transiens per medios hostium cuneos, quin à barbaris videretur, Regis pietatem protegente Deo, ipsumque tegente Regem, ne à Christiani nominis hostibus observaretur, ut scribunt Arbiol in *España Feliz*, Reflexion. 25. pag. 324. Urquiola *Sagrada Columna de España*, lib. 1. cap. 18. pag. 132.

2217 Septimum monumentum est antiquissimum sigillum Ecclesiæ Iriensis, in quo sculpta est effigies Sancti Jacobi genibus flexis venerantis Imaginem Sanctissimæ Virginis supra Columnam stantis, Angelorum multitudine stipatæ; in cujus sigilli circuitu leguntur characteribus antiquissimis hæc verba SIGILLUM ECCLESIÆ IRIENSIS. Quos esse sexcentis annis antiquiores testatus est vir eruditus in re diplomatica, qui eos exploravit, ut literis ad me datis Matrito die 1. Octobris, anno 1723. testatur vir gravissimus Reverendissimus Pater D. Vincentius Paulus Sobrecasas, Clericus Regularis. Certè Pontifex, qui hodie dicitur Compostellanus, olim dictus est Iriensis, cum Sedes Episcopalis esset Iriæ Flaviæ, vulgò *el Padron*, unde translata est Compostellam, post inventum Corpus Divi Jacobi, & Episcopalis Sedes translata Compostellam authoritate Leonis

Leonis Papæ III. qui obiit anno 816. quo inventum fuit Corpus Sanctissimi Apostoli.

2218 Assererem illud sigillum certè esse antiquius anno 816. quo Sedes Iriensis translata est Compostellam, nisi scirem aliquot Episcopos, etiam postquam Sedes translata est Compostellam, dictos fuisse Irienses. Exemplo sit Sanctus Rosendus, sive Rodesindus, (quem Illustrissimus Hispaniæ Primas Rodericus à Cunha in Historia Bracharensi parte 1. cap. 16. num. 8. pag. 458. vocat *Decus, & splendorem familiæ Sousarum*) qui plusquam centum annis post Theodomirum, fuit Episcopus Compostellanus, & tamen dictus est Iriensis, ut testatur Yepes centuria 5. folio 9. columna 3. Exemplo etiam sit Gresconius, qui obiit 252. annis post inventum Corpus Divi Jacobi, translatamque Compostellam Sedem Iriensem, & tamen dictus est Episcopus Iriensis, ut constat ex Privilegio Regis Ferdinandi Magni, concessi anno 1063. cui subscribit his verbis: *Sub Christi nomine Gresconius Episcopus Iriensis*, ut videre est apud Ægidium Gonzales de Avila in Theatro Ecclesiæ Sancti Jacobi pag. 40. Postquam autem Compostellana Sedes evecta est in Archiepiscopalem, (quod contigit anno 1100. Paschale II. Pontifice Maximo) desiere Compostellani Præsules dici Irienses.

2219 Quo tempore Iriensis Ecclesia cæperit uti illo sigillo ignotum mihi est, licèt sciam docente Ægidio Gonzales de Avila loco citato pag. 30. Acatium Episcopum Iriensem obiisse anno Domini 450. Existimaverim tamen, illam eo sigillo usam non fuisse post annum 816. quo inventum est Corpus Divi Jacobi; nam Compostella assumpsit pro insigni, seu stemmate tumulum ex marmore albo, supra quem cernitur stella aurea in campo cæruleo, prodeunte quodam radio ex ipsa stella. Tumulus repræsentat Sepulchrum Sancti Jacobi, stella radium emittens,

emittens, designat stellam illam, quæ protenso radio demonstravit locum, in quo latebat Corpus Sancti Apostoli. Nam magis spectat ad Compostellanam Ecclesiam Sepulchrum Sancti Jacobi, quàm Columna Cæsaraugustana; quæ ideò ante repertum Corpus Sancti Jacobi gestabat in sigillo Columnam Cæsaraugustanam, quia eventus ille, illaque apparitio Matris Admirabilis, cui dicata erat Ecclesia, fuit insigne documentum benignitatis illius erga Sanctum Jacobum, quem prædicasse ea in terra, in illaque jacere ferebat antiqua Traditio, licèt loci, quo sepultum erat Sanctum Cadaver interiisset memoria, ex qua observatione licet conjectari istud monumentum esse antiquius nongentis annis, plures enim effluxere ab anno 816. quo inventum est Corpus Sancti Jacobi, usque ad hunc 1725. quo hæc scribimus.

2220 Alia monumenta, quibus innititur Traditio de antiquitate Ædis Cæsaraugustanæ à Columnâ dictæ, & de illius fundatione opera Divi Jacobi Maioris videri possunt apud Sapientissimum, & subtilissimum Urquiolam in Opere inscripto *Sagrada Columna de España* lib. 1. cap. 16. D. Michaelem Erze Ximenes in libro de Prædicatione Sancti Jacobi in Hispania part. 1. tract. 1. cap. 20. n. 6. & 7.

2221 Omnibus his monumentis nititur Traditio de fundata à Sancto Jacobo Æde à Columnâ nuncupata, nam singula earum occasionem offerunt filiis quærendi à parentibus; quis nam Fundator fuerit illius Ecclesiæ? Quando erecta fuerit illa Columna? Quis eam Virginis statuam eo loco collocaverit? Quibus interrogationibus parentes respondent, Ecclesiam fundatam esse à Divo Jacobo; Virginem Mariam adhuc viventem inter mortales supra eam Columnam apparuisse Sancto Jacobo; statuam tum primum ibi collacatam fuisse, cum Sacra Ædes fuit erecta;

erecta; filiique audita à parentibus, nepotibus narrant; & dum ea monumenta duraverint, ſemper movebunt ad ſimiles interrogationes, & ſimiles reſponſiones; extendeturque ad ſeram poſteritatem eadem Traditio, quæ à tempore Sancti Jacobi ad nos uſque pervenit: eodem modo, quo lapides à Joſue miſſi in Jordanem fuere monumentum, cui innixa eſt Traditio de tranſitu Arcæ fœderis, ut obſervavi in Diſſertatione de Expeditione Hiſpanica Sancti Jacobi numero 1988.

2222 Libro 1. Regum cap. 7. verſu 12. legimus:

> *Tulit autem Samuel lapidem unum, & poſuit eum inter Maſphath, & inter Sen, & vocavit nomen loci illius Lapis Adjutorii, dixitque huc uſque auxiliatus eſt nobis Dominus.*

In quem locum ait Abulenſis quæſt. 31.

> *Iſte lapis erat magnus ad hoc, quod non faciliter moveretur, & maneret in memoriam æternam in locum illum, uſque ad quem Iſraelitæ acceſſerunt perſequentes Philiſtinos.*

Et Cornelius Alapide in eundem locum ait:

> *Hic lapis fuit perenne monumentum victoriæ, Hebræis per preces Samuelis à Deo conceſſæ.*

Ita Columna illa Cæſarauguſtana, imò & Imago Sanctiſſimæ Virginis (quam Erneſtus Archiepiſcopus Pragenſis primus libro de laudibus Beatæ Mariæ Virginis cap. 39. vocavit Lapidem Adjutorii) eſt, eritque perenne monumentum auxilii, patrociniique Matris Admirabilis univerſæ Hiſpaniæ promiſſi, ad preces Sancti Jacobi Hiſpaniarum Apoſtoli.

ASSER-

ASSERTIO II.

Certè extat Traditio de Æde à Columnâ dicta, Matri Admirabili à Sancto Jacobo dicata.

2223 TAm celebris est Traditio de Matris Admirabilis adhuc inter mortales degentis apparitione supra Columnam ad ripam Iberi fluminis, & de Sacra Æde in illius honorem à Sancto Jacobo constructâ ad mœnia Cæsaraugustana, ut D. Michael Martines de Villar in eruditissimo Opusculo inscripto: *Vota, & motiva sententiæ latæ pro Priore, & Canonicis Angelicæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Maioris de Pilari in Curia Illustrissimi Domini Justitiæ Aragonum* &c. his gravissimis verbis testatus sit:

> *Adeò certa, ac irrefragabili, indubitataque TRADITIONE receptum est, Divum Jacobum in Hispaniam adventasse, dictamque insignem Ecclesiam fundasse, quòd apud nos Celtiberos non habetur ut Catholicus, qui de hoc dubitet.*

2224 De eadem Traditione loquens Martinus Antonius del Rio Societatis Jesu, (magnum à scriptis voluminibus nomen) natione Belga, patria Antuerpiensis lib. 2. Disquisitionum Magicarum quæst. 26. (non 27. ut alicubi legitur) sect. 5. ait:

> *Primo sæculo nobis occurret prima Hispaniæ, & fortassis Europæ totius, Ecclesia Beatæ Mariæ Deiparæ de Columna, à B. Jacobo cum adhuc in vivis uterque degeret, dedicata ad Hebrum Cæsaraugustæ: quod & annalibus Celtibericis proditum, & adeò constanti Eccle-*

siæ illius TRADITIONE receptum, ut Catholicus ibi non habeatur, qui dubitet.

2225 Ante utrumque idipsum scripserat Magister Ysla ad calcem Declarationis Regulæ Militiæ Sancti Jacobi cap. 3. Historico pag. 169. mihi, ubi de Sancto Jacobo Apostolo loquens, ait:

> *Uno de los quales fue este Apostol glorioso; el qual nos cupo por suerte a estes Reynos de España por Apostol, y Predicador de Jesu Christo, segun commun opinion destos Reynos, mayormente del Reyno de Aragon, adonde tienen por poco menos que articulo de Fé, que vino Santiago personalmente a predicar a aquella Provincia, y Reyno, e que edificò la Iglesia de Nuestra Señora del Pilar en Çaragoça, que es uno de los Santuarios devotissimos, que ay en España, de los de Nuestra Señora.*

2226 Quæ Aragonensium firma persuasio etiam refertur in celeberrima Decisione Rotæ Romanæ coram Coccino, anno 1630. ubi numero 21. in fine, postquam dictum est fundatam fuisse à Divo Jacobo Ædem à Columnâ dictam, additur:

> *Neminem hucusque id ausum negare, visis vinculo, & firmitate, quibus Traditio ista corroboratur, quasi sit de fide: taliter quod non esset tentus pro Catholico, qui de hoc dubitaret.*

Reperitur hæc clarissima Decisio apud Lezanam tomo Consultorum Theologicorum, Juridicorum, & Regularium pag. 551. & sequentibus.

2227 Ista Decisio Rotæ, & locus ille Martini Delrio supra citatus, productus postremò est Romæ in *Summario pro Gloriosissima Apparitione Beatissimæ Virginis Mariæ adhuc viventis super Columna marmorea Beato Apostolo Jacobo Maiore Cæsaraugustæ predicanti, & fundatione Templi Beatæ Mariæ de Pilari, ac concessione Officii proprii.*

2228 Si cui nimius, & non secundum scientiam videbitur iste Aragonensium zelus pro hac Traditione, legat Eminentissimum, & Sapientissimum Cardinalem de Aguirre, hominem non Aragonensem tom. 1. Conciliorum Hispaniæ Dissertatione 9. num. 77. sic de eadem Traditione loquentem:

> *Est Traditio valdè antiqua, Pontificum, ac Regum privilegiis firmata à multis sæculis, & plurimorum gravium Scriptorum libris à longo tempore comprobata, quam proinde nemo refutare sine TEMERITATE, aut IMPIETATE aliqua possit.*

2229 Legat Doctorem eximium Franciscum Suarium, hominem quidem non Aragonensem, sed Granatensem, qui tom. 1. de Religione lib. 2. cap. 9. n. 15. ait:

> *Adventus Jacobi in Hispaniam non nisi ex ejusdem Hispaniæ Traditione inquirendus est, hanc autem non permisit Deus excidere, nec oblivioni tradi, nec in angulo concludi, sed ab universis Ecclesiis Hispaniæ retineri.*

Quis ergo audebit huic Traditioni contradicere, aut quomodo aliæ Ecclesiasticæ Traditiones inconcussæ conservari poterunt, si huic fides non adhibeatur?

> *Eo vel maxime quod non tantum à publica fama per dimanationem à patribus ad filios, sed etiam à solemni, & antiquissimo monumento Cæsaraugustano testimonium habet hæc veritas. Nam Cæsaraugustæ, & in universa Hispania est receptissima Traditio cùm Beatus Jacobus illuc pervenisset, & animo, ac cogitatione suspensus esset, quod paucos homines ad fidem trahere potuisset, Beatissimam Virginem in corpore mortali ei apparuisse, eumque fuisse consolatum, & ab ea certiorem factum, per discipulos paucos, quos congregarat, complendum fuisse, quod ipse perficere non potuisset. Et in hujus beneficii æternam memoriam insigne Templum, & valdè honorificum,*

ficum, ibi fundatum est. Quod in Collegiatam Ecclesiam erectum, magnis exemptionibus, & privilegiis Apostolicis donatum est, & Sanctæ Mariæ de Columna vulgò DEL PILAR dicitur, quia saxum, vel Columna in eo cernitur, quam ipsam Sacram Virginem suis pedibus calcasse docet TRADITIO.

2230 Legat denique Michaelem Martines à Villar in citato Opusculo, inscripto *Vota, & motiva pro Priore, & Canonicis Angelicæ Ecclesiæ B. Mariæ Maioris de Pilari*, ubi folio 23. ait:

Nec est cur offendamur Martinum Delrio dicere non haberi hic ut Catholicum, qui dubitet. Nam etiam leges Castellæ perjuros, excommunicatos, & simoniacos appellant hæreticos: & aliæ etiam leges; non quia propriè sint hæretici, ut inquit Avendañus de exequendis mandatis cap. 27. num. 29. Sed quia isti omnes operantur, ac si contra fidem sentirent; *quam interpretationem colligit ex tractatu Gundisalvi de Villadiego contra hæreticam pravitatem q. 1. sed quid? Novitatum Authores per maximè contra Traditiones Patrum, Ecclesiæque semper fuerunt suspecti apud Catholicos, ut constat ex Sancto Ignatio ad Heronem, Vincentio Lirinensi, ubi supra. Fr. Salinas in tract.* de Bien pronunciar *in Proœmio. Petrus Maris Dialogo 1. cap. 3. in Compend. Hist. Regum Portugalliæ.*

2231 Hæc sufficerent ad demonstrandum dari certè Traditionem, eamque receptissimam de Matre Admirabili etiam tum viatrice, apparente Sancto Jacobo, & de Sacra Æde ab ipso Apostolo erecta, & Mariano honori dicata; sed altiùs evecta est nostra Traditio, ex quo acrius fuit oppugnata, nam nunc validiores, quam unquam nacta est propugnatores, nam pro ipsa prodiere Paulus de Offera, Hiacynthus de Aranaz, & Ludovicus Urquio-

Urquiola, de quibus infra latior redibit sermo; pro ipsa fortiùs decertavit pietas Philippi Quinti Regis Catholici; pro ipsa strinxit Ecclesiasticum gladium Illustrissimus Inquisitor Generalis Archiepiscopus Toletanus; &. quod caput est, ipsam intulit Officio Ecclesiastico Sanctissimus Pontifex INNOCENTIUS XIII. cujus memoria in benedictione est, & cujus benignitatem per tredecim annos Ulyssipone, & Romæ erga me eximiam expertus sum. Tantus enim Pontifex concessit, ut sextæ lectioni Officii in Festo Dedicationis Ecclesiarum Sancti Salvatoris, & Beatissimæ Virginis de Columna Civitatis Cæsaraugustanæ, post verba Sancti Bernardi, adderetur narratio illius Traditionis, quæ ibi non solùm dicitur Traditio, sed Traditio PIA, ET ANTIQUA, quo nihil dici potest gloriosius; verba autem, quibus clauditur illa sexta lectio, hæc sunt:

Sane inter cætera sacra loca, quæ in Hispaniis speciali devotione coluntur, illustri fama ille notissimus est, qui Virginis Matris nomine Cæsaraugustæ Deo consecratus, à Columnâ cognomen accepit. Ut enim PIA, ET ANTIQUA TRADITIO habet, cum Jacobus Apostolus Maior nuncupatus, Divino consilio in Hispaniam appulisset, & aliquandiu Cæsaraugustæ substitisset, ibi à Beata Virgine Maria insigni beneficio dignatus est; ipsi namque, ut itidem perhibetur, cum aliquot discipulis noctu ad Iberi fluminis ripam oranti, Deipara adhuc in humanis agens, apparuit, eique injunxit, ut Sacellum extrueret. Quare nihil cunctatus Apostolus, Discipulis opem ferentibus Ædiculam Deo in ejusdem Virginis honorem dedicavit. Procedentibus autem seculis, augustior accessit Ecclesia, cujus Dedicatio, atque etiam alterius Ecclesiæ Sancti Salvatoris, in Civitate, & Diœcesi Cæsaraugustana, quarto Idus Octobris anniversaria solemnitate celebratur.

Ex

2232 Ex quibus ſextæ lectionis verbis habentur duo firmiſſimi poli, quibus noſtra Traditio innititur, nempe PIETAS, ET ANTIQUITAS, ex quibus jam illa Traditio convelli non poteſt. Nam *piam* rem quamlibet eſſe, ſpectat ad mores, circa quos falli non poteſt judicium Sedis Apoſtolicæ, ſicuti non poteſt falli, dum dicit eſſe piam ſententiam, quæ aſſerit, Conceptionem Virginis Mariæ fuiſſe immunem omni labe originalis culpæ; unde iſta ſententia jam oppugnari non poteſt. Ita non eſt oppugnanda Traditio, quam Eccleſia declaravit eſſe *piam*, neque poteſt novitatis inſimulari Traditio, quam Eccleſia dicit eſſe *antiquam.*

2233 Ut autem perſpiciatur quanta cum diſcuſſione, quam ſeveroque examine prævio conceſſum fuerit, ut illa Traditio Eccleſiaſtico Officio inferretur, juvat deſcribere Decretum, ſeu declarationem Sacræ Rituum Congregationis. Sic autem habet:

Cæſarauguſtana:

Cum Archiepiſcopus, Capitulum, Magiſtratus, & Academia Cæſarauguſtana, nec non plures Archiepiſcopi, & Epiſcopi Hiſpaniæ S. M. Clementi P. XI. nonnullis abhinc annis humillimas preces porrexerint, noviſſimè verò Sereniſſimi Regis Catholici Philippi V. ad Sanctiſſimum Dominum N. INNOCENTIUM XIII. piæ ſuplicationes acceſſerint pro conceſſione lectionum propriarum II. Nocturni in feſto Dedicationis Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſarauguſtæ, illas verò Sanctitas Sua ad Sac. Rituum Congregationem remiſerit: Sacra eadem Congregatio ad relationem Em. & Reverend. D. Cardinalis Origbi, inſtante P. Magiſtro Fr. Joſepho Nicolao Cavero, Procuratore Generali Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum, & tam in ſcriptis, quam in voce R. P. D. Proſpero de Lambertinis Fidei Promotore audito, re pluribus maturè diſcuſſâ indulſit,

sit, atque concessit, ut in Festo Dedicationis Ecclesiarum Sanctissimi Salvatoris, & Beatissimæ Virginis de Columna Civitatis Cæsaraugustæ pro II. Nocturno suprascriptæ Lectiones propriæ desumptæ ex Sermone S. Bernardi cum additione in fine sextæ Lectionis nonnullorum verborum ab omnibus Christi Fidelibus Civitatis, & Diœcesis Cæsaraugustanæ, qui ad horas Canonicas tenentur, die 12. *Octobris in festo Dedicationis earumdem Ecclesiarum recitari possint, & debeant, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die* 7. *Augusti* 1723.

2234 *Et facta de prædictis per me Secretarium eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die* 11. *ejusdem mensis, & anni.*

F. Card. Paulutius Præf.

Loco ✠ Sigilli

N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamenus

Sac. Rit. Cong. Secretarius.

2235 In supradicto autem Decreto duodecim observo fundamenta, quibus magis, ac magis stabilitur illa Traditio; sex quidem ex parte supplicationis, & totidem ex parte concessionis.

2236 Ex parte supplicationis observo 1. preces Archiepiscopi Cæsaraugustani, cujus est approbare miracula; fundatio autem, & conservatio Ædis à Columnâ nuncupatæ, est quid miraculosum.

2237 Observo 2. preces Capituli Cæsaraugustani, quod est corpus Ecclesiasticum, pluribus constans partibus, quæ dum in unam sententiam conveniunt, illi magnum pondus adjiciunt.

2238 Observo 3. preces Magistratus Cæsaraugustani, qui etiam est corpus politicum, pluribus partibus constans, quæ uni subscribentes assertioni, maximas illi addunt vires.

Obser

2239 Observo 4. preces Academiæ Cæsaraugustanæ, quæ est aliud corpus politicum, conflatum ex pluribus partibus, nempe ex pluribus viris sapientia clarissimis, qui celebrem illam constituunt Academiam, cujus maximi faciendum est judicium, nam ut ait Ludovicus à Paramo de Origine, & progressu Officii Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 3. numero 109. in fine:

Est temeraria propositio, quæ cum Decreto celebris Universitatis pugnat.

2240 Observo 5. preces plurium Antistitum Hispaniæ, tam Archiepiscoporum, quàm Episcoporum, qui cum plerunque sint scientiâ præstantissimi, probitate conspicui, & omnes dignitate insignes, testimonium perhibent fide dignissimum.

2241 Observo 6. preces Serenissimi Regis Catholici Philippi V. pietate laudatissimi, de quo nefas est suspicari, suscepisse falsitatis patrocinium, vel curaturum ut falsa historia, vel incerta Traditio à Summo Pontifice S. Petri Successore, & Christi Vicario approbaretur.

2242 Ex parte concessionis alia sex observo fundamenta, quæ nostram Traditionem firmam, inconcussamque reddunt; unde

2243 Observo 7. judicium Sacræ Rituum Congregationis, quæ est gravissimus quidem Senatus Purpuratorum Patrum, Præsulum eruditissimorum, & consultorum sapientia insignium, qui nullo pacto approbare solent, nisi ea, quæ probatissima sunt.

2244 Observo 8. auditum fuisse Promotorem Fidei, cujus muneris est proferre omnes difficultates, quæ obstare possunt cuicumque Decisioni, quæ sit in favorem partis postulantis, huncque fuisse Illustrissimum D. Prosperum de Lambertinis, sanguinis claritudine præstantissimum, atque omnium præconiis Romana purpu-

ra

ra dignissimum, virum insignis sapientiæ, vastissimæque eruditionis, atque acerrimi judicii, & quem nullum genus argumentorum pro sententia Traditioni adversante fugere poterat.

2245 Observo 9. negotium hoc in ea Sacra Congregatione fuisse non semel tantum agitatum, sed *pluries* disputatum, ut magis, clariusque veritas elucesceret; & posterioribus disputationibus supplerentur, quæ prioribus fortasse non occurrissent.

2246 Observo 10. de hac re non fuisse perfunctoriè tractatum, sed illam summa consideratione fuisse maturè discussam, nam ut docet Aulus Gellius libro 10. cap. 11. *Id quod non segniter fiebat, maturè fieri dicebatur.*

2247 Observo 11. in eo Decreto non solùm concedi, ut illæ Lectiones recitari *possint*, quod satis esset, ut illa Traditio à Sacra Rituum Congregatione approbaretur, sed addi, *& debeant*, quæ clausula inducit præceptum, & obligationem, necessitatemque importat, ut docent Jurisconsulti: quo refelluntur ii, qui existimant hujusmodi concessionem esse solùm meram permissionem, non verò positivam approbationem.

2248 Observo denique 12. accessisse supremum, sanctissimum, ac penè divinum judicium Pontificis Maximi INNOCENTII XIII. viri prudentissimi, & Apostolicæ Majestatis, Ecclesiasticæque libertatis vindicis egregii, qui nihil habuit antiquius, quàm veritati patrocinari.

2249 Hæ duodecim Observationes nobis subministrant totidem fundamenta ad credendum Traditioni, quæ docet Ædem Cæsaraugustanam fuisse constructam à Divo Jacobo Maiore, & ab ipso in Matris Admirabilis honorem ipsa jubente dicatam.

2250 Pro coronide hujus primæ Sectionis (quam scripseram anno 1725.) lubet adjicere unicum testimo-

nium in nostræ Traditionis confirmationem, quod ad me non pervenit nisi post quartum inde annum, hoc videlicet 1729. Et est testimonium ejusdem Promotoris Fidei, tunc Illustrissimi Præsulis, nunc Eminentissimi, & Reverendissimi Principis Prosperi S.R.E. Cardinalis Lambertini Episcopi Anconitani, qui in Animadversionibus, quibus ex officio, & tamquam Fidei Promotor oppugnabat concessionem propriarum Lectionum pro secundo Nocturno Officii communis Dedicationis Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, numero 7. ait:

> *Ea, quæ mox à me dicentur, non eo animo dicta censeri exoro, ut piam illam Apparitionis Traditionem convellam; imprudentis enim esse videtur eam dicto animo impugnanare, ut inquit* Theophilus Rainaudus oper. tom. 7. in opere, cui titulus: Diptycha Mariana, puncto 10. num. 5. *ubi post narratam Virginis apparitionem Sancto Jacobo in Hispania degenti ait*, Eam traditionem convellere prudentis non est, *sed ut muneri mibi imposito satisfaciendo, Sacræ huic Congregationi suadeam, ut relicta Traditione in eo statu, in quo nunc est, abstineat ab approbatione Lectionum, in quibus dicta exponitur apparitio.*

2251 Hîc notandum imprimis est, ipsum Fidei Promotorem laudare testimonium Theophili Rainaudi, quod ego in Dissertatione allegaveram numero 2129. Quando igitur tantus vir, & tanti muneris est in ea sententia, quo jure nos homunculi & privati ab ea recedemus? & licet Sapientissimus Fidei Promotor pluribus rationibus suaserit Sacræ Rituum Congregationi, ut relicta Traditione in eo statu, in quo tunc erat, abstineret ab approbatione Lectionum, in quibus dicta exponitur Apparitio, id tamen non persuasit; prævaluere enim solutiones ipsius argumentis, & jubente Sacra Rituum Congregatione, & annuente Ponti-

Pontifice Maximo, posita est in *6.* Lectione illa Traditio, ut vidimus num. 2233. & 2234. Igitur quando Promotor Fedei, Sacra Rituum Congregatio, & Summus Pontifex affirmant, & ex adverso Critici morosi negant eam Traditionem, quibusnam credendum est? Quibusnam adhærendum? Quibusnam subscribendum? Respondeant Catholici.

2252 Deinde animadvertendum est, prædictam Sacræ Rituum Congregationis sententiam latam esse Romæ anno 1623. postquam Matriti prodierant duo scripta nitentia oppugnare acerrimè prædictam Traditionem, contra quæ plurimæ extemplo insurrexere apologeticæ lucubrationes, quæ tamen duo scripta prohibita sunt ab Excellentissimo Domino D. Didaco de Astorga & Cespedes Archiepiscopo Toletano, & Quæsitore Generali in Regnis Regi Catholico subjectis, nunc S. R. E. Cardinale, cujus Decretum etiam reperitur scriptum in Summario impresso Romæ anno 1723. pag. 23. unà cum aliis scriptis spectantibus ad prædictam concessionem in unum volumen redactis, quod legendum habui beneficio Clarissimi Viri Doctoris Joannis Alvares Acosta Senatoris Regii Domus, quam vocant Supplicationis, & Gravaminum Decemviri, Regalis Academiæ Socii, egregiè eruditi, Scriptorisque Reipublicæ Literariæ non uno edito volumine notissimi, veræque sententiæ de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam defensoris acerrimi, qui tempore illius concessionis morabatur Romæ, quò jussu Augustissimi Regis nostri profectus fuerat, ut in Conclavi, quo eligendus erat successor Clementis XI. adesset Conclavista (ut vocant) Eminentissimi, & Reverendissimi Principis D. D. Josephi S.R.E. Cardinalis Pereiræ, quod munus exercuit in Conclavi, quo post mortem Innocentii XIII. electus est Pontifex Maximus Sanctissimus Dominus noster Benedi-

nedictus XIII. Romæque audivit idem Sapientissimus Academicus quanti steterit Cardinali Baronio dubitavisse de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam; intercessum scilicet à partibus Hispaniæ fuisse illius electioni in Pontificem Maximum, idque non semel, tam in promotione Leonis XI. quàm in electione Pauli V. Unde mirum est esse hominem in nostro sæculo, qui speret laudem ex negatione absoluta illius Adventûs Sancti Jacobi in Hispaniam, cum vel illum in dubium revocare, bis obstiterit ne Sapientissimus Cardinalis, morumque probitate insignis, in Divi Petri solio collocaretur.

SECTIO II.

Consuetudo confirmat, Ædem à Columnâ nuncupatam, dicatam fuisse Cæsaraugustæ honori MATRI ADMIRABILI à Sancto Jacobo Maiore Apostolo.

2253 POstquam ex Traditione ostendimus Ædem à Columnâ nuncupatam Deo dicatam fuisse in honorem MATRIS ADMIRABILIS à Sancto Jacobo Maiore Apostolo, ipsa in vivis agente, & jubente, sequitur ut idem Consuetudine confirmemus; ait enim D. Augustinus Sermone 147. de Tempore in editionibus antiquis, at in editione Patrum Congregationis Sancti Mauri 242. capite 1.

In homine carnali tota regula intelligendi est Consuetudo *cernendi, quod solent videre, credunt; quod non solent, non credunt.*

Cùm

2254 Cùm autem miraculosa apparitio MATRIS ADMIRABILIS confirmari possit consuetudine Dei, consuetudine ipsius MATRIS ADMIRABILIS, consuetudine Angelorum, consuetudine Apostolorum, consuetudine Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, consuetudine Hispaniæ, & denique consuetudine totius Orbis, hinc ejus ædificationis credibilitatem confirmabimus ex septuplici ea consuetudine septuplici Assertione.

ASSERTIO I.

Ædem Cæsaraugustanam à Columnâ dictam constructam fuisse à Divo Jacobo Apostolo, dicatamque MATRI ADMIRABILI, viventi, & jubenti confirmatur consuetudine Dei.

2255 CUm MATER ADMIRABILIS Jerosolymis degens apparere Sancto Jacobo Hispaniam peragranti non potuerit, nisi per Dei miraculum, istiusmodi apparitio redditur credibilior, ejusque certitudo confirmatur consuetudine, quam Deus habet efficiendi similia miracula. Illud autem miraculum, quo MATER ADMIRABILIS apparuit D Jacobo, factum est altero ex duobus modis, vel replicata Virginis præsentia, adeo ut eodem anno, eodemque tempore videretur Dei Mater Jerosolymis, & in Hispania; vel translata MATRE ADMIRABILI ex Jerosolymis in Hispaniam, relicta per aliquod temporis spatium Palestina. Rem priori modo accidisse censet Theophylus Rainaudus tomo 7. in Diptychis Marianis parte 1. puncto 10. num. *6*.

num. *6*. Posteriori verò reliqui omnes, qui de hoc miraculo scripserunt, sed utrolibet modo id evenerit; semper habebit confirmatricem Dei consuetudinem, utroque enim modo Deus consuevit miracula patrare, tam collocando idem corpus pluribus in locis eodem tempore, quàm ex uno loco in alium intra brevissimum temporis spatium transferendo. Utriusque modi plura suppeditant exempla apud nostrum Joannem Bonifacium Bagattam in Admirandis Orbis Christiani. Primi quidem modi tomo 2. lib. 2. cap. 3. §. 2. qui proponit *corpora eodem tempore in diversis locis divinitus suam præsentiam exhibentia*. Cujus miraculi viginti producit exempla, nempe, Adalberti Pragensis, Sancti Ambrosii, Sancti Brunonis, Sancti Severi Episcopi Ravennæ, B. Benonis Episcopi Misnensis, Sancti Winwaloci Abbatis Laudevensis, Sancti Lupicini Abbatis Jurensis, Sancti Nicolai Episcopi Myrensis, Sancti Frontonis, unius ex septuaginta Discipulis, Sancti Bernardi, Sancti Laurentii Justiniani, B. Walteri de Birbeke, Sancti Francisci Assisiatis, Sancti Antonii Ulyssiponensis, V. Petri Nicolai Fatoris, Sancti Ignatii de Loyola, Sancti Francisci Xaverii, V. Josephi Anchietæ, Sanctæ Theresiæ, V. Francisci Olympii.

2256 Quibus viginti exemplis, ego addo alia decem Sancti Philippi Nerii, quæ adducit Michael Antonius Frances de Urrutiguyti in vita ejusdem Sancti (quam inscripsit *Exemplo de Sacerdotes*) lib. 3. c. 18. ubi de hoc miraculo doctè agit, adducitque aliquot exempla similis replicatæ præsentiæ, eruta ex historiis S. Joannis Eleemosynarii, Sancti Thomæ de Villanova, Sancti Nicolai Myrensis, Sancti Francisci Xaverii, Sancti Antonii Ulyssiponensis, Sancti Laurentii Justiniani, & Sancti Ambrosii, qui cùm esset Sacrum faciens Mediolani, interfuit funeri Sancti Martini Episcopi Turonensis, de quo miraculo

culo P. D. Antonius Caracciolus noster brevem, sed eruditam edidit controversiam *De Sancti Martini funere à Sancto Ambrosio procurato*, quæ est secunda in Caraccioli *Biga Illustrium Controversiarum*, cujus operis licèt bis impressi, non meminit diligentissimus Silos noster in Cathalogo Scriptorum nostræ Congregationis, quo videatur quàm nullam fidem mereantur argumenta ex silentio Authorum.

2257 Plura alia similis miraculi reperiri poterunt exempla; cùm tamen ego teneam Sanctissimam Virginem venisse in Hispaniam, relicta per id tempus Hierosolyma, ut scribunt omnes, qui de illius Adventu agunt, uno excepto (quem viderim) Theophilo Raynaudo, solùm prosequor ostendere Dei consuetudinem in transferendis corporibus ex uno loco in alium, hancque probo credibilitatem Adventus MATRIS ADMIRABILIS ad invisendum Sanctum Jacobum Apostolum.

2258 Antiquissima est Dei consuetudo transferre divinitùs corpora ex uno loco in alium, & quam non possunt negare morosi Critici, nisi Catholicæ fidei renuntiaverint, quod jam demonstro.

2259 Corporum ex uno loco in alium virtute Dei translatorum plura exempla nobis suppeditat Sacra pagina, tam tempore legis Naturæ, quam legis Scriptæ, & legis Gratiæ. Tempore legis Naturæ primum exemplum dedit Deus in primo homine Adámo omnium parente, recensformato extra paradisum, & translato in paradisum, cùm adhuc esset immunis à culpa originali, habetur enim Genesis c. 2. vers. 15.

Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum.

Quo innuitur Adamum formatum fuisse extra paradisum, ut docent Sanctus Ambrosius libro de Paradiso cap. 4. Ruper-

Rupertus Abbas in Genesim lib.2.cap.23. Abulensis in Genesim cap.2. quæst.19 . . Cornelius autem Alapide sic ait:

Patet Adamum non in, sed extra paradisum esse creatum (in Hebron multi creatum putant) indeque à Deo eodem die per Angelum translatum esse in paradisum.

2260 Secundum exemplum habetur in Enochi translatione, de qua dicitur Genesis cap. 5. vers. 24.

Facti sunt dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni; ambulavitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus.

2261 Tertium exemplum, & primum tempore legis Scriptæ, nobis subministrat raptus Eliæ, de quo legitur libro. 4. Regum cap. 2. vers. 11.

Ecce currus igneus, & equi ignei diviserunt utrumque, & ascendit Elias per turbinem in cœlum.

2262 Quartum exemplum est Ezechielis, qui cap. 3. vers. 14. ait:

Spiritus quoque levavit me, & assumpsit me, & abii amarus in indignatione spiritus mei, manus enim Domini erat mecum confortans me. Et veni ad transmigrationem ad acevum novarum frugum ad eos, qui habitabant juxta flumen Chobar, & sedi, ubi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus.

In quem locum Sanctus Hieronymus ait:

Transferturque Propheta, non (ut quidam æstimant) in spiritu, sed in ipso corpore.

2263 Quintum exemplum est Prophetæ cujusdam, nomine Habacuc, qui ex Judæa portavit prandium Danieli Babylone in lacu leonum detento, ut habetur Danielis cap. 14. 35. & ex Babylone deductus est in Judæam ab eodem Angelo, qui eum duxerat in Babylonem, ut ibi legitur vers. 38.

Angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo.

Circa

2264 Circa hoc quintum exemplum notandum est, hunc Prophetam Habacuc juxta probabiliorem sententiam non fuisse illum, qui inter Prophetas minores recensetur octavo loco, ut eruditè probat Cornelius à Lapide in Argumento Commentariorum in Habacuc Prophetam, & etiam tradit in hunc locum Danielis. Etiam idem probat egregiè, ut solet, Franciscus Ribera, morum sanctimonia, & litterarum splendore clarissimus, Præludio 2. in Prophetas minores, num. 19. & 20.

2265 Sextum exemplum, & primum tempore Legis Gratiæ, est Philippi Diaconi, qui postquam baptizavit Eunuchum Reginæ Candacis, raptus est ab Angelo, portatusque ex Gaza in Azotum, quæ urbs distat à Gaza quadraginta circiter milliaria juxta Lorinum: quæ historia habetur in Actis Apostolorum cap. 8. à versu 39. ibi:

> *Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus.*

2266 Septimum, & fortassè octavum, exemplum est Sancti Pauli, qui in 2. ad Corinthios capite 12. v. 2. ait:

> *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) raptum hujusmodi usque ad tertium Cœlum. Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in Paradisum, & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui.*

2267 Dixi, *& fortassè octavum*, qui nonnulli ex Sanctis Patribus asserunt his verbis Sancti Pauli colligi duos raptus, seu Sanctum Paulum bis fuisse raptum, semel in tertium Cœlum, & iterum in Paradisum. Unde duæ sunt Authorum sententiæ, una de unico raptu, altera de duplici. De utraque sententia juvat audire Benedi-

ctum Justinianum hîc prudenter judicantem; ait enim:

Habet utraque sententia ex Recentioribus sectatores suos, nec facilè definiri potest utra sit præferenda, nisi quod prior Authorum multitudine, atque antiquitate potior, posterior rationis subtilitate firmior videtur.

2268 Sive autem Sanctus Paulus fuerit raptus semel, sive bis, quod nobis inservit, est id, quod hoc loco docet Cornelius à Lapide, multisque probat, nempe Sanctum Paulum verè, & realiter fuisse raptum, cum corpore, & anima. Dictis verò ab Alapide addo authoritatem Ambrosiastri in hunc locum, & Sancti Ambrosii libro de Symbolo in fine, ubi comparat raptum Philippi Diaconi raptibus Prophetæ Habacuc, & Sancti Pauli; constat autem raptus Habacuc, & Philippi fuisse corporeos.

2269 His septem, vel octo exemplis erutis ex Sacra Scriptura satis, superque probatur Consuetudo, quam Deus habet efficiendi ut corpora miraculosè transferantur de loco ad locum; sed qui voluerit similia exempla ex Historiâ Ecclesiasticâ, adeat Joannem Bonifacium Bagattam nostrum, seu potius Aloysium Novarinum etiam nostrum in Admirandis Orbis Christiani tomo 2. lib. 2. capite 3. & §. 3. invenietque, præter exemplum Philippi Diaconi à nobis supra allatum, viginti tria alia exempla transitus corporum subitò divinitùs ad loca dissita; post Philippum Diaconum, omnium Apostolorum ad funus MATRIS ADMIRABILIS ex Provinciis, in quibus tunc prædicabant, divinitùs asportatorum, Phidi Diaconi, Georgii Abbatis Montis Sinai, Patermucii, Duorum filiorum Reguli Hyberni, Sancti Antonii Ulyssiponensis, Puellæ Anonymæ, Sancti Cadoci Episcopi, Andreæ Archidiaconi Fesulani, Aurigæ Sanctæ Brigidæ Abbatissæ Kildariensis cum leproso, Juvenis Bononiensis,

Trium

Trium Equitum Jerosolymitanorum, Petri Martines Lusitani, Militis in Babylone captivi, Juvenis captivi, Alîus è Bulgaria in Paphlagoniam Domini Baquevillæ, Beatæ Ritæ de Cassia, Materni Sacerdotis natione Daci, Viri Brabanti, Mulieris Neapolitanæ ope S. P. N. Caietani, Alphonsi de Balsana Societatis Jesu, Josephi Anchietæ. Inter quæ est singulare, quod loco 19. affert ex Othone Frisingensi, lib. 3. cap. 15. ubi ait:

> *Maternus Episcopus Trevirensis, & Coloniensis in tribus Civitatibus, quibus Pontificali jure præfuit, nempe Trevirensi, Tungrensi, & Coloniensi, uno, eodemque die, Angelo ducente, miraculosè Divinum Officium celebravit.*

Alia etiam exempla huc facientia refert idem Pater Bagatta tomo 1. lib. 5. cap. 5. §. 3. ubi agit de carceribus ultroneo motu apertis, captivisque liberatis, & aliò divinitùs translatis.

2270. Si igitur tot sunt exempla Consuetudinis Dei quoad translationem miraculosam corporum ex uno loco in alium, quorsum dubitabitur MATREM ADMIRABILEM miraculosè venisse Cæsaraugustam, cùm alia idem penitùs persuadeant? Si nemini concessum, quod MARIÆ denegatum, quomodo ipsi denegabimus, quod multis concessum fuisse, salva fide non possumus denegare?

ASSERTIO II.

Ædem Cæsaraugustanam fuisse conditam à Divo Jacobo in honorem B. MARIÆ ipsi apparentis, confirmatur Consuetudine MATRIS ADMIRABILIS.

2271 ÆDem Cæsaraugustanam à Columnâ nuncupatam fuisse constructam apparente MATRE ADMIRABILI Sancto Jacobo, ipsique illud opus mandante, confirmatur ex Consuetudine ipsius Beatissimæ Virginis, quæ solita est & fideles invisere, & jubere ut Templa Deo dedicentur, & ex Consuetudine Imaginum MATRIS ADMIRABILIS, quæ solent mutare locum virtute invisibili translatæ.

§. I.

Fideles invisere Consuetudo est MATRIS ADMIRABILIS.

2272 SOlita est Beatissima Virgo fideles invisere ante Christum natum, post Christum natum, & post Christum in Cœlum receptum.

2273 Ante Christum natum invisit Sanctam Elisabetham, Joannem Baptistam in utero gestantem, ut scribit Sanctus Lucas cap. 1. vers. 39.

Exurgens autem MARIA in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in Civitatem Juda; & intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth.

2274 Post Christum natum invisit sponsos, quando

do factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ, ut scribit Sanctus Joannes cap. 2. vers. 1.

Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat Mater JESU ibi.

2275 Invisit etiam Christum, & Apostolos fame afflictos, ut legitur cap. 12. Sancti Matthæi versu 46.

Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater ejus, & fratres stabant foris quærentes loqui ei.

Et cap. 3. Sancti Marci vers. 31.

Et veniunt Mater ejus, & fratres; & foris stantes, miserunt ad eum vocantes eum.

In quem locum Cardinalis Caietanus ait:

Vocabant autem, compatientes illi ob longam inediam; superius enim dictum est, quòd adeò occupabatur à turbis, ut nec cibum capere posset.

Alludit Caietanus ad versum 20. ejusdem capitis, ubi dicitur:

Et veniunt ad domum; & convenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare.

Et alludere posset ad caput 6. ejusdem Euangelistæ versu 31. ubi dicitur:

Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum; erant enim, qui veniebant, & redibant multi; & nec spatium manducandi habebant.

De eodem Adventu Virginis ad Christum ait Sanctus Lucas cap. 8. v. 19.

Venerunt autem ad illum Mater, & fratres ejus.

Et rationem reddit Cardinalis Toletus hîc Annotatione 37.

Nam priusquam domum illam ingressus esset, docuerat multa, atque iterum domum ingressus, longum habuerat sermonem, ita ut Mater facilè intellexerit eum esse defessum, nec à turbis dimitti, ut panem manducaret

cum

cum Discipulis; sæpe enim id evenerat. Habetur enim Marci 6. Erant, *inquit*, qui veniebant, & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant. *Hac igitur de causa nunc Mater, & fratres à concione evocarunt eum, quod non vitio dandum est, sed maximè charitati.*

2276 Post Christi Ascensionem profecta est MATER ADMIRABILIS Ephesum invisura fideles illic jam à Sancto Paulo edoctos, ut habetur ex Concilio Ephesino cap. *26.* in Epistola Synodica ad Clerum Constantinopolitanum, ex eodemque Concilio id probat Cardinalis Baronius ad annum Christi 44. n. *29.* Id autem constitisse Concilio Ephesino ex Traditione docet Theophilus Raynaudus tomo 7. in Dipychis Marianis, parte 1. puncto 10. n. *6.* pag. 11*9.* Cùm autem illud Concilium celebratum fuerit quinto sæculo, refellendus est Launoius in Dissertatione de efficacia argumenti negativi, asserens Traditionem sine scripto extendi non posse ultra duo sæcula. Cujus falsitatem jam demonstravimus in Dissertatione de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi; & infra iterum demonstrabimus.

2277 Invisisse etiam Antiochiam, & fideles in ea urbe degentes, pluribus persuadetur; nam ut alia omittam, ut in Elucidario Deiparæ lib. 1. tractatu ultimo cap. 2. §. Anno trigesimo nono, ait Poza:

> *Ferax illa Ecclesia Doctorum, & Prophetarum, ubi primum Discipuli nominantur Christiani, nec continere se potuit, quin MARIAM inviseret, nec MARIA à se impetrare, ut non prima illa pignora nascentis Fidei, & Christiani nominis præsens illustraret. Si puella, & recens gravida in montana Judææ advolat in solatium Elisabeth, potiori jure adulta, & matrona in proximam Antiochiam proficiscitur.*

Hæc,

2278 Hæc, aliaque multa probant MATRI ADMIRABILI fuisse Consuetudinem invisendi fideles filios suos; credibiliusque reddunt invisisse Sanctum Jacobum sibi dilectissimum, non solùm ad Cæsaraugustam, ut hîc probandum suscepimus, sed ad Urbem, quæ postea dicta est Granata, ut scribit V. Mater MARIA à JESU in Mystica Civitate Dei parte 3. lib. 7. capite 16. numero 322. immo etiam in Gallæcia in terris subjectis Metropoli Bracharensi, totius Hispaniæ Primati, ut habetur in antiquissimo libro Sacrarum precum, Armena lingua confecto anno 1054. jussu Patriarchæ Hierosolymitani, qui fuit Orestes, qui sedit anno 1006. vel quispiam illius successor, cujus nomen nobis ignotum, prædecessor tamen Simeonis, qui sedit anno 1088. hujus autem Sacri libri verba leguntur apud Oxeam in Historia Sancti Jacobi cap. 6. folio 22. n. 3. Castillo in Defensione Adventus Sancti Jacobi in Hispaniam cap. 16. fol. 82. D. Michaelem Erze Ximenes de Prædicatione Sancti Jacobi in Hispania parte 1. trat. 3. cap. 6. num. 2. fol. 79. verso. Verba autem illius Armeni libri Latinè translata de Sancto Jacobo Maiore ajunt:

> *Per Lusitaniam, & Bracharam ingressus est in Gallæciam, ubi prædicavit, & resedit bono temporis spatio; in fine cujus illi apparuit Virgo Domina Nostra, ipsique præcepit, ut reverteretur Jerosolymam, & ita ille effecit. Et perveniens Cæsaraugustam, illi iterum Virgo apparuit, ipsique præcepit, ut Ædem quandam fundaret, ipsius Virginis nomini dedicatam.*

2279 Quo monumento sexcentis, & septuaginta annis antiquiore (etiamsi alia antiquiora non extarent) satis, superque refellitur, qui dixit de fundatione Ædis Cæsaraugustanæ à Sancto Jacobo conditæ non reperiri monumentum quingentis annis antiquius.

Ex

2280 Ex dictis optimè probatur Consuetudo MATRIS ADMIRABILIS invisendi fideles, & ex eadem Consuetudine confirmatur invisisse Sanctum Jacobum ad ripam Iberi fluminis, mœniaque Cæsaraugustæ.

§ II.

Jubere ut suo nomini Ecclesiæ dedicentur, Consuetudo est MATRIS ADMIRABILIS.

2281 CUM Traditio non solùm prodat MATREM ADMIRABILEM in terris viventem apparuisse Sancto Jacobo Maiori, sed etiam jussisse ut Mariano honori Ecclesiam dedicaret; hoc etiam confirmandum esto Cnsuetudine ipsius Augustissimæ Virginis.

2282 Credibile mihi videtur MATREM ADMIRABILEM in terris degentem non soli D. Jacobo, sed omnibus aliis tredecim Apostolis præcepisse, ut in ipsius Virginis honorem Templa erigerent. Unde autem hoc eliciam, dicendum est Sectione quarta, ubi agemus de *Ratione*, quæ in nostro casu *Traditioni*, *Consuetudini*, *& Fidei* patrocinatur. Illud tamen certum est MATREM ADMIRABILEM in terris degentem non minorem habuisse dignitatem ex Dei maternitate pullulantem, quam nunc habet in Cœlo regnans, neque regnantem in Cœlo esse minus humilem, quam fuit dum viveret in terris, ut ipsa revelavit Sanctæ Brigittæ, ut videre est libro 7. Revelationum ipsius Sanctæ cap. 25. ubi MATER ADMIRABILIS ait: *Sicut ergo humilis fui in mundo cognita Deo, & Joseph, sic etiam nunc sum humilis sedens in sublimissimo throno.*

no. Et tamen in cœlis regnans, sæpissimè mortalibus apparuit, ut ipsis præciperet Templa in Mariani nominis honorem dedicari; adeo ut dixerit disertissimus, & eruditissimus Aranaz in Sceptro Fidei Hispaniæ statione 2. cap. 13. num. 8. pag. 323. tot Templa fuisse dicata MATRI ADMIRABILI, ipsa jubente, ut de illis confici posset liber.

2283 Cùm igitur non extent Historiæ, vel monumenta, quæ testentur Reginam Apostolorum singulis aliis tredecim Apostolis idem præcepisse, quod Sancto Jacobo, nempe Templi, vel sacelli fundationem, satis erat produci plusquam tredecim exempla similis mandati, Beatæque Virginis imponentis aliis Templorum sibi dicandorum constructionem, ut manifestè appareat hanc esse MATRIS ADMIRABILIS Consuetudinem præscribere silicet, ut sibi Templa consecrentur, & ut confirmetur ipsam jussisse Sancto Jacobo Maiori, ut Ædem nomini ipsius Virginis construendam ad ripam Iberi fluminis dedicaret. Hæc autem exempla petam ex Italia, Germania, Gallia, Hispania, Lusitania, & ex novo Orbe.

2284 Sit primum exemplum, quod mirata est Roma, Caput totius Orbis, cùm MATER ADMIRABILIS admonuit in somnis Joannem Patricium Romanum, ejusque conjugem separatim, ut quem locum nive conspersum viderent, in eo Ecclesiam ædificarent, quæ Mariæ Virginis nomine dedicaretur; quod etiam per somnum significatum est Liberio Summo Pontifici, tunc temporis Navem Divi Petri gubernanti. Unde ortum habuit Festum Dedicationis Sanctæ Mariæ ad Nives, quod Ecclesia Catholica celebrat quotannis Nonis Augusti.

2285 Et observo, venerorque Dei Providentiam suaviter omnia disponentem, quæ effecit, ut hæc con-

tingerint Romæ tempore Liberii Papæ, quo vivebat in ipſa Urbe S. Damaſus, cui, ut Luſitano, notiſſima erat non ſolùm Traditio Apparitionis, & fundationis Cæſaraugustanæ, ſed etiam apparitionis de qua Breviarium Armenum ſupra citatum numero 2278. quæ contigerat prope Patriam Sancti Damaſi, nati juxta Vimaranum, in Diœceſi Bracharenſi, ut fert certior ſententia.

2286 Secundum exemplum nobis ſuggerit eadem Mater Admirabilis, quæ apparuit ſucceſſori Sancti Petri Paſchali Secundo Romano Pontifici, ipſique præcepit, ut conſtrueret Templum, quod nunc dicitur *Sancta MARIA de Populo.*

2287 In ditione Vicentina in pago Thienenſi, Patavino Epiſcopo ſubjecto, vivente Sanctiſſimo Parente Noſtro Caietano Thienæo Vicentino, apparuit non ſemel Beatiſſima Virgo, juſſitque ut ſibi Ædes illico ædificaretur, juſſionemque ſuam miraculo confirmavit, cui mandato parentes agricolæ anno 1530. pervenuſti operis ſacellum exædificarunt, quod ob beneficiorum frequentiam cumulatum eſt divitiis, adeo ut anno 1611. amplum ſit Templum ſuperſtructum, quod RR. PP. Capuccinis ceſſit, ut videre eſt apud Guillielmum Gumpemberg in Athlante Mariano, Imagine 297.

2288 Continenti Italiæ adjacet in mari Adriatico inſula Diomedea, quæ à Cornelio Tacito lib. 4. Annalium cap. 71. num. 5. dicta eſt Trimetus, exilioque Juliæ neptis Auguſti infamis fuit, ut olim Diomedis, à quo primum nomen accepit, nobilis, hodieque utroque nomine mutato, Sancta MARIA de Tremiti ideo appellatur; quia in ipſâ olim apparuit Beatiſſima Virgo MARIA Eremitæ cuidam, ipſique impoſuit, ut illic ſibi ſtrueret Templum, idque magnificum; viroque ſuæ & inſulanorum paupertati diffiſo, MATER ADMIRABILIS oſtendit

tendit locum, ex quo erueret thesauros, tanto operi suffecturos; quibus repertis absolutum est imperatum à B. Virgine Templum, ut testatur Joannes Baptista de Albertis libro de Imaginibus Beatæ Virginis miraculosis in Italia.

2289 Ex mari Adriatico gradum facio in Bohemiam, ubi extat Culmense Templum, Deiparæ jussu constructum, & non uno miraculo nobilitatum, ut videre est apud citatum Gumpemberg, Imagine 47.

2290 Ex eodem Authore Imagine 170. habemus Waldrustæ in Germania superiori constructum esse Templum MATRI ADMIRABILI, ipsa spectabilem se præbente cuidam Tirolensi, nomine Lutschio, ab ipsoque Templum eo loci poscente.

2291 Superiori sæculo, anno illius trigesimo quarto alloquutà est MATER ADMIRABILIS Arubruki (quod est oppidum Germaniæ superioris) Wolfango, cuidam viro plebeio ad mortem decumbenti, dicens: *Non morieris, sed mihi sacellum ædificabis*; & utraque vaticinii pars impleta est sacello à Wolfango dedicato B. Virgini Elisabetham invisenti, ut testatur idem Gumpemberg, Imagine 1084.

2292 Sancto Heriberto Episcopo Coloniensi jussit MATER ADMIRABILIS, ut Tuitii in Germania inferiori Oratorium sibi construeret in loco olim idolorum cultu, gentiliumque superstitione infami, ut habetur ex Chronico Coloniensi.

2293 Ab inferiori Germania in Galliam se convertit oratio, Anicii enim in Gallia extat celeberrimum Templum de Sanctis Capillis, ideò dictum, quia in eo Beatissimæ Virginis capillorum pars à primis Christianæ Religionis temporibus summa veneratione colitur. Istud autem Templum in primordiis Ecclesiæ ædificatum est

MATRI ADMIRABILI, ipſa jubente, multiſque miraculis voluntatem, & non una apparitione, pluribuſque revelationibus teſtante; Templumque ipſum ab Angelis conſecratum fuit, ut videre eſt apud Gumpemberg, Imagine 897.

2294 Cotignaci in eadem Gallia anno 1519. die exaltatæ Cruci ſacro, quinque annis antequam eodem die noſtra Clericorum Regularium Congregatio inſtitueretur, dedicatum eſt Templum MATRI ADMIRABILI, jubente ipſa, quæ comitantibus Sancto Michaele Archangelo, & Angelis ſuppare Sancto Bernardo apparuit Joanni cuidam viro cum paucis probo, illique impoſuit Senatui, populoque Cotignacenſi ſuo nomine ſignificare, velle ſe, ut urbs univerſa ordinatâ ſupplicatione in montem vicinum aſcendat, ibique ſibi Templum curet, eique *de Gratiis* nomen imponat. Velle ſe civibus abundè compenſare impenſas in fabricam factas, ut teſtatur Pater Franciſcus Poiræus Societatis Jeſu, natione Burgundo-ſequanus, vir cum cæteris virtutibus, tum impensè pio in Deiparam ſtudio laudabilis, in Triplici corona Virgini Dei Matri ex humanis, Diviniſque ſententiis contexta, edita Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoyſi, anno 1633. in 4. tractatu 1. capite 12. Illud autem Cotignacenſe Templum commiſſum eſt curæ Patrum Congregationis Oratorii Jeſu Chriſti.

2295 Antequam è Gallia diſcedamus, referre volo aliud exemplum MATRIS ADMIRABILIS, jubentis ſibi ſacellum dicari, erutum ex Joanne Columbo lib. 4. de Rebus geſtis Vaſionenſium Epiſcoporum num. 42. ubi ait:

> *Annus incertus ſupra centeſimum, quinquageſimum tamen fuit, cum Jacobus Joannes, die Sancto Barnabæ ſacra, ut erat quis, & ſacrarum rerum amans, Creſteto*

ad

ad eam venerabundus ibat, (scilicet ad ædiculam celeberrimam Dominæ Nostræ de Campis in agro Vasionensi) *ut ad Tarainum torrentem, qui in media via est, venit, ut videt Beatam Virginem ad dexteram rupis, in cujus cava sese ille immittens influit in Ovidiam, & vehementer ad insolita visa hæret. Solatur stupentem MARIA, jubetque suos Cresleti cives, ac Vasionis moneat de vitiis ad avertendam, quæ immineret, iram Dei, doceatque sacellum sibi eo loci exædificandum esse. His dictis, ea recedit ab oculis Jacobi, & ipse pergit in via, principio vehementer pro viso attonitus, postea cùm sibi redditus fuisset, male omnino certus quid ageret. Redeunti ex Mariana ædicula domum, Beata Virgo igitur rursum sese viro videndam præbet ad eamdem Taraini in Ovidiam sese exonerantis rupem, suaque mandata repetit. Jacobus Joannes jubenti paret, atque Vasionenses Crestetensibus juncti sacellum extruunt imperatum, tanto Beatæ Virginis favore, ut se loco præsentem magnis, & frequentibus prodigiis ab eo tempore docuerit.*

2296 Hanc historiam libentiùs adduxi, quia dum in ea refertur MATER ADMIRABILIS visa prope Tarainum, & Ovidiam solans Jacobum Joannis, præcipiensque sibi sacellum ædificari, omnibus in memoriam revocare potest antiquiorum eventum, quo scilicet visa fuit à Sancto Jacobo Joannis fratre prope Iberum, Apostolumque solata est, & jussit construi sacellum Cæsaraugustanum.

2297 Relicta Gallia, in Hispaniam me recipio, mirorque Illiturgi (urbe Betica, cujus olim Episcopus fuit, & etiam num patronus est Sanctus Euphrasius, Sancti Jacobi Maioris Discipulus, quæ hodie dicitur *Andujar*) celeberrimum Templum Sanctæ MARIÆ *de la Cabeza*, quod

quod extructum est excitato pastore tintinabuli sono insolito, & jusso à MATRE ADMIRABILI admonere cives, ut illi Templum extruerent, quod ipsi peregere, servato in rei memoriam tintinabulo. Historiam hujus Templi scripsit D. Emmanuel Salzedo, & Illustrissimus Episcopus Placentinus D. Sancius de Avila & Toledo.

2298 In eodem Regno Aragoniæ, in quo B. Virgo apparuit Sancto Jacobo ad ripam Iberi fluminis, ad ripam fluvii Martinii apparuit eadem MATER ADMIRABILIS in Oleastro, adstantibus circum Angelis suavissimè canentibus, Petro Nobes pastori, cui jussit, ut significaret incolis, ipsam velle sibi Ædem eo in loco dedicari, ut scribit Guimaranus Episcopus Jacensis in Historia Fratrum Sanctæ MARIÆ de Mercede.

2299 Neque nostra Lusitania caret Templis Deiparæ, eâdem MATRE ADMIRABILI jubente, dicatis; duo exempla subjicio.

2300 Unum est in monte Corvi, nobili Oppido Dioecesis Bracharensis, in qua Sanctus Jacobus primam Hispaniæ Sedem Episcopalem fixit (ut multis probant Illustrissimus Rodericus à Cunha, libro de Primatu Bracharensi capite 12. & Sebastianus Cæsar de Menezes in Relectione de Hierarchiâ Ecclesiasticâ parte 1. Disput. 4. §. 5. num. 13. & seq. aliique.) Hîc apparuit Beatissima Virgo fæminæ mutæ pastoriciam artem exercenti, ejusque linguam fecit esse disertam, ut Parocho suo nuntiaret MATREM ADMIRABILEM jubere, ut illic sibi Ædes constitueretur. Ipsaque Deipara gressu suo omnem murorum ambitum, omnesque operis angulos disignavit. Istudque sacellum, si figuram spectes, simile omninò est alteri, quod tunc temporis sub Barbarorum potestate Jerosolymis corruerat, ut testatur nobilis Scriptor Antonius Vasconcellus Societatis JESU, in descriptione Regni

ni Lusitani pagina 544. ubi dicit titulum illius sacelli esse Sanctæ Mariæ ab Hierusalem.

2301 Alterum nobis suppeditat exemplum Patriarchatus Ulyssiponensis, & prope ipsam regiam urbem, tertio scilicet ab ipsa lapide, ubi cernitur augustum Templum Dominæ Nostræ à Luce nuncupatum, quod MATER ADMIRABILIS hoc nomine sibi dicari voluit Ædem in loco, quem ipsa mirabili luce monstravit prius plurimis ignorantibus, quid cœlestis lux portenderet. Deinde temporibus Alphonsi V. Lusitanorum Regis, Petro Martines Mauris carceribus, & catenis vincto, quem insolita lux primum, deinde ipsa Deipara ingenti gaudio, & spe libertatis implevit, ea tamen conditione, ut Templum sibi strueret eo in loco, ubi splendorem cœlestem visurus esset, ac nomen de Luce imponeret. Quibus dictis, Virgo ex captivi Petri oculis subducta est, isque se non in Africæ ergastulo vinctum, sed in Lusitania Patria sua liberum esse miratus est. Vix sibi Petrus, vix oculis suis credidisset se unquam vinctum fuisse, nisi compedes simul venissent, quos utique Liberatrix Virgo sibi appendi voluit. Hujus Templi fundationem narrat P. F. Rochus de Soveral, Ordinis JESU Christi (quem Nicolaus Antonius intolerabili errore dicit fuisse Ordinis Sancti Hieronymi in Monasterio Sanctæ MARIÆ territorii Ulyssiponensis) in libro inscripto Lusitanè *Historia do Milagroso apparecimento de Nossa Senhora da Luz.* Ulyssipone 1610. in 4.

2302 Hâc narratione triplex habemus documentum, Traditionem nostram confirmans; nam habemus Petrum miraculosè translatum ex Africa in Lusitaniam, & Templum MATRI ADMIRABILI ipsa jubente dedicatum, ut faciliùs credatur Beatissimam Virginem, quæ apparuit Petro, apparuisse Divo Jacobo, quæ transtulit

Petrum

Petrum ex Africa in Lusitaniam, translatam olim fuisse ex Asia in Hispaniam, & denique ipsam, quæ jussit coli Templo Imaginem suam sub saxo repertum, jussisse coli Templo se, Imaginemque suam super Columnâ collocatam.

2303 Qui velit noscere alia exempla similium præceptorum MATRIS ADMIRABILIS jubentis sibi extrui sacella in Lusitania, adeat Sanctuarium Marianum Reverendissimi P. Fr. Augustini à Sancta MARIA Augustinianum Nudipedem, quem numero 1709. viventem laudavimus, & superiori anno 1728. flevimus piè defunctum die 2. Aprilis, octogesimo sexto ætatis anno, cum eo jejunasset totam maiorem Hebdomadam, & Sexta illius Feria, solo pane, solaque aquâ contentus, cum Sacrum celebrasset die Sancto Paschæ, post quod incidit in lectum, & Sacramentis munitus, vitam cum morte commutavit sequenti feria sexta infra Octavam Paschæ, in Monasterio Ulyssiponensi Dominæ nostræ de Bona Hora, ubi sepultus est Sabbato in Albis. Exciterat ille primus Tyro Nudipedis Militiæ Patrum Eremitarum Sancti Augustini Congregationis Lusitanæ; vir fuit omnibus virtutibus ornatus; & illibatum semper servavit virginitatis florem, ut potequi fuit Beatissimæ Reginæ Virginum deditissimus, qua de causa decem voluminibus complexus est miraculosas Beatissimæ Virginis Imagines, quæ coluntur in Regno Lusitaniæ, terrisque ipsi extra Europam subjectis, quorum priora septem agunt de Marianis Imaginibus, miraculis claris intra Lusitaniam cultis; & posteriora tria de Imaginibus cultis in Lusitania Transmarina, in quibus sæpius animadvertit MATREM ADMIRABILEM jussisse Ædes Sacras, ut videre est tomo 2. paginis 94. 196. 223. & 397. tomo 3. pag. 105. 197. 201. 209. 294. 314. tom. 4. pag. 127. 202. 221. tom.

tom. 5. pag. 44. 232. 570. & 611. tomo 6. pag. 190. 241. 286. 355. 473. tomo 7. pag. 454.

2304 Antequam è veteri Orbe pedem efferamus, producere, volo antiquum exemplum MATRIS ADMIRABILIS, jubentis sibi constitui Templum juxta Novam Romam, Constantinopolim, à Leone, cui Beata Virgo prædixit creandum fore Imperatorem Orientis, qui simul atque solium conscendit, nobile construxit Templum, quod dictum est ad Fontem, ut scribit Nicephorus Callistus Ecclesiasticæ Historiæ lib. 15. cap. 25. & 26.

2305 Postremum exemplum MATRIS ADMIRABILIS, jubentis sibi Templa dicari, profero ex novo Orbe, novaque Hispania tradente Venerabili P. Joanne Eusebio Nierembergio in Trophæis Marianis lib. 6. cap. 69. cùm enim olim Mexicani in culmine montis adorassent matrem falsorum deorum, voluit veri Dei Mater, ut expiaretur tanta superstitio, eodemque in loco construeretur sacellum in sui nominis honorem; hinc apparuit pauperculo neophyto, de nomine utriusque filii Zebedæi nomen habenti, dicebatur enim Joannes Didacus, seu Jacobus, cui jussit, ut nomine Matris veri Dei moneret Mexicanum Antistitem Joannem Zumarragam, gratum sibi fore, ut sacellum sibi ædificaretur illo in monte. Cùm vero Antistes neophyto non crederet, quin cerneret quodpiam signum cœlestis nuntii, tandem post varias apparitiones Deiparæ, & miranda plura jussit B. Virgo in signum suæ voluntatis Joanni, ut carperet in colle arido, & sterili pulcherrimas rosas, & varios flores, qui illic supra naturæ leges apparuerunt, quos, ut Episcopo offerret, palliolo detulit Joannes Didacus, occurrentesque prius famulos Episcopi admiratione implevit, qui inusitatos flores viderunt, nullum tamen manu capere, aut tangere potuerunt, licèt id fuerint conati,

ceu nihil in pallio contineretur. Præſente autem Antiſtite, excutit Joannes Didacus è pallio in pavimentum flores; apparuitque in ipſo pallio depicta cœlitùs Imago Virginis immaculatè conceptæ, ſupra quam dici poteſt pulcherrima, & miranda, quam ſtatim flexis genibus veneratus eſt Epiſcopus cum cæteris domeſticis, & nunc frequentiſſimè colitur in Templo, quod leucâ unâ diſtat à Mexicana Urbe. Imaginem hanc (quam de Guadalupe dicunt) exactè deſcribit eodem loco Nierembergius, de quâ ait plura ſe ſcripſiſſe in Diſſertationibus ſuis Epiſtolicis, quas ego penes me non habeo.

2306 Plura circa hanc Mexicanam Imaginem obſervat diſertiſſimus Aranaz in Sceptro Fidei Hiſpaniæ ſtatione 2. cap. 2. numero 11. & 12. quæ mirificè adaptantur Imagini MATRIS ADMIRABILIS Cæſarauguſtæ cultæ in Templo à Columnâ dicto, quæ apud ipſum videri poſſunt; mihi enim hac Aſſertione propoſitum unicè eſt oſtendere non abhorrere à MATRIS ADMIRABILIS *Conſuetudine* præcipere, ut ſuo nomini Templa dedicentur.

§. III.

Conſuetudo eſt Imaginem MATRIS ADMIRABILIS mutari de loco in locum miraculosè.

2307 CUm Traditio doceat Imaginem MATRIS ADMIRABILIS, quæ ſupra Columnam colitur Cæſarauguſtæ in Æde à Sancto Jacobo Apoſtolo conſtructâ, illuc miraculosè adveniſſe, confirmandum id eſt Conſuetudine Imaginum ipſius MATRIS ADMIRABILIS, quæ miraculosè ſolent mutare locum, ut

ut sæpius observatum est in Bohemia, in utraque Germania tam superiori, quam inferiori, in Italia, in Insula Melitensi, in Sabaudia, in Aragonia, in Navarra, in Castella, & in Lusitania. A' Bohemia incipio, ipsaque Pragensi urbe, quæ Regni caput est.

2308 Pragæ igitur, imperante Rodolpho II. lignea statua Deiparæ, quam, cùm per duodecim horas perstitisset in igne, in quem ab hæreticis injecta est, & operâ Aulici cujusdam Catholici erepta est, donataque, ut legimus in Athlante Mariano Imagine 549. Patribus Capuccinis, qui illam in crypta collocarunt, ubi cœpit miraculis frequentissimis clarescere, quibus allectus Rodolphus II. Imperator, jussit, ut Sacra ea Imago in Palatinum sacellum deferretur, ut augustiori in loco coleretur Augustissima Cœli Imperatrix, sed sequenti nocte rediit, nullo ferente, ad Patres Capuccinos; cùmque iterum jussu Imperatoris reducta esset in Palatinum sacellum, iterum, nullo gestante, rediit ad eosdem Patres; cùmque jam tertiò Pii illius Principis jussu in Aulam asportata esset, tertiò ad eosdem, nullo gerente, rediit, post quæ nemo ausus est curare, ut Sacra illa statua eriperetur Capuccinis, à quibus hodie colitur in eadem crypta.

2309 Culmæ in eadem Bohemia, & quæ septendecim millibus passuum à Praga distat, extat Deiparæ statua supra portam Templi, quæ non semel aliò asportata, semper in locum suum rediit. Et cùm foris supra portam Templi consistat, toties illuc redit, quoties Templo infertur, ut ibidem legitur Imagine 47.

2310 In ipsa Bohemia in Pago Rosentalensi, hoc est, Valle Rosarum, cernitur Imago MATRIS ADMIRABILIS, quæ è Templo, in quo colitur, delata ad vicinum Monasterium Monialium, rediit in idem Templum, in quo nunc est. Ibidem Imagine 155.

2311 Boleslaviæ ejuſdem Bohemiæ colitur MATRIS ADMIRABILIS ſtatua ex ignoto metallo, quam Sanctus Wenceslaus Rey olim è collo pendulam geſtare conſueverat, quæ poſtea in agro reperta à ruſtico terram aratro proſcindente, & ter in domum relata, ter ipſum repetiit agrum, quo palam faceret Deiparam ibi velle coli Sacra Æde extructa, ut ſcribit P. Joannes Euſebius Nierembergius in Trophæis Marianis lib. *6*. cap. *36*.

2312 In Germania plura extant hujuſmodi exempla Imaginum MATRIS ADMIRABILIS ſponte locum mutantium.

2313 Paſſavii colitur Imago Virginis MARIÆ Nideburgenſis, quæ collocata in Templo Virginum, hinc migravit in aliud celebrius Templum, ex quo bis reportata, tertiò in idem rediit, ut legitur in Athlante Mariano Imagine 31*9*.

2314 Fernicii colitur Imago Deiparæ, quæ ter è Templo in Vepretum fugitiva, terque reportata, ut videre eſt Imagine 321.

2315 Rechcoglii colitur Imago Matris Doloroſæ, quæ novies è monte in Templum deportata, novies in montem rediit, ſemperque propter accubantem hinnulum cervinum ſine labore reperta eſt, ut ſcribitur Imagine 32*9*.

231*6* In Italia colitur Imago Sanctæ MARIÆ Incoronatæ, quæ illata Templo ſuburbii Genuæ, Sancti Petri de Arena dicti, Divina virtute ſublata fuit in collem, & in Templum Sancti Michaelis in eo extans, unde bis reportata, eodèm bis rediit, ut ſcribit Joannes Baptiſta Alberti libro 2.

2317 In Campaniam Règni Neapolitani in principatu ulteriore urbem Epiſcopalem (cujus XIII. Antiſtes fuit Vir Clariſſimus Joannes Caramuel) ſub Metropoli Compſana

ſana ſe tranſtulit ſtatua B. Virginis ex Aviliano Oppido Lucaniæ, (quæ hodie dicitur Baſilicata) ubi ſegnius quàm par erat, colebatur; cui Campani cives ſtatim Templum conſtruxere, addito Cænobio Patrum Franciſcanorum, de quibus videndus eſt Gonzaga parte 2.

2318 Priuſquam è Regno Neapolitano diſcedam, volo producere exemplùm domeſticum, nempe ex noſtri Ordinis Domo Sanctorum Apoſtolorum, ipſa in Urbe Neapolitana conſpicua, idque verbis diſertiſſimi noſtræ Congregationis Hiſtorici Joſephi Silos parte 3. Hiſtoriarum Clericorum Regularium lib. 7. pag. 272. ubi de Venerabili P.D. Joſepho Caracciolo, natalium ſplendore clariſſimo, ſed virtutum radiis longè clariore, de quo ait præfatus Author:

Marianam præcipuè antiqui operis effigiem in cellula colebat, cui ævum tantundem venerationis addiderat, quantum detraxerat venuſtatis: ac præter eximiam pietatem, quam ſpirare lineamenta ipſa videbantur, nobilis ea erat à beneficiorum fama, quæ auguſta Virgo identidem contuliſſe, implorata ad hanc Imaginem ejus ope, ferebatur. Hi igitur Caraccioli amores, ac deliciæ: hæc ejus vitæ moderatrix, & magiſtra morum. Ea inſalutata, nunquam cella, ac domo egredi: nihil inconſulta aggredi. Quidquid negotii explicandum eſſet, cum præerat; aliorum quidem conſilium, quod illi ſolemne adhibebat; at fuſis ad eam Imaginem precibus à Deipara illuſtrari potiſſimum mentem poſtulabat. Huic publicam, privatamque rem commendare: ſua, ſuorum commoda, magna, parva ab ea poſcere: cui deinde ſiquid ſibi, ac familiæ ad votum fluxiſſet, ſingulari quadam grati animi ſignificatione acceptum referebat.

Illud de tabula hac inſolens, ac planè mirum memorare minimè auderem, niſi quæ percrebuerat, famæ gra-

ves

ves etiam viros noverim astipulatos, atque id ipsum serio asseruisse. Qui à rerum humanarum contemptu, ac votæ paupertatis studio cultum omnem facessere à cellula jusserat Josephus iis duntaxat contentus, quæ usui vix sufficerent, addubitare vehementer cæpit, ne Deiparæ, quam diximus, Imago inopiam saltem affectu quodam læderet: fallere pietatis speciem facilè posse. Mariano cultui satis esse effigiem typis utcumque expressam: nam cur præclaram Imaginem ardor ipse animi, ac fiducia minimè suppleverit? Igitur & si pugnandum non mediocriter fuit, ac sibi videretur cor ipsum ab imo pectore avelli; vicit nihilominus, qui acriter villicabat instituti amor. Effigiem Præposito detulit: statuisse nempe se, nihil in cellula retinere, quod afflare paupertatem posset; tabulam proinde abdicare, cujus effigiem nunquam ab animo delevisset: abiitque his dictis. Mira sane res: in cellam dum redit Josephus, eamdem ipsam Divæ Virginis Imaginem eodem in loco, situque reperit, ac si nunquam amovisset: sive remunerari Deus præclarum Viri propositum voluerit eo prodigii authoramento; sive Virgo ipsa Deipara abesse à religiosissimo Cliente suo ægrè pateretur, ac repetita confestim sede, mutare contubernium voluerit; siquis antiquitatem exploret, quid simile in Marianis ipsis Imaginibus reperiet. Extat Romæ Divæ Virginis eximia planè religione effigies in eo Templo, cui à Porticu nomen. Hanc in Hispaniam à Barbaris asportatam, rediisse mirè Romam Historiarum monumenta affirmant; ut hic taceam velificantem per aera, trajicientemque in Italiam Lauretanam Ædem ac Iconem. Hæc elegantissimus Silos.

2319 Mirabilior fuit migratio Imaginis Damascenæ MATRIS ADMIRABILIS, quæ hodie colitur Valletæ in Insula Melitensi, & creditur picta à Divo Luca, hæc

hæc enim exacto anno, postquam Saraceni Damasco potiti sunt, urbe discessit, unà cum ardente lampade, & emenso mari, in Insulam Rhodum venit, in cujus littore reperta est cum accensa lampade; & cùm collocata fuisset in Templo Sancti Baptistæ, inde discessit, & in Ædem Sacram Simonitriam appellatam se transtulit, unde capta Rhodo à Turcis, ducta est à Christianis in Melitensem Insulam, coliturque in Civitate Valleta, estque adversùs Turcas fortissimum præsidium. De hâc Imagine agit Abbas Pinus in Descriptione Episcopatûs Melitensis.

2320 In Sabaudia in agro Vivonensi reperta est anno 1481. à rustico arante Imago Deiparæ, quæ ter illata Templo, ter agrum repetiit, in locum, in quo prius inventa fuerat; unde eodem in loco conditum ipsi fuit novum Templum, quod cum ipsa Imagine assignatum est Religiosissimis MATRIS ADMIRABILIS cultoribus, Fratribus nempe Ordinis Beatæ MARIÆ de monte Carmelo, ut scribit Eusebius Nieremberg in Trophæis Marianis lib. 5. cap. 26.

2321 In Gallia simile miraculum evenisse narrat Joannes Columbus in Opusculo inscripto: *Virgo Romigeria, seu Manvascensis*, in cujus numero 19. refert Imaginem ligneam MATRIS ADMIRABILIS, non sine prodigio repertam in agro, quem boves arare noluere, licèt adacti stimulis, cui cùm excitatum fuisset nobile Templum, in eo positam, sæpius mutasse locum; nam cùm in altari novi Templi posuissent novam, & elegantem statuam, & pretio gravem, antiquam verò collocassent exterius ad summas Templi fores, ligneum, pervetusque signum per se ad aram de nocte regressum est clausis foribus. Æditųus rem tacitus manè, miratur, sentitque vim MARIÆ præsentis; ut populo suaderet, reponit super Templi porta, semel, & iterum, ac sæpius, defixis omnibus,

nibus, & ad inauditum, singulareque prodigium obstupescentibus, per noctem id semper ad altare se retulit:

> *Ab spinis, in quibus Sacra Imago latuerat, nomen accepit, Dicta est de Romigerio: vulgus appellat romos, quos Latini rumos dixere, non pudendum Virgini nomen, quando sentibus insidere visus est Moysi Deus, ipsaque de spinis oriri lilium amavit. Igitur eadem voce MARIAM colunt Eborenses in Lusitania, & Herbipolenses in Germania suppare prodigio repertam in Dumis.*

Hæc Columbus loco citato, numero 18.

2322 Plura exempla Imaginum MATRIS ADMIRABILIS miraculosè migrantium ex uno loco in alium nobis Hispania subministrat; nam per singula ferè hujus Provinciæ Regna hujusmodi Imagines coluntur, incipioque ab ipsa Aragonia, ubi Ecclesia à Columnâ nuncupata, à Sancto Jacobo dicata est Beatissimæ Virgini, cujus statua illuc cœlitùs advecta, ibidem colitur. In eadem enim Urbe Cæsaraugusta veneratur Aragonensium pietas statuam MATRIS ADMIRABILIS ex alabastro formatam, quæ ex sarcinis evolavit in Oleastrum, ex quo cognominata est; & cùm hinc abduceretur, iterum ad eundem Oleastrum rediit, quo in loco ipsi statim constructum est Templum, cujus princeps altare situm est eodem in loco, in quo prius extiterat Oleaster, ut testatur Franciscus Diago lib. 1. cap. 32.

2323 In eadem Urbe Cæsaraugusta colitur Beatissimæ Virginis Imago, cui Sanctus Braulio nomen indidit ab Alauda (Hispanicè *Coguxada,* Lusitanè verò *Cotovia*) avicula, quæ ad Iberi fluminis ripam cantu fœminam allexit, perduxitque usque ad Imaginem Beatissimæ Virginis in gramine jacentem, habentemque in brachio JESULUM, qui protensa manu digitum porrexit, cui alauda

da vivens canora, & læta insidebat. Hæc autem statua Cæsaraugustam cuidam civi ab inventrice fæmina vendita fuit, ab ipsoque in arca recondita, sed postea non inventa, emptoris subiit mentem Imaginum Marianarum non inaudita, neque incognita Consuetudo: illamque quæsivit in prato, in quo primùm inventa fuerat, & indice eadem alauda reperit. Hæc eadem statua Templo à Columnâ, à Sancto Jacobo condito illata, secundò in idem pratum aufugit, & tertiò inventa est indicio ejusdem alaudæ, repositaque est in sacello ipsi à Sancto Braulione dicato, ut refert Claudius Clemens in Tabulis Chronologicis in Hispaniæ Centuria 7.

2324 In eodem regno Aragoniæ colitur Imago MATRIS ADMIRABILIS, dicta de *Kikena*, quia ex hujus loci Æde Parochiali migravit in Insulam, ex qua sex vicibus reducta, toties ad illam migravit, in eaque requievit in Æde sibi de novo constructa, ut scribit Niecembergius in Trophæis Marianis lib 5. cap. 106.

2325 In eodem regno perseveravit in Oppido Magallon usque ad annum 1283. Imago dicta Sanctæ MARIÆ de Horto, cum abacta quodam homicidio ibi patrato, fugit in colliculum propinquum Oppido Lecinenæ, sed cùm Magallonem adduceretur, iterum fugit ad colliculum, unde deducta Cæsaraugustam, collocata in Templo Sanctæ MARIÆ de Portillo, iterum recessit Lecinenam, & denique illata Templo de Columnâ, inde postremò recessit Lecinenam, ubi ipsi Templum tandem dicatum est, ut tradit Blascus tomo 1. lib. 2. cap. 35. & 36.

2326 In vepreto quingentis passibus ab Aliaga distante apparuit Imago B. Virginis, præcepitque Jacobo cuidam, ut moneret Aliagenses, ut ibidem Templum ædificarent; cùmque hi illam in suam Parochialem Ecclesiam detulissent, ipsa in vepetrum suum regressa est,

in quo tandem ipsi conditum est sacellum, ut testatur idem Blascus tomo 1. lib. 4. cap. 12.

2327 Similes eventus mirata est Aragonia in vico dicto Fornoles, bis redeunte Imagine MATRIS ADMIRABILIS in juniperum, in quo prius apparuerat in loco dicto Villarluengo, redeunte Mariana Imagine in collem Sancti Christophori, ubi prius visa fuerat. In Imagine B. Virginis de Tremedal, quæ ter reversa est in præalti montis verticem, ubi apparuerat, edixeratque se ibidem coli. Et in Imagine B. Virginis de Bonastre, sive de bono sidere, quæ inventa à pastore in finibus Oppidi de Quinto, & delata ad Pinam, Oppidum proximum ripæ fluminis Iberi, reversa est ad priorem sedem, ubi culta est Ædiculâ extructâ. Quæ quatuor Historiæ referuntur ab Eusebio Nieremberg. in Trophæis Marianis lib. 5. capitibus 115. 117. 122. 123.

2328 Pampelonæ, quæ urbs capitalis est Regni Navarræ, sacellum habet in Templo Sancti Saturnini Imago MATRIS ADMIRABILIS dicta de *Via*, quæ illuc furto deducta ex Oppido Alfaro, quod est ad ripam Iberi fluminis, cui cùm restituta esset, sententiâ Regii Senatus Navarræ, Pampelonam repetiit, Templumque Sancti Saturnini, in quo priùs fuerat, ut scribit P. Bagatta noster in Admirandis Orbis Christiani tom. 2. lib. 5. cap. 2. § 3. num. 60. ex Gumpembergio. Et hac de causa hîc allego Patrem Bagattam, licèt illud opus potiùs adscribendum sit P. Novarino, qui illud ineditum reliquit; nam quæ in eo afferuntur ex Gumpembergio, aliisve Authoribus recentioribus Patre Novarino, certè addita sunt à P. Bagatta, nam P. Novarinus obiit anno 1650. 10. Januarii; Guillielmus verò Gumpembergius desiit vivere die 8. Maii anni 1675. P. autem Bagatta vitâ functus est die 24. Martii anno 1709.

Abulæ

2329 Abulæ in Castella Veteri colitur Imago B. Virginis, de Solibus dicta, quia duplici sole designante locum, reperta à pastore quodam fuit; quæ non semel exiisse de Templo suo, ad illudque rediisse dicitur, ut legimus apud Gumpemberg. in Athlante Mariano Imagine 181.

2330 Prope Numantiam in eadem Castella Veteri colitur Imago MATRIS ADMIRABILIS, de Spineto ideo dicta, quia in spineto inventa à Pastore, ab eodemque domum deducta, in spinetum suum rediit, ex quo solemni pompa, & supplicatione in Urbem cùm duceretur decentissimo ferculo, cùmque jam dimidium viæ confectum esset, ex ipso ferculo omnium oculis erepta est, suumque iterum repetiit spinetum, quo in loco conditum est Templum magnificum, Augustæ Virginis honori dedicatum, ut scribitur in eodem Athlante Mariano Imagine 283.

2331 In nostra etiam Lusitania plura suppetunt exempla Imaginum MATRIS ADMIRABILIS ex uno loco in alium miraculosè translatarum. Undeviginti ad minus memorat Reverendissimus Pater Fr. Augustinus à Sancta MARIA (cujus memoria in benedictione est.) Primum nempe tomo 1. Sanctuarii Mariani lib. 1. titulo 22. pag. 135. II. tomo 2. ejusdem operis libro 1. titulo 7. pagina 28. III. eodem tomo 2. libro 1. titulo 16. pagina 55. IV. eodem libro titulo 41. pag. 137. V. eodem libro titulo 58. pag. 220. V. eodem libro titulo 58. pag. 220. VI. eodem libro titulo 63. pagina 234. VII. eodem tomo lib. 2. titulo 24. pag. 320. VIII. eodem libro titulo 37. pag. 363. IX. eodem libro titulo 49. pag. 395. X. eodem tomo libro 2. titulo 71. pag. 467. XI. tomo 3. libro 2. titulo 13. pag. 193. XII. eodem tomo lib. 2. titulo 25. pag. 233. XIII. tomo 4. lib. 1. titulo 76. pag. 276. XIV. eodem tomo lib. 3. titulo 11. pag. 584. XV. eodem tomo lib. 3. titulo 21. pag. 620. XVI. tomo 6. lib. 1. titulo 64.

pag. 216. XVII. tomo 7. lib. 1. titulo 31. pag. 120. XVIII. eodem tomo libro 2. titulo 20. pag. 249. XIX. denique eodem tomo lib. 4. titulo 21. pag. 454.

2332 Ex quibus unum tantummodo delibabo, illud nempe, quod decimo loco adnotavi, dixique haberi tomo 2. Sanctuarii Mariani lib. 2. titulo 71. pag. 467. quia hoc à pluribus Authoribus narratur, & quia agitur de migratione Imaginis, quam cæpi venerari vix infantiam egressus, neque ullum ante Templum me adiisse recordor, præter id, in quo ea Sacra Imago colitur. Cui Sousarum gens hæreditariâ, avitaque pietate est addictissima.

2333 Exemplum id nobis exhibet Imago MATRIS ADMIRABILIS, quæ in Promontorio Barbarico colitur in Asceterio Patrum Ordinis Sancti Francisci, nudipedum strictissimæ observantiæ illius Provinciæ, cui mons *Arrabida* dictus, indidit nomen.

2334 Circa initium sæculi XIII. regnante in Lusitania Alphonso II. deferebatur Sacra illa Imago in navi quadam Anglica, quæ ventorum, fluctuumque impetu impellebatur intempesta nocte, cœloque nubibus operto, quæ omnia præsentem viris mortem intentabant, cùm imminens periculum virum quemdam nomine Haildebrandum monuit confugere ad Stellam Maris, cujus Imaginem secum advehebat, qua coram, dum vellet preces fundere, ipsam non reperiit in loco, quo ipsam asservabat. Affligi supra modum Haildebrandus (amisso, ut credebat, prosperæ navigationis pignore) ecce tibi culmen adversi montis tam clara luce perfundi, ut ipsum etiam mare illustraretur; notatur locus, ex quo lux prodibat, anchora fundatur navis, deinde exorto sole, descendunt è navi, montemque conscendunt asperrimum Haildebrandus, sociusque, nomine Bartholomæus, qui reperta ibi, recognitaque Sacra Imagine, quæ è navi migraverat

graverat in montem, eodem loco ipsi condidere sacellum, cujus ambo remanserunt pii, solitariique custodes. Post multos annos jacta sunt in eodem loco fundamenta Provinciæ Patrum Arrabidæ, à V. Fr. Martino à Sancta MARIA conditæ, cui locum dedit Joannes Lancastrius Dux Averiensis, illius montis Dominus. Extat nunc sacellum in loco, in quem divinitùs migravit Sacra Imago, quod apposita alia nova Imagine, ne tanti facti recordatio ulla unquam temporis diuturnitate obliteretur, dicitur Dominæ nostræ de Memoria, nitidissimèque ornatum est sacra ea supellectili, quæ cultam paupertatem, simul & continuam illorum Patrum pietatem redolet admirandam; antiqua vero, & quæ è navi illuc migraverat marmorea statua, deducta est in novum cænobium, ubi plurimis fulget miraculis, & summa devotione invisitur à finitimis populis, quo etiam allicit loci sanctitas, habitatorumque notissima virtus, qua Angelos nituntur æmulari; continuò enim adstant Angelorum Reginæ, Angelorumque digni sunt nomine, sive orationis, & contemplationis assiduitatem, sive Divinarum laudum concentum spectes. Iidemque vel ipsa pedum nuditate imitantur Angelos, de quibus Sanctus Dionysius Areopagita libro de Cœlesti Hierarchia cap. 15. ait:

> *Nuditas verò, calceorumque privatio designat virtutem illam abstractam, & expeditam, & puram ab omni externo additamento, quæ Divinæ simplicitati, quantum fas est, assimilatur.*

Quibus verbis, (immo, & toto eo capite) non tam Angelorum habitus, quàm Seraphicorum Patrum Arrabidæ incolarum mores describi videntur, ut totum caput legenti patebit.

2335 De his Seraphicis viris loquens Illustrissimus Dominus D. Rodericus à Cunha, ex Archiepiscopo Bracharensi,

charensi, & Hispaniarum Primate Archiepiscopus Ulyssiponensis, in Historia Ecclesiæ Ulyssiponensis parte 2. cap.28. num. 12. scribit elogium, quod Latinè sonat:

Vivit in Beatis his Patribus spiritus ille primitivus Fundatoris sui Sancti Francisci: ea est eorum paupertas, illorum mortificatio, is illis est contemptus omnium, quæ mundi videri possunt. Sunt supra modum abstracti à sæcularium hominum consuetudine, & colloquutione.

2336 De ipsis nudipedibus Arrabidæ incolis scribit P. Fr. Antonius à Purificatione, Patrum Eremitarum Sancti Augustini Historiographus parte 2. Chronici suæ Provinciæ Lusitanæ lib. *6.* titulo 5. § 2. fol. 175. col. 4. dicens quæ Latinè reddo:

Illic (hoc est Arrabidæ) *perseverant usque ad præsens tempus tam insigni vitæ asperitate, ut videatur excedere vires naturæ humanæ.*

2337 De illa autem MATRIS ADMIRABILIS Imagine, ex navi in montem Arrabidæ migrante scribunt plures Authores, quos refert idem Pater Frater Augustinus à Sancta MARIA loco citato pag. 4*69.* quibus addo Venerabilem Patrem Joannem Eusebium Nierembergium in Trophæis Marianis lib. 5. cap. 83. pag. 244. & Reverendissimum Patrem Fratrem Antonium à Pietate, Sacræ Theologiæ Lectorem, Sancti Officii Censorem, Provinciæ Arrabidæ Ex-definitorem, ejusdemque Chronologum in Speculo Pœnitentium, seu Chronico Provinciæ Sanctæ MARIÆ de Arrabida part. 1. lib. 1. cap. *6.* & 7. ubi dicit hujus Imaginis è nave in montem migrantis, luceque se prodentis fuisse prænunciam lucem illam, quæ in eodem monte visa est ea nocte, qua Deus in terris dignatus est nasci ex MATRE ADMIRABILI semper Virgine MARIA. Ibique refert alia prodigia in Hispania visa tempore Nativitatis Christi, ut visos tres soles, postea

tea in unum coeuntes. Floruisse, fructumque emisisse vineas, & apud Villamviçosam confractam fuisse statuam Cupidinis, quæ leguntur apud plures Authores, licèt ibi non referantur. Et omnia credibilius reddunt id, quod hac Appendice asserendum suscepimus, nempe, Deo Hispaniæ prospiciente, effectum fuisse ut ad ipsam veniret MATER ADMIRABILIS, ibique juberet condi sacellum Cæsaraugustanum. Quæ omnia creditu faciliora sunt attentâ Consuetudine MATRIS ADMIRABILIS invisendi Fideles, jubendi ut suo nomine Templa Deo erigerentur, efficiendique ut Imagines, quæ ipsam repræsentant, non rarò migrent de uno loco in alium, quæ abundè hâc Assertione probavimus.

ASSERTIO III.

Consuetudo Angelorum confirmat miraculosam fundationem Ædis Cæsaraugustanæ à Columnâ dictæ.

2338 CUm nostra Traditio quinque doceat, primum, Angelos adfuisse MATRI ADMIRABILI, quando ad ripam Iberi fluminis apparuit Sancto Jacobo Apostolo. Secundum, adduxisse Columnam jaspideam. Tertium, vexisse Augustissimæ Virginis statuam. Quartum, hanc Imaginem fuisse Angelicis manibus sculptam. Quintum denique, adjuvisse Sanctum Jacobum, ejusque Discipulos in condendo sacello, quod ibi construi jussit Regina Angelorum, & Apostolorum MARIA. Superest, ut hæc quinque confirmentur Consuetudine Angelorum, quod quinque sequentibus paragraphis præstabitur.

§. I.

§. I.

Consuetudo Angelorum est MATRI ADMIRABILI, mortalibus apparenti assistere.

2339 AUgustissimam Virginem in terris viventem Angelis fuisse stipandam innuit Salomon capite 3. Canticorum vers. 7. ubi ait:

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt.

Nam per ferculum Salomonis intelligit Honorius Augustodunensis Beatissimam Virginem, & per sexaginta fortes totidem Angelos illam stipantes; ubi notat Martinus del Rio accipi numerum finitum pro infinito; immo Sanctus Bernardinus Senensis Sermone 51. ait:

Adfuit Virgini Angelorum protectio: assidebant enim illi innumerabiles multitudines Angelorum in ejus protectione, piè etenim creditur, quod plurimas legiones habuit Angelorum ad custodiam.

2340 Multo ante tempora Salomonis præfiguratum hoc olim fuerat Genesis cap. 28. in scala, quam vidit Jacob, ubi simul conspexit multitudinem Angelorum; illam enim scalam fuisse typum MATRIS ADMIRABILIS docent Sanctus Athanasius Oratione in Purificatione B. Virginis. Sanctus Germanus Sermone in Nativitate B. MARIÆ. Sanctus Joannes Damascenus Oratione 1. de Assumptione B. MARIÆ Virginis, aliique, & præcipuè ad rem nostram Richardus à Sancto Laurentio in opere de Laudibus Virginis (quod etiam tribuitur B. Alberto Magno, cujus operum tomo vigesimo extat) libro 10. cap. 31. num. 17. ubi ait:

MARIA

MARIA scala, cujus latera sibi apposita Virginitas, & Maternitas, quæ non facerent scalam, nisi conjungerentur.

Et infrà numero 18. ait:

Angelos quoque ascendentes, & descendentes per scalam, id est, propter scalam; Angeli siquidem descendebant ad ipsam visitandam. Unde missus est ad eam Angelus Gabriel: & ascendebant sancta ejus desideria, sanctas orationes, & pias lachrymas Domino nuntiantes, quod est officium Angelorum.

2341 Illustratur Thesis ista pluribus Sanctorum Patrum sententiis, quas videre est apud Virum clarissimum Joannem Ludovicum de Lacerda, Societatis JESU, in libro de Excellentia Cœlestium Spirituum, toto cap. 8. & apud Venerabilem Patrem Petrum Antonium Spinellum, ejusdem Societatis, in eo egregio opere, quod inscribitur *MARIA Deipara Thronus Dei*, cap. 26.

2342 Plura in Historia Ecclesiastica, vitisque Sanctorum reperiuntur exempla Angelorum, Reginam suam MATREM ADMIRABILEM stipantium. Ut prætercam vitam Sanctæ Franciscæ Romanæ, in qua id sæpius narratur; in solo libello P. Joannis Nadasi Societatis, qui Annus Cœlestis inscribitur, nullus est mensis, hujusmodi exemplis vacuus, nam in singulis legimus MATREM ADMIRABILEM Angelis stipatam apparuisse. Januario ad diem 9. Sancto Juliano Martyri: ad 10. Beatæ Origæ: ad 15. Sancto Bonito Episcopo: ad 25. B. Henrico Susoni, Ordinis Prædicatorum: ad 26. Sancto Alberico: ad 28. Sancto Juliano Episcopo, & B. Margaritæ filiæ Belæ Regis Hungarorum.

2343 Februario ad diem 8. B. Isaiæ Bonero. Martio ad diem 25. Sanctæ Mectildi. Aprili ad diem 3. Sancto Josepho Hymnographo: ad 5. Sancto Vincentio Fer-

rerio: ad 14. Sanctæ Lyduvinæ. Maio ad diem 5. Parentibus Sancti Angeli. Junio ad diem 16. S. Lutgardi Virgini: ad 23. B. Mariæ Oegniacensi. Julio ad diem 2. B. Veronicæ. Augusto ad diem 15. Sanctæ Gertrudi. Septembri ad diem 4. Sanctæ Rosaliæ: ad 13. Sancto Conrado. Octobri ad diem 4. Sancto Francisco Assisiati. Novembri ad diem 3. Tezelino Cisterciensi: ad 14. Sancto Laurentio Episcopo. Decembri denique, ad diem 9. Amarantho, & ad diem 11. B. Franco Senensi.

2344 Florentiæ in celeberrimo Templo Virginis Annunciatæ, Ordinis Servorum B. MARIÆ, orabat S. Philippus Benitius, cùm legeretur in Sacro, Epistola ex Actibus Apostolorum; cùm verò ventum est ad ea verba: *Philippe accede, & adjunge te ad currum istum*, statim raptus est in divinam quamdam extasim, viditque currum aureum, quem simul trahebant leo, & agnus, currui autem insidebat MATER ADMIRABILIS, plurimis Angelis circumdata, quæ Philippo obtulit vestem nigri coloris, (quâ utuntur Patres illius Ordinis) nocteque sequenti iterùm ipsi apparuit Sanctissima Virgo, persuasitque, ut indui curaret habitu Servorum B. MARIÆ, à quibus statim admissus est, fuitque postea insignis illius Ordinis Propagator. De hâc visione agit P. Joannes de Allosa, Societatis JESU, in Cœlo Stellato MARIA, lib. 2. cap. 1. §. 2. pag. 79.

2345 Tempus deficeret, si scribenda susciperem exempla Reginæ Angelorum inter Angelos apparentis, quæ nobis suppeditant Historiæ Religiosorum Ordinum. Legatur Angelus Manrique, clarissimus Patrum Cistertiensium Chronologus, ad annum Christi 1153. num. 13. ubi de morte Sancti Bernardi. Agmina Angelorum circumvallasse MATREM ADMIRABILEM, apparentem Thomæ Arnsbergensi Cistertiensi Monacho scribit Cæsarius

rius lib. 7. cap. 22. Historiarum memorabilium sui temporis. Angelis stipata sæpiùs apparuit Sanctissima Virgo V. P. Bernardo de Monroy, & V. P. Simoni de Roxas, utrique Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, ut scribit P. Fr. Franciscus de Vega & Toraya in Chronico illius Ordinis Provinciarum Castellæ, Legionis, & Navarræ parte 3. num. 270. & 490.

2346 Una legione Angelorum, alteraque Virginum stipatam Reginam Angelorum, & Virginum apparuisse Sancto Martiali legitur apud Guppembergium Imagine 897. quam supra allegavi numero 2293.

2347 Apud Senonas in Gallia conspecta est MATER ADMIRABILIS cum Angelis, & noxio igne grassante audita est vox: *Qui non vult mori, properet ad Templum Matris Dei*; ut videre est apud Nadasi in Anno cœlesti, ad diem 11. Augusti.

2348 De Angelis adstantibus MATRI ADMIRABILI oleastro insidenti, cùm apparuit Petro Nobes Pastori Aragonensi diximus numero 2298. quæ historia etiam reperitur apud V. P. Joannem Eusebium Nierembergium in Trophæis Marianis lib. 5. cap. 109.

2349 Plura hujusmodi exempla reperire est apud Gumpemberg. in Athlante Mariano, librisque aliis agentibus de Imaginibus, & Templis B. MARIÆ, beneficiisque ab ipsâ humano generi collatis; sed quæ recensui, satis, superque probant Reginam Angelorum hominibus apparentem stipare, esse Angelorum Consuetudinem, quæ confirmat ea, quæ dicuntur de Angelis comitantibus Augustissimam Virginem alloquentem Sanctum Jacobum Maiorem prope Cæsaraugustam ad ripam fluminis Iberi, jubentemque ibi construi sacellum, quod à Columnâ nomen accepit.

§. II.

Consuetudo est Angelorum ea advehere, quæ ad cultum Dei, & hominum utilitatem conducunt.

2350 NOn solùm fert nostra Traditio cœlestem Angelorum militiam affuisse MATRI ADMIRABILI ad Iberum apparenti, sed etiam eosdem Angelos adduxisse eam jaspideam Columnam, quæ, hodieque cernitur supposita Imagini Beatissimæ Virginis, hac de causa à Columnâ dictæ, cultæque in sacello Cæsaraugustano, à D. Jacobo constructo; hoc autem confirmatur Consuetudine Angelorum, quæ est adducere ea, quæ promovendæ gloriæ Altissimi, Divino cultui adaugendo, vel mortalium utilitati procurandæ sunt necessaria.

2351 Antiquissimum hujusce Consuetudinis exemplum profero ex Veteri Testamento, quo legimus Angelum per quadraginta annos adduxisse per Desertum columnam ignis, & nubis; dicitur enim Exodi 13. 22.

> *Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo.*

Hanc autem columnam motam fuisse ab Angelo, docet Salianus ad annum Mundi 2544. num. 195. idque ait à Sacra Scriptura doceri Exod. 14.

> *Tollensque se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis.*

Idque confirmat ex Philone Hebræo dicente:

> *Credi tamen potest aliquem è Summi Regis Præfectis Angelum*

gelum nube involutum eos duxisse, quem nefas sit vidisse mortalibus oculis.

Idem docet Abulensis hîc. Idem Leonardus Marius hîc.

2352 Quidni Angeli adduxerint Columnam jaspideam in obsequium Reginæ suæ MATRIS ADMIRABILIS, cùm Angelus per quadraginta annos vexerit columnam in beneficium Hebræorum, qui sæpiùs Deum provocaverant ad vindictam iteratis sceleribus? eodem tempore, quo in Deserto fruebantur beneficio Angeli illos columna ducentis, ut eodem tempore ipsis exprobravit Moyses illorum Dux, & Legislator Deuteronomii cap. 32. vers. 22. & 23.

Generatio enim perversa est, & infideles filii: Ipsi me provocaverunt in eo quod non erat Deus, & irritaverunt in vanitatibus suis.

2353 Quidni adduxerint Columnam lapideam, quæ MARIÆ Imagini supponeretur Angeli, cùm etiam detulerint tabulam lapideam ad sepulchrum Sanctæ Agathæ, ut ait Pellegrinus Marulla in Sanctuario Cremonæ, relatus à P. Bagatta in Admirandis Orbis Christiani tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 11.

2354 Angeli adduxerunt Sancto Nicolao Myrensi Pallium, & Mithram, ut Pontificale Sacrificium celebraret, ut habetur apud Joannem Antonium Spinellum, relatum ab eodem Bagatta ibidem lib. 1. cap. 1. num. 5.

2355 Angeli adduxerunt Sancto Endeo Abbati Casulam sacerdotalem, & librum quatuor Euangeliorum, ut habetur in Actis Martii tomo 3. in continuatione Bollandi ad diem 21. numero 17. pag. 272.

2356 Angeli adduxerunt campanam Sancto Furseo, quâ Monachi convocarentur ad publicas supplicationes, ut scribit Desmaius in vita Sancti Fursei apud Bollandum die 16. Januarii.

Si

2357 Si ergo Angeli non dedignantur ministrare servis MATRIS ADMIRABILIS, quænam ratio est ad dubitandum ministravisse ipsi Reginæ suæ, adducendo Columnam ipsius Imagini supponendam?

§. III.

Consuetudo Angelorum est Imagines MATRIS ADMIRABILIS ex uno loco in alium transferre.

2358 CUm Traditio sit Imaginem, quæ hodie adoratur in Templo Cæsaraugustano, *à Columnâ* nuncupato, adductam fuisse ab Angelis, æquum est, ut id etiam Angelorum Consuetudine confirmemus.

2359 Tam antiqua est Angelis Consuetudo transferendi ex uno loco in alium Imagines MATRIS ADMIRABILIS, ut ferè quindecim ante sæculis, quàm Beatissima Virgo MARIA esset Mater Christi, portaverit Angelus per Desertum ipsius Virginis Imaginem, columnam nempè nubis, & ignis, quæ fuit ipsius Imago, & figura, ut docent Sanctus Bonaventura in Speculo B. Virginis cap. 3. & Hugo Cardinalis in Ecclesiast. cap. 24. Cùm autem res Veteris Testamenti contigerint in figura, ut ait D. Paulus 1. Corinth. 10. 11. dixerim Angelum illum, qui columnam nubis, & ignis, figuram Virginis nondum viventis, gestabat per Desertum, præfigurasse Angelos, qui postea transtulerunt Imagines MATRIS ADMIRABILIS, vel in terris viventis, vel jam in Cœlo regnantis; quorum præter adductionem Imaginis Cæsaraugustanæ, plura sunt exempla in Historia Ecclesiastica Novi Testamenti.

De

2360 De Imagine Tungrensi B. Virginis legitur apud Joannem Nadasi in Anno Cœlesti, fuisse collocatam ab Angelo in horto die 1. Februarii, & cœlesti odore, luce, & musica honoratam. Quæ historia fusiùs exposita legitur apud Nieremberg in Trophæis Marianis lib. 6. cap. 56. dicitur enim MATRIS ADMIRABILIS Imaginem Tungros deductam esse ab Angelis candidâ, & lucida nube circumdatam, repositamque in horto Hectoris Dinastæ Tungrensis Cæci, à quo ducta est in cubiculum suum, hincque in Templum Sancti Martini, ex quo Sacra Imago fugit in ipsum hortum; unde ab Hectore revecta est in cubiculum & ex hoc in idem Templum Sancti Martini, ex quo iterùm horâ noctis undecimâ, cunctis videntibus, cœlesti concentu, & pompa per aera iterùm ab Angelis reportata est in eumdem hortum, qui eâ de causa ipsi Beatissimæ Virgini ab Episcopo Cameracensi dedicatus est.

2361 Seraphini deposuerunt in manibus Sancti Joannis I. Pontificis Maximi Imaginem MATRIS ADMIRABILIS, quæ Romæ colitur in Templo, vulgò dicto Sanctæ MARIÆ in Porticu, quia illic fuit olim porticus Octaviæ sororis Augusti, ut scribit Andreas Victorellus in libro de B. MARIA parte 6. cap. 6. Hanc mirabilem, & mirificam Imaginem Romæ veneratus sum anno 1710. die 24. mensis Julii sed de ipsâ §. sequenti redibit sermo.

2362 De statua lapidea Sanctæ MARIÆ, quæ magna veneratione colitur prope Liburnum in Monte Nigro scribit Nieremberg in Trophæis Marianis lib. 6. cap. 112.

Hæc ab Angelis creditur apportata ex Nigroponte ad radicem usque montis, ubi clara voce Pastorem cœlestes Genii non jam rogarunt, sed imperiosè jusserunt eam in ipsam jugum portare dum posset.

De

De hâc Imagine extat libellus Italicè ſcriptus hoc titulo:

Breve Relatione della famoſa Imagine della B. Vergine di Monte Nero. Impreſſus Genuæ anno 1678. in octavo.

Hujus opuſculi Author nomen celavit ſuum, ſcimus tamen fuiſſe Petrum Aloyſium Malaſpinam, nobilem Senenſem Clericum Regularem noſtri Ordinis, cui ſe ſolemni Sacramento addixit Florentiæ die 17. Maii anno 1654. pluresque apud nos geſſit Magiſtratus, rexitque noſtrum Montis Nigri domicilium, (quo Sacra ea Imago colitur) & Ravennatenſe, atque Florentinum, fuitque Viſitator Galliæ, quæ Romæ dicitur Ciſalpina, & Conſultor totius Ordinis, ex quo aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Cortonenſem. De eo ſcribit Nicolaus Coletus in Additionibus ad Italiam Sacram Ughelli tomo 1. ubi de Epiſcopis Cortonenſibus, columna 632. num. 34. ubi ait:

Petrus Aloyſius è nobili gente Malaſpina, Clericus Regularis Theatinus, cujus in ore cùm ſuaviores virtutes reſidere viderentur, in Sede Pontificia Cortonenſi ſedere juſſus eſt 2. Octobris 1684. Tanti viri meritis, quia noſter calamus impar eſt, digniſſimum dabit alter elogium. Munificentiæ quippe ſuæ, ut pinguior eſſet cenſus, anno 1696. Maſſanum obvenit Sacerdotium.

Et tomo 3. ubi de Epiſcopis Populonii, & Maſſæ col. 732. num. 73. idem Coletus de eodem ait:

Petrus Aloyſius Malaſpina, nobilis Senenſis Epiſcopus Cortonenſis tranſlatus fuit ad hanc Eccleſiam die 11. Maii anno 1695. menſe verò Decembri anni 1705. deſiit eſſe mortalis.

Hæc ideò adnotare volui, ut conſtet quantus fuerit Author illius Relationis Imaginis Sanctæ MARIÆ de Monte Nigro, quem libellum à me ex Italiâ aſportatum, nunc penes me non habeo, ideò contentus ſum iis, quæ ex Nierembergio deſcripſi.

De

2363 De MATRIS ADMIRABILIS Imagine Jardineti, incendio ereptæ ab Angelis, mentionem facit P. Joannes Nadasi Societatis Jesu in Anno Cœlesti, ad diem 20. Septembris.

2364 De Imagine MATRIS ADMIRABILIS ex Ægypto in Galliam operâ Angelorum translata cum tribus Equitibus Hierosolymitanis, scribit Spinellus in opere inscripto *MARIA Deipara Thronus Dei*, tractatu de Festis, ac Templis Deiparæ, pag. 701. ex Jacobo Bosio Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani Procuratore Generali, ubi dicit id evenisse circa annum Domini 1134. Historiam fusiùs narrat Josephus Matraia in Historiâ Imaginis Sanctæ MARIÆ in Porticu, lib. 2. capite 9. pag. 87. ubi plura notatu digna de hâc Sacratissima Imagine § sequenti referenda. De hâc Imagine, ni fallor, scripsit Gallicè P. Renatus Cerisenus Societatis Jesu.

2365 Maximè ad rem nostram facit Historia, quam refert Guppemberg. in Athlante Mariano Imagine 301. de MATRE ADMIRABILI apparente Margaritæ, Tertiariæ Ordinis Servitarum, jubenteque ipsi, ut Imaginem suam supra columnam stantem, transferri curaret per Angelos in alium locum, in quo visa est imponi columnæ ignis.

2366 De Imagine Virginis Dolorosæ sæpius per Angelos translata scribit Guppemberg. in Athlante Mariano Imagine 329. ubi dicit vix mirum esse statuas Deiparæ ab Angelis per aera vehi, ex quo ipsa Domus Lauretana (Nazarethana) molliter ab iis per tria maria deportata est.

2367 Hinc pro coronide referendam duxi celeberrimam translationem Sacræ Domûs Lauretanæ, de quâ placet exscribere ea, quæ scribit Pater Joannes Eusebius Nierembergius in Trophæis Marianis, lib. 6. c. 1. ubi ait:

Præcipuo loco miranda est Lauretana Ædes. Hanc Lauretanam, sive Loretanam Domum Virginis esse paternam, in quâ concepta, nata, alita, annunciata ab Angelo, concepitque Virgo Divinum Verbum, certum omninò est. In Nazareth Galilææ Oppido sita Ædes Virginis erat, quam ab ejus morte, & Assumptione sacro usui Apostoli comparantes, sacellum, seu Oratorium fecere. Expletis inde ducentis sexaginta circiter annis, B. Helena, Magni Constantini mater, Templo celeberrimo eamdem circundedit, Nicephoro taliter attestante: Inde Orientem versus (*Helena*) descendens, Nazareth pervenit, & Salutationis Angelicæ domo repertâ, Dei Genitrici peramænum excitavit Templum. *Caput indies arrigebat in locum sedula Christianorum pietas, ad usque Cosroæ Persarum Regis tempora, quo rerum potienti, & patiente fortunâ, Judæa Agarenorum tristissimum subiit jugum. Inde immanissimorum Turcarum, anno quasi* 1050. *etiam leges excepit. Quo factum, ut pro pietate impietas laxis frænis incesseret, virgineus vilesceret cultus. Non tulit Virgo; spretâque Asiâ, Europam nostram eo donandum dono duxit esse, quo rarius non habet Orbis. Ergo anno* 1291. *septimo Idus Maii, vigilia noctis* 2. *Nicolao Quarto, Pontifice Maximo, Ecclesiam moderante, Sacra Ædes in Illyriam, Cælestium Geniorum operâ deportatur; ac juxta Flumen oppidum deponitur. Luge Judæa, exclamat Locrius, (cujus hæc sunt verba) Euge Dalmatia, etsi non diu. Etenim annis tribus, & mensibus novem actis, dico, anno* 1294. *Bonifacio Octavo sedente, tristi Illyricorum sorte, in Italiam (Gibellinorum tragædiæ tum illam personabant) eodem famulatu defertur, ac Marcam Anconitanam occupat. Verumtamen isthic variat loca. Primò namque sedem legit juxta Recanatensem saltum; inde,*

ecto post menses, ad germanorum collem transmigrat, ac tandem firmiorem fixura pedem, Loretano in jugo, anno 1295. sese collocat.

Loretum est Piceni ad Mosionem scilicet Oppidum secundo abs Adriatico mari lapide abjunctum; in cujus porta, Schraderi testimonio, id legitur:

Jussu Leonis Decimi Florentini Pontificis Maximi, qui securitati prospexit, Templum hoc Julianus Rodulphus Florentinus, Sancti Joannis Hierosolymitani M. V. Campanus Prior aggere, fossa, muro, & propugnaculis muniri curavit anno salutis CIↃ. IↃ. XVI.

At in Porticûs Ædis Sacræ frontispicio fas videre:

CHRISTIANE HOSPES,
QUI PIETATIS VOTIVA
CAUSA HUC VENISTI:

Sacram Loretanam Domum vides, Divinis mysteriis, & miraculorum gloria toto terrarum Orbe venerabilem. Hîc Sanctissima Dei Genitrix MARIA in lucem edita; hîc ab Angelo salutata; hîc æternum Dei Verbum caro factum est. Hanc Angeli primum è Palæstina in Illyricum advexere ad Tersactum Oppidum, anno 1291. Nicolao IV. Summo Pontifice. Triennio post initio Pontificatûs Bonifacii IIX. in Picenum translata propè Recinetum Urbem, in hujus collis nemore, eâdem Angelorum operâ collocata est, ubi loco intra anni spatium ter commutato, hîc postremò sedem divinitùs fixit, anno abhinc tricentesimo &c.

Templo Paulus Pontifex Maximus fundamina, ac incrementa dedit; perfecit Roboreus Cardinalis Xisti

IV. nepos. Julius autem Secundus, turri & pari ingentium campanarum ornavit: quibus alteram Leo X. appendit librarum viginti millium.

Id Carmelitarum custodia principio donatum, inde Patribus Societatis Jesu commissum Leo Pontifex Collegio Sacerdotum (Canonicos vulgò dicimus) honoravit. Sixtus V. verò fecit Cathedrale, uti hæc scriptio marmori ibi insculpta præfert:

Sixtus V. Summus Pontifex, Picenus, Ecclesiam hanc ex Collegiatâ, Cathedralem constituit 15. Calend. April. anno 1586. Pont. anno 1.

Templo virgineum domicilium, sive sacellum includitur, totum ex marmore, forma quadrangula, variis in eo sculptis historiis, longum pedes 40. largum quasi 20. In Altaris edito marmore disticha hæc parent:

Illotus timeat quicumque intrare sacellum:
In terris nullum sanctius Orbis habet.
Nullus in Orbe locus prælucet sanctior isto,
Quaque cadit Titan, quaque resurgit aquis.
Sanctius Æde quid hac in sancta Principe Petro.
Verbum ubi conceptum, nataquæ Virgo Parens.
Templa alibi posuere Patres, sed sanctius istud
Angelicæ turmæ, Virgo, Deusque locant.

2368 Hujus Sanctissimæ Ædis Historiam absolutissimam scripsit elegans Scriptor P. Horatius Tursellinus quinque libris comprehensam, & Latino sermone sæpius recusam, & non semel in vulgaria idiomata translatam.

2369 Ut morosi Critici pugnant contra fundationem Ædis Cæsaraugustanæ, sic Hæretici pugnant contra translationem Ædis Lauretanæ; contra ipsos tamen pugnant inter alios Franciscus Turrianus, & Petrus Roestius è Societate Jesu, ille in responsione Apologetica ad capita

pita argumentorum Petri Pauli Vergerii Hæretici, ex libello ejus inscripto *De Idolo Lauretano*, pro sancta Domo Lauretana, Ingolstadii 1584. in quarto. Hic in Apologia pro Domo Lauretana contra Mathiam Barnegerum Argentoratensem, Treviris anno 1625. Rutilius Benzonus Episcopus Lauretanus, in opere de Anno Jubilæi libro 6. capite 10. & sequentibus usque ad finem, in quibus respondet uni supra viginti Hæreticorum argumentis. Post hos omnes decertavit contra Hæreticos pro Sacrâ Æde Lauretanâ Ludovicus Centoflorenus, qui obiit Episcopus Nicoterensis, laudatusque fuit à Ferdinando Ughello, ut hic testatur tomo 9. Italiæ Sacræ, ubi de Episcopis Nicoterensibus. Scripsit enim Centoflorenus librum, cui titulus est: *Clypeus Lauretanus adversus Hæreticorum sagittas*, editus est liber Romæ, anno 1643. in quarto.

2370 Juvat translationi Sacræ Ædis Lauretanæ adnectere aliam similem, licèt non adeò illustrem, quæ tamen in Italia præcesserat ante centum, & nonaginta annos, ita ut dici possit non tam æmula, quàm prænuntia translationis Lauretanæ Domus, post duo ferè sæcula peragendæ, licèt de hâc agens Guppembergius in Athlante Mariano Imagine 902. *Lauretanæ Domui æmulam habet mons Sancti Savini in Diœcesi Arezzana.* Historiam profero verbis ipsius Authoris:

> *Anno* 1100. *Fratres, defuncti parentis divisere hæreditatem, ut cætera in pace transacta sint, ad pratum, ubi ventum est, quod ob causas dividi non conveniebat, lis orta est, utroque campum volente, neutro tamen offerente pretium, quod videretur alteri hoc campo dignum. Campi tanta æstimatio ex sacello Deiparæ Assumptæ perantiquo venit, non amore Deiparæ, sed oblationum cupiditate, ut vereri licet. Hoc, inquam, sacellum, quod ad viam publicam in campi extremitate stabat, scopus*

pus erat, in quem fratres, cætera unanimes, impegerant. Quare eorum unus, postquam Sacram, & jam ab antiquo miraculosam Imaginem satis, superque blasphemiis est insectatus, tamquam jurgiorum causam, mortem inferre fratri cogitavit: atque etiam exequi conatus est, non fraude plebeia, sed Nobilium modo, quamquam scelestissimo. Fratrem itaque paribus armis instructum provocavit in hunc campum. Hic justo, inquit, duello fortuna decernet: illius erit cum tota hæreditate campus, qui in campo steterit altero jacente.

Non placuere Virgini hæc jurgia, maximè cùm ipsa jurgiorum causa diceretur. Quapropter repetito Lauretano miraculo, Angelis suis mandavit, ut cum Sancta Imagine totum simul sacellum à fundamentis avulsum, & per aerem inter cantus cœlestes decies mille passus portatum deponerent in silva ad radices montis Sancti Savini, concentum audiente, & ipsum cum Angelis sacellum per inane cœli, vidente piâ quâdam Matronâ, cui fides non fuisset, nisi populus undique è Valle Chiana accurrens, & sacellum novisset, & Sanctam Imaginem.

2371 Hæc exempla satis, superque probant esse Consuetudinem Angelorum transferre Imagines MATRIS ADMIRABILIS, imò idem probant omnia exempla, omnesque Historiæ, quibus dicitur, Sacras Deiparæ Imagines migrasse de loco in locum, id enim fieri solet ministerio Angelorum, ut constans est apud omnes. Unde facilè persuaderi quisque potest, non esse incredibile Imaginem Cæsaraugustanam à Columnâ dictam, ab Angelis ad ripam Iberi fuisse advectam.

§. IV.

§. IV.

Consuetudo Angelorum est MATRIS ADMIRABILIS Imagines efformare.

2372 CUM nostra Traditio doceat Imaginem MATRIS ADMIRABILIS à Columna dictam, & Cæsaraugustæ cultam, non solùm advectam, sed etiam factam fuisse ab Angelis, æquum est, ut ostendamus esse Consuetudinem Angelorum Sacras Imagines MATRIS ADMIRABILIS efformare.

2373 Plures Sacras Imagines ab Angelis confectas legimus apud Authores. Caput Imaginis Christi crucifixi, quæ colitur Lucæ in Tuscia, confectam fuisse ab Angelis docet Josephus Matraia, Clericus Regularis Congregationis Matris Dei, in Historia Imaginis Sanctæ MARIÆ in Porticu, lib. 2. cap. 3. pag. 73.

2374 Crucem Ovetensem ab Angelis constructam tempore Regis Alphonsi Casti, docet cum pluribus Cardinalis Baronius ad annum Christi 791. & Jacobus Bosius lib. 6. de Cruce triumphante cap. 12. pag. 613. littera C. Alias Imagines ab Angelis factas prætermitto; nam cùm hoc loci solùm mihi proposuerim ostendere esse Consuetudinem Angelorum efformare Imagines MATRIS ADMIRABILIS, de his tantummodo acturus sum.

2375 Prima sese offert antiquissima statua Sanctæ MARIÆ de Podio, vulgò *del Puche*, in Regno Valentiæ, quæ colitur in Monasterio Patrum Regii Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede, quam fuisse Angelorum opere elaboratam probant Franciscus Boyl, qui ex eodem sacro

cætu

cætu aſſumptus fuit ad Epiſcopatum, in libro Hiſpanicè conſcripto, cui titulus *N. S. del Puche Camara Angelical de MARIA Sanctiſſima*, impreſſo anno 1631. apud Silveſtrum Sparſam in quarto, capite 4. & 5.

2376 Secundo loco numeranda venit Imago Sanctæ MARIÆ in Porticu, cujus ſuprà numero 2361. meminimus; hanc enim non ſolùm fuiſſe aſportatam ab Angelis, ſed ab ipſis efformatam, teſtantur nobiliſſimi Scriptores. Illius Hiſtoriam texuerunt plures, ſed omnibus copioſiùs Joſephus Matraia in jam citato libro Hiſtoriæ Imaginis Sanctæ MARIÆ in Porticu, in cujus operis libro 1. cap. 5. ipſam Imaginem affabrè deſcribit, meritòque ait, ex ipſius Imaginis artificio (& ſi aliæ non extarent probationes) agnoſci poſſe Cœlo peractum fluxiſſe opus, cui libentiſſimè ſubſcribo, cùm Sacram Imaginem ſedulò Romæ contemplatus fuerim.

2377 Tertio loco recenſenda eſt Imago Sanctæ MARIÆ de Lætitia, quam ſuprà diximus numero 2364. ope Angelorum advectam fuiſſe in Galliam; hanc enim factam fuiſſe ab Angelis ex eo cognitum eſt, quod cùm Iſmeria Saracena tribus Equitibus Hieroſolymitanis, Cairi carcere incluſis, ſignificaſſet à ſe optari videre Imaginem Matris Dei, de quâ multa audierat ab ipſis Equitibus, & unus eorum ab illâ poſtularet ligni fruſtum, & ſcalpellum, ut Sacram MARIÆ ſtatuam ſculperet, & hoc audito, duo alii, & ſanguine, & Religione fratres, qui optimè norant fratrem ſuum eſſe artis ſculptoriæ omnino ignorantem, Deum precati ſunt, ut dignaretur, & fratrem rubore liberare, & Saracenæ puellæ laudabili deſiderio ſatisfacere. Nocte in ſequenti aſpexere in carcere collocatam MATRIS ADMIRABILIS ſtatuam, non humanâ dexterâ illic poſitam. Quam, ut vidit Iſmeria, ſecum adduxit in cubiculum ſuum, noctuque B. Virgo

MARIA

MARIA ipsi apparens, eam monuit, ut carcerem tribus Equitibus aperiret, cum illisque recederet, in Galliam perventura, ibique sacro fonte expianda, nomenque Ismeriæ in MARIÆ nomen mutatura, quod effectum est etiam Angelorum ope. Historiæ istius meminere Spinellus, Nierembergius, Jacobus Bosius, & Josephus Matraia, lib. 2. Historiæ Sanctæ MARIÆ in Porticu, cap. *9*.

2378 Quarto loco memoranda est effigies MATRIS ADMIRABILIS, quæ colitur Florentiæ in Monasterio Servorum B. MARIÆ Annuntiatæ, cujus caput Angelico penicillo expressum est, cujus Historiam exscribere placet ex Benedicto Gornono in Vitis Patrum Occidentis, libro *6*. pag. 337. ubi loquens de Fundatoribus Servitarum, ait:

Ædificata verò Ecclesia in loco dicto Cassagio propè Florentiam, statim Imago Annuntiatæ à Patribus depingi curatur. Quapropter accersito pictore ei hoc opus demandatur. Quo suscepto, plurimis diebus in toto pingendo corpore elaboravit, caput in extrema parte conficiendum relinquens, quod tamen aggrediens, & sæpius tentans explere, frustra omnes conatus adhibet. Quæ sibi succedere ob propria peccata dubitans confessionem fecit: deinde ad pingendam Imaginem accedens, mirabile dictu, opus præter opinionem ab omni parte elaboratum, absolutumque caput Sanctissimum Virginis adinvenit, & tanto cum splendore divino ornatum inspicit, quod fælicissimorum Spirituum ministerio depictum fuisse affirmaverit. Eo vero acclamante, & sacram Imaginem venerante, accurrunt Patres, & populus, qui ad divina audienda venerat, & gratias Deo, Matrique ejus reddiderunt. Tunc Virginis servi divino numine ducti, in unum congregati, propter rem tam admirabilem determinant in futurum Religionis insignia lilia candida fore cum hac syl-

laba S. conjuncta, videlicet in campo cæruleo effingenda, ut Religionis insignia nomini correspondèrent, simulque cum simulachro depicto convenirent; hos enim flores ab Angelo Virgini delatos fuisse ferunt. Sunt qui addunt ob nomen, & dignitatem B. MARIÆ, hanc litteram M. cum corona, & liliis intermixtis.

2379 Summâ pietate colitur Florentiæ hæc MATRIS ADMIRABILIS Imago, in atrioque illius nobilissimi Templi plurima cernuntur donaria appensa ab illis, quos Beatissima Virgo singularissimis affecit beneficiis. Hujus Imaginis (quam sæpissimè veneratus sum) Angelique Virginem salutantis ad vivum expressa ectypa penes me habeo, mihi dono data à Reverendissimo P. Julio Roboredo, Lusitano gravissimo, Doctissimoque Servitarum Ordinis viro, qui annis hujus sæculi 9. 10. 11. 12. plurima mihi exhibuit amicitiæ testimonia, propensique in me animi significationem, qui licèt anno superiore excesserit è vivis, numquam tamen mihi è memoria excidet, sed manebit, dum vixero, & quandiu istud Opusculum duraverit; stabit hoc mei grati animi monumentum.

2380 Quintum exemplum nobis subministrat Faventia Urbs Episcopalis sub Archiepiscopatu Ravennate, ubi colitur Imago Sanctæ MARIÆ ab Angelo, quæ ideo hoc cognomentum sortita est, quia cùm cœpta esset pingi à pictore humano, per Angelum absoluta est, ut scribit Guppemberg. in Athlante Mariano Imagine 315.

2381 Sextum exemplum habetur in Imagine Sanctæ MARIÆ, dicta de Miraculis, quia illius vultus depictus fuit Angelico penicillo, ut scribit idem Guppemberg. Imagine 1087.

2382 Septimum exemplum habetur Venetiis in Imagine Sanctæ MARIÆ de Schola, quæ etiam ab Angelo confecta scribitur ab ipso Guppemberg. Imagine 31.

Octavum

2383 Octavum exemplum esse potest, quod Angelus edidit Arimini Urbe antiquissimâ, in littore maris Adriatici, quando in Ecclesiâ Dominæ Nostræ de Gratiâ docuit pictorem rationem, quâ pingi deberet effigies MATRIS ADMIRABILIS, ut habetur apud eundem Guppemberg. Imagine 821.

2384 Nono loco adducenda est statua B. Virginis, quæ extat Venetiis in Ecclesiâ Parochiali Sancti Marciliani, (non Martiliani, ut legitur apud Nierembergium in Trophæis Marianis lib. *6*. cap. *97*.) de quâ audiendus est ipse Nierembergius loco citato, ubi ait:

> *Quam vides statuam, lignea est, & Pastoris Ariminensis rusticum opus, si caput excipias, quod fecere Angeli, quorum jussu ad ripam portata, navique imposita, sponte sua sine remo, & nautâ, Venetiis appulit.*

De hâc statuâ Venetiis cultâ loquitur etiam Petrus Antonius Pacificus in Chronico Veneto, dicitque miraculosè illuc ex Arimino venisse.

2385 Decimo loco exponenda est statua MATRIS ADMIRABILIS, quæ Ulyssipone Orientali colitur titulo Matris Dei, in Parthenone ejusdem nominis, sanctitate florentissimo, quo illustrissimæ, tenerrimæque Lusitaniæ Virgines nudipedes asperrimam ducunt vitam sub primâ Regulâ Sanctæ Claræ,&, veluti supra mortalium conditionem evectæ, Seraphinos æmulantur. Imago, quæ Ascetério nomen dedit, adducta fuit Eleonoræ Reginæ Lusitanorum, egregiæ pietate Heroinæ, dum conderet in terris cœlestem illam Urbem à Sacris Virginibus incolendam, anxièque cogitaret de titulo novo Parthenoni indendo. Nam dum pia hæc vota agitaret, ad illius Palatium accessere duo insignis pulchritudinis Ephebi, ore, habituque Belgas præ se ferentes, gestantes statuam MATRIS ADMIRABILIS, omnibus numeris absolutam, quam nonni

ſi ſummo quodam pretio ſe vendituros fore aſſerebant; cùm verò pretium illud Reginæ videretur nimium, Ephebi reliquere in Palatio ſtatuam, ſpondentes ſe poſtridie redituros, numquam tamen deinceps apparuere, unde cognitum eſt, eos fuiſſe Cœleſtes Genios illius Imaginis artifices. Tunc Regina, acceptâ Imagine, illam in Altari collocari juſſit, in illiuſque manibus depoſuit claves ſurgentis Monaſterii, dicti à MATRE DEI, quod eſt in tota Luſitania ſanctimoniâ celeberrimum. De Sanctiſſima hac Imagine agunt Emmanuel de Faria Souſa in Europa Luſitana, Georgius Cardoſo in Agiologio Luſitano, in Commentario ad diem 7. Februarii, lit. D. tomo 1. lib. 1. titulo 20. & noviſſimè Reverendiſſimus P. Frater Ferdinandus à Solitudine, Ordinis Minorum Obſervantium Provinciæ Portugalliæ elegantiſſimus Chronographus, & nunc, (ut vocant) Definitor, qui ſuperioribus annis interfuit celeberrimis comitiis generalibus totius Franciſcani Ordinis Romæ habitis, (quibus præfuit Summus Pontifex Innocentius XIII. mihi numquam ſine grati animi ſignificatione venerandus) nunc verò jam jam profecturus eſt in Italiam, interfuturus pro Miniſtro Provinciali comitiis generalibus proximo menſe Junio Mediolani obeundis; vir à morum probitate, Religionis zelo, & à pluribus editis voluminibus laudatiſſimus, qui poſt omnes (quos viderim) meminit hujus Angelicæ Imaginis MATRIS DEI parte 4. Hiſtoriæ Seraphicæ Provinciæ Portugalliæ, lib. 1. cap. 18. num. 126.

2386 Plura potuiſſem producere exempla Marianarum Imaginum ab Angelis picturâ, vel ſculpturâ confectarum, ſed quæ protuli, ſatis ſunt ad probandum Conſuetudinem Angelorum eſſe efformare Imagines MATRIS ADMIRABILIS, ſtatuendumque non eſſe incredibile, Imaginem Cæſarauguſtanam ab Angelis fuiſſe factam.

ctam. Quod existimo negari non posse ab iis, qui asserunt illam ab Angelis fuisse ad Iberi ripas allatam.

§. V.

Consuetudo Angelorum est cooperari structuræ Marianarum Ædium.

2387 CUM sacellum Cæsaraugustanum à Columnâ nuncupatum ideo appelletur Angelicum, quia traditur Angelorum ope constructum fuisse, æquum est, ut id confirmemus Consuetudine Angelorum; sæpius enim ii Cœlestes artifices operam dedere excitandis Templis MATRIS ADMIRABILIS cultui deputandis, cujus rei aliquot producemus exempla.

2388 Primum sit, quod legimus in Admirandis Orbis Christiani nostrorum Patrum Novarini, & Bagattæ lib. 5. cap. 3. §. 1. num. 20. quo dicitur ex Antonio Balinghem in Kalendario Virgin. ad diem 10. Februarii, nempè Soterem (apud Nadasin in Anno Cœlesti die 10. Februarii legitur pro Sotere, Sura) Dordraci ab Angelo monitam, Templum ædificasse B. Virginis Imagini, quæ pendebat ex arbore super rivum Dordrecht in Hollandia, ab eodemque Angelo edoctam, qua figura, formâque fieri deberet, ipsamque perscripsisse Architectis de Angeli mandato longitudinem, latitudinemque Templi ædificandi. Idem exemplum narrat Guppembergius in Athlante Mariano Imagine *690*. ex eodem Balinghem.

2389 Secundum exemplum legimus eodem capite 3. numero 22. ex Guppembergio Imagine B. Virginis Frauhofiensis in Germaniâ Superiore (quæ est Imago

225.)

225.) ubi ſcribitur de MATRE ADMIRABILI, apparente cuidam nobili Wilhelmo, anno 1240. qui cæcus erat, eique præcipiente, ut ſi ſanus eſſe vellet, Templum ſibi, Filioque ſuo in Urana Villa ædificaret, cui Wilhelmus id ſe facturum promiſit, ſtatimque ad opus neceſſaria congregari juſſit. Sed ubi prima manus operi data, jactuſque eſt in fundamenta ſacer lapis, alterâ die, omnis congeſta operarum materia, Angelorum manibus eſt translata in collem Frauhofienſem, non ſine ingenti gaudio Wilhelmi, quod ipſa Virgo ſibi locum elegerit, quem propter difficiliorem aſcenſum Uranani ruſtici ſpreverant, ibique eſt ædificatum B. Virginis ſacellum.

2390 Tertium, quartum, & quintum exemplum ſimilium tranſlationum, non nominatis Angelis, reperiuntur eodem capite 3. numeris 24. 25. & 26.

2391 Sextum exemplum habetur ibidem numero 27. ex Guppembergio de Imagine B. Virginis Montis MARIÆ Rancovillæ in Germaniâ Superiori, (quæ eſt Imago 343.) ubi dicitur propè Velkirchium contermінam Sueviæ Urbem, in medio oppidi Rancovillani exurgere collem, qui dicitur Mons MARIÆ, propter Templum in ejus vertice prodigioſè ædificatum, nam cum Maiores ad radicem collis Templum B. Virgini condere decreviſſent, antequam fundamenta aperirentur, pridie, omnis materia comportata, in colle reperta eſt; addunt alii, jam fundamentis in valle perfectis, altera die inventos fuiſſe fundamentorum muros in ipſum collem, & in fauces fundamentorum, quas Angeli ea nocte fecerant, depoſitos, rite, ac ſecundum deſignationem, quam Architectus in valle fecerat, translatos.

2392 Septimum exemplum habetur ibidem numero 28. ex eodem Guppemberg. de Imagine B. Virginis de Begonnâ, Bilbai in Hiſpaniâ (quæ eſt Imago 229.) inventa

venta fuit in Quercu, cujus in loco nunc ſtat ſummum Altare Templi, quod Maiores ad radices amæniſſimi collis ædificare coacti ſunt; cùm enim Templum in collis vertice deſignaſſent, nocte non ampliùs unâ, ingens lapidum vis, quæ magno labore in collem convecta fuerat, in ſubjectam vallem Angelicis manibus deportata eſt, ex quo libenter incolæ ſententiam mutarunt, cognitâ Virginis voluntate, brevique tempore ſacellum in valle erexerunt.

2393 Octavum exemplum legimus eodem capite numero 30. ex eodem Guppembergio de Imagine B. Virginis de Campiglio in Germaniâ Superiori, quæ eſt Imago 302. cui, cùm ædificaretur Templum in campo, accidit, ut trabes, & cum calce, lapides nocturno Angelorum labore in alium locum devenerint, in eum ſcilicet, ubi Templum nunc ſtat.

2394 Nonum exemplum habemus eodem capite ex ipſo Guppembergio de Imagine B. Virginis Turzanenſi in Germaniâ Superiore, quæ eſt Imago 118. quod ita ſe habet. Ruſticus quiddam Turzanenſis ſtatuam B. Virginis in Rubo inventam in domum ſuam deportaverat; cùmque accolæ devotione erga B. Virginem excitati, de Maiorum licentiâ, non procul à Ruſtici domo Templum illi conſtruendum deſignaſſent, & fabricæ neceſſaria fide bona, id eſt ruſtica, non tarde comportaſſent. Non placuit Virgini locus: ne itaque piorum manus in fundamentis fruſtra laborarent, nocte non amplius unâ, omnem vim lapidum, arenæ, & lignorum, ad ipſius coloni domum Angelorum manus deportaverunt; quo prodigio intellexerunt in eo loco Virginem cultum ſibi velle, quâ de cauſâ ibi Templum ædificarunt.

2395 Decimum exemplum nobis ſuppeditatur eodem capite numero 33. ex eodem Guppembergio de Imagine

Imagine B. Virginis Underkochensi, Hochen-rechbergæ in Germaniâ Superiori (quæ est Imago 201.) ubi dicitur ex traditione haberi huic Sanctæ Imagini Templum infra montem ab incolis designatum fuisse, sed omnem murorum materiam operâ Angelorum sub montem in hunc collem, ubi nunc colitur, fuisse translatam.

2396 Ultimum exemplum nobis subministrat idem caput 3. ex Guppembergio de Imagine B. Virginis Consolatricis Afflictorum, Bambergæ in Germaniâ, quæ est Imago 68. cùm scilicet prope Viddernam in vertice montis adinventa fuisset inter vepres, & spinas, Imago B. Virginis, Templum ei Viddernenses ad radices montis, quo commodiùs adiri posset, ædificare cæperunt. Verum non hunc, sed priorem, (in quo inventa fuit) struendæ ædi locum Virgini designasse novo prodigio commonstratum est; cùm enim noctu quiete necessaria reficerentur operæ: trans fluvium in jugum montis vi humana maiore, omnis fere, quæ ad manum erat materia, transferebatur. Stupefacti rei insolentia fabri, simulque experimentum prodigii sumpturi, lignis, quæ restabant, per noctem incumbunt. At ipsi fabri cum lignis in verticem montis, in quem reliqua jam materia evolarat, per quietem rapti sunt: quo factum est, ut persuasi rerum tam mirabilium eventu Magistratus, Templum sine mora jugo montis imponerent, in eoque piè Imaginem collocarent.

2397 Cùm tot extent exempla Angelorum structuræ Marianarum ædium incumbentium in propatulo est, hanc esse supernarum ejusmodi mentium Consuetudinem; adesse scilicet constructioni Templorum, quæ Deo dicantur in MATRIS ADMIRABILIS honorem. Unde nullum superest fundamentum ad denegandam fidem antiquæ, piæque Traditioni asserenti Ædem Cæsaraugustanam à Columnâ nuncupatam, & Augustissimæ Virgi-
nis

nis honori sacram, à Sancto Jacobo Angelorum ope fuisse constructam.

ASSERTIO IV.

Consuetudo Apostolorum confirmat Apostolicam Fundationem Ædis Cæsaraugustanæ.

2398 CUM nulla ex relatis Consuetudinibus magis faveat nostræ sententiæ de fundato sacello Cæsaraugustano à Sancto Jacobo Zebedæi, quàm Consuetudo Apostolorum in extruendis, & dedicandis similibus sacellis, ideo hâc Assertione suscepi memoranda Templa ab aliis Apostolis fundata; dixi *ab aliis Apostolis*, ut constet me sponte præterire ea, quæ fundata dicuntur à nostro Apostolo, non quidem, quod de illis dubitem, sed quia adversus illa eadem ferè militant argumenta, quæ adversus Templum Cæsaraugustanum pugnant. Hancque meam mentem aperio, ne illi, qui adorant argumentum negativum, unquam dicere possint me eas Fundationes negari velle, quarum in hoc Opusculo mentionem non facio.

2399 Animus erat hîc præterire Templum Æthiopiæ, constructum à Reginâ Candace, quam docuit Religionem Christianam illius Eunuchus, à Philippo Diacono sacro fonte lustratus, ut legitur in Actis Apostolorum cap. 8. vers. 38. licèt de illo scribant gravissimi Authores Thomas Bosius, Congregationis Oratorii, gravissimus Author, de Signis Ecclesiæ lib. 9. cap. 9. Venerabiles Patres Joannes Eusebius Nierembergius, & Petrus Antonius Spinellus, ambo è Societate Jesu, hic in MARIA Throno Dei

cap. 29. numero 30. pag. 388. col. 1. ille verò in Trophæis Marianis, lib. 5. cap. 4. pag. 202. columna 1. quia in his tribus Authoribus nihil legi, unde inferrem illud Templum ullo pacto ſpectaſſe ad Apoſtolos, de quorum Fundationibus agere inſtitui hâc Aſſertione. Ubi tamen obſervavi ab omnibus his tribus Authoribus allegari in hujus rei teſtimonium Franciſcum Alvares Luſitanum, qui ſcripſit de rebus Æthiopiæ, illiuſque Templi fuit oculatus teſtis, ipſius librum adii, cujus duo diverſæ editiones, una Luſitano (hoc eſt originali) altera Hiſpano idiomate, in quod liber ille translatus fuit, extant in noſtrâ hâc domo Sanctæ MARIÆ de Providentia, in Bibliothecâ eruditiſſimi P. D. Joſephi Barboſæ Clerici Regularis, noſtræ Academiæ Socii, Sereniſſimæ Brigantinæ Domûs Regii Hiſtoriographi, Regiique Tribunalis, quod Menſæ Conſcientiæ, Ordinumque vocant, Trium Ordinum Militarium Examinatoris, qui ſummo labore, ſumptuque collegit tantam librorum ad Hiſtoriam Luſitanam quoquo modo ſpectantium copiam, quantam nemo alius, quem ſciam. In eo autem libro legi, lapideam aram illius Templi miſſam fuiſſe ab Apoſtolis. Unde non alienum eſt ab hoc loco de eo Templo agere, quando loquimur de Templis Apoſtolicorum temporum.

2400 Franciſcus igitur Alvares, Sacerdos Regii ſacelli, in libro Luſitanè ſcripto, cui titulus: *Verdadeira informaçaõ das terras do Preſte Joaõ*, cap. 37. loquens de Candace Reginâ, ait:

Neſte lugar de Aquaxumo, onde ſe fez Chriſtãa, fez muy nobre Igreja ha primeira, que houve em Etyopia: chama-ſe Sancta MARIA de Syon. Dizem, que ſe chama aſſim; porque de Syon lhe veio ha pedra dara. Elles neſta terra (ſegundo dizem) tem por coſtume de chamar as Igrejas ſempre polla pedra dara; porque nella

he

he escrito ho nome do Orago. Esta pedra, quẽ tem nesta Igreja dizem, que os Apostolos lha mandarão do monte Syon.

Quæ verba Latinè reddo:

Hoc loco Aquaxumo dicto, ubi Christianam Religionem complexa est (Regina Candace) *ædificavit admodum nobile Templum, primum, quod in Æthiopia conditum est. Dicitur Sancta MARIA Sionis. Asserunt ita dici, quia ex Sion venit lapis Altaris. Ipsi illis in terris* (*ut dicunt*) *semper solent Templis nomen imponere, ex lapide Altaris, quia in illo scriptum est nomen tituli Ecclesiæ. Lapis, qui habetur in hâc Ecclesiâ, dicitur ab Apostolis missus ex monte Sion.*

Postea prosequitur Franciscus Alvares non indiligentem illius Templi descriptionem; capite verò 88. exponit Religionem Æthiopum erga lapides Altarium, ubi nonnulla scribit lectu digna, sed quæ non sunt hujus loci.

2401 Aliud Templum in eâdem Æthiopiâ scimus conditum, & intra triginta dies perfectum, absolutumque, illique à Sancto Matthæo Apostolo impositum Resurrectionis nomen, ut scribit Joachimus Perionius, elegantissimus Benedictinus, in vitâ Sancti Matthæi Apostoli fol. 106. a.

2402 Idem Perionius in vitâ Apostoli Sancti Bartholomæi scribit Templum ab hoc Apostolo fuisse consecratum, ab Angeloque inauguratum.

2403 De Sancto Philippo Apostolo scribit in hujus vitâ idem Author multa Templa in Scythiâ ædificasse.

2404 Sanctum Thomam Apostolum Templum in Indiâ ædificasse scribunt gravissimi Authores, tum nostri, cum exteri, ut sunt Livius Lusitanus Joannes de Barros Decada 3. lib. 7. cap. 11. Hieronymus Osorius de rebus Emmanuelis Regis Lusitanorum lib. 3. fol. 83. vers.

Emmanuel Faria Sousa in Asia Lusitana tom. 1. parte 3. cap. 7. num. 11. Joannes Petrus Maffeius Histor. lib. 2. Thomaz Bosius de Signis Ecclesiæ lib. 15. cap. 15. Zacharias Lippelous in vitâ Sancti Thomi Apostoli.

2405 Imò plura Templa ædificata fuisse ab Apostolo Sancto Thoma docet Reverendissimus Pater Frater Augustinus à Sanctâ MARIA in Sanctuario Mariano tom. 8. lib. 1. titulo 2. pag. 11. & titulo 36. pag. 124. & ante ipsum Maffeius, & Barros locis citatis.

2406 Sanctum Barnabam dicasse Templa MATRI ADMIRABILI docet Hippolytus Marraccius in Apostolis Marianis cap. 15. & post ipsum Christophorus de Vega, Societatis Jesu, verè Theologus Marianus, in opere Hispanicè scripto, cui titulus: *Devocion a MARIA passaporte, y salvo conduto, que dà passo franco para una buena muerte*, lib. 3. cap. 9. §. 4. pag. 595. secundæ editionis.

2407 Quid memorem Sanctum Joannem Apostolum, & Euangelistam MATRIS ADMIRABILIS, atque hinc Christi Domini consanguineum? Quod fuit primum illius privilegium, ut Dominus revelavit Sanctæ Mechtildi, constatque ex illius libro 1. Spiritualis Gratiæ cap. 6. §. *Duodecim privilegia Sancti Joannis.* Verba transcribam, quia codex est ubique rarissimus, ut testantur Septentrionales librorum catalogi. Ego sane non vidi nisi duo exemplaria, unum in Bibliothecâ Augustissimi Regis Nostri, alterum verò in Musæo nostro. Sic ait Sancta Mechtildes de se, tamquam de aliâ loquens:

> *Tunc orabat Dominum, ut eam instrueret, qualiter pro tam dilecto discipulo, ipsum laudaret. Respondit: Primo me laudabis pro nobilissima ejus progenie: quia natus est de mea parentela, qua sub cœlo nobilior non est.*

Quid memorem Sanctum Joannem fratrem germanum Sancti Jacobi Maioris, qui MATRI ADMIRABILI dicavit

vit Cæsaraugustanum sacellum à Columnâ dictum? Quid aliud faceret Joannes nisi id, quod fecerat Jacobus illius frater, à quo nollet vinci in edendis argumentis devoti animi erga Beatissimam Virginem MARIAM. Hâc de causâ non unum illi erexit Templum, sed plura, ut scripsit Christophorus de Vega loco citato, pagina 589. Hippolytus Marraccius in Apostolis Marianis cap. 6. pag. 169. & 170.

2408 Non prætercam Doctorem Gentium Sanctum Paulum, cujus gestis confirmandam suscepi Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi; nam Sanctus Paulus etiam ædificavit Ecclesias, seu illas præcepit ædificari; constat enim Corinthi, cui Apostolus prædicavit Euangelium, fuisse Ecclesiam tempore ipsius Pauli, ut elicitur ex ipsius verbis 1. Corinth. 11. 18. *Convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos.* In quem locum Cornelius à Lapide ait: *Nota nomen* Ecclesiam, *inde enim sequitur jam tunc tempore Pauli fuisse Ecclesias, & Templa.*

2409 In eodem sensu hunc locum intelligit Joannes Baptista Casalius, libro de veteribus Sacris Christianorum ritibus, cap. 33. pag. 131. B. ubi ait: *Quod Apostoli unà cum Fidelibus ad Ecclesias convenirent. D. Paulus 2. ad Corinthios 2.* (dici debuit 1. ad Corinthios 11.) *inquit*: Convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos. *Et ut ostendatur illarum diversitas à domibus, subdit*: Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis? *Et idem 1. ad Corinthios* 14. Mulieres in Ecclesiis taceant; si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.

2410 Libenter asseruerim, Sanctum Paulum non solùm Corinthi, sed in omnibus locis, in quibus per aliquod tempus prædicavit Euangelium, & commoratus est, curasse ædificari Templa, vel sacella; non enim datur maior ratio,

ratio, ut ea Corinthi ædificarentur, quàm aliis in locis Apoſtoli doctrinâ illuſtratis. Ipſum ædificaſſe Templum in honorem MATRIS ADMIRABILIS Derthuſæ in Hiſpaniâ ſcripſit Franciſcus Martorel cap. 7. libri Hiſpanicè ſcripti, cui titulus *Hiſtoria de la Ciudad de Tortoſa, y de la Santa Cinta, que diò la Virgen Nueſtra Señora a la dicha Ciudad.* Editi Derthuſæ 1626. in octavo, cui ſubſcribunt Hippolytus Marraccius in Apoſtolis Marianis, cap. 3. & Chriſtophorus de Vega in Devotione MARIÆ lib. 3. cap. 9. §. 3. pag. 589.

2411 His Apoſtolis præivit exemplo Sanctus Petrus Princeps Apoſtolorum, qui MATRI ADMIRABILI etiam inter mortales degenti dicavit Templum in Syria in Urbe Orthoſia, ſeu Antarado, quæ vulgari lingua modo dicitur Tortoſa, ut ſcribit Jacobus Cardinalis de Vitriaco in Hiſtoriâ Orient. cap. 44. & Raphael Volaterranus lib. 11. Geographiæ, quibus ſubſcribunt Joannes Euſebius Nierembergius in Trophæis Marianis lib. 5. cap. 2. pag. 199. Hippolytus Marraccius in Apoſtolis Marianis cap. 3. Vega loco citato, pagina 584. Petrus Antonius Spinellus in MARIA Throno Dei cap. 29. num. 30. pag. 388. ubi ex Vitriaco ait:

> *Dicitur autem à multis, quod inter omnes B. MARIÆ Eccleſias, iſta fuerit prima; non ſolùm autem à Chriſtianis, ſed etiam à Saracenis in magnâ habetur reverentiâ.*

2412 Eundem Principem Apoſtolorum Petrum Romæ dicaſſe ſacellum Auguſtiſſimæ Virgini ſcribit Nierembergius, loco citato dicens: *In fonte Olei trans Tyberim dedicaſſe Virgini ſacellum Sanctum Petrum, cum multis ſcribit Franciſcus in Itinerario Italiæ.*

2413 Aliud ſacellum Romæ conſecratum B. Virgini à Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo ſcribit Bonifacius lib. 2. Hiſ-

2. Historiæ Virginalis cap. 1. quia illam domum, in quâ Petrus, & Paulus Sanctissimam dixere Missam in Via Lata consecratam esse Virgini Purissimæ nemo umquam dubitavit.

2414 Duo alia Templa à Sancto Petro Apostolo fuisse consecrata; scribit Joannes Baptista Casalius lib. de Veteribus Sacris Christianorum ritibus, cap. 33. pag. 131. dicens: *Et Sanctus Clemens lib. 10. Recogn. inquit Sanctum Petrum Antiochiæ convertisse in Ecclesiam domum Theophili, in quâ collocavit suam Sanctam Sedem, & Cathedram. Et idem Apostolus Romæ in Monte Viminali sacravit domum Pudentis Senatoris, quæ titulo Pastoris nominatur; ut refert Pius Papa Primus Epist. 1. & Card. Baron. anno Christi 57. & 59.*

2415 Tandem Sanctum Petrum fundasse Templum, & dicasse MATRI ADMIRABILI in Sardiniæ præcipua Urbe Calari, habetur apud Marraccium in Apostolis Marianis cap. 2.

2416 Sed quid necesse fuit de octo his Apostolis disseruisse, cùm constet, omnes Apostolos Templa, vel construxisse, vel consecrasse. Sanctus Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 16. docet Apostolos consecrasse in Ecclesiam Cænaculum, in quo super illos venerat Spiritus Sanctus. Apostolos consecrasse domum Nazarethanam, quâ Christus conceptus fuit, didicit, MATRE ADMIRABILI revelante, Alexander Trasectensis Antistes in Dalmatiâ, ut tradit Hieronymus Angelita in Historiâ Lauretanâ, ut videre est apud Horatium Tursellinum in Historiâ Lauretanâ lib. 1. cap. 3.

2417 Cùm constet Apostolos Templa dedicasse, nihil opus est memorari eorum discipulos etiam Templa dedicavisse, ut videre est apud Thomam Bosium lib. 9. de Signis Ecclesiæ capite 6. Joannem Eusebium Nierembergium in Trophæis Marianis lib. 5. cap. 5. & Petrum Antonium

Antonium Spinellum in MARIA Throno Dei cap. 29.

2418 Pro coronide hujus Assertionis adduco ea verba Sancti Petri Venerabilis, nobis objecta à Neoterico Adversario contra Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, eo argumento, quod refellimus Dissertationis parte 2. Sect. 4. Assert. 33. & diximus numero 627. mirari nos testimonia illa hucusque non fuisse adducta à nostris in gratiam Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi. Et numero 635. innuimus illa deseruire posse pro confirmandâ Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, & Fundatione sacelli Cæsaraugustani ab ipso Apostolo erecti, Lectoremque ad hanc primam illius Dissertationis Appendicem remisi.

2419 Sanctus Petrus Venerabilis, à Neoterico Adversario productus, ait:

> *Primi, & novissimi Apostoli Christi vetustæ superstitionis Templa destruentes, novæ Gratiæ Ecclesias impleverunt.*

Deinde inferiùs subdit:

> *Nonne, & nos ipsi Romæ positi frequenter vidimus in scriptis antiquissimis Oratoria, & Altaria, qualiter eo tempore fieri poterant ab eodem Apostolo* Sancto Petro *constructa, & sanctificata, sicut per successionem fama consentiens, ac celeberrima protestatur?*

2420 Hæc testimonia nihil officere Expeditioni Hispanicæ Sancti Jacobi abundè demonstratum à nobis est eâ Assertione 33. nunc ostendendum est, quantum illi faveat.

2421 Favent hæc testimonia Expeditioni illi primò, dum probant Consuetudinem Apostolorum fuisse fundare Templa, quæ est Thesis à nobis hâc Assertione probata.

2422 Ulteriùs favent Fundationi Apostolicæ sacelli Cæsaraugustani; nam si Sanctus Petrus Venerabilis docet primos,

primos, & novissimos Apostolos Christi fundasse Templa, non est dicendum exclusisse ab hoc numero Sanctum Jacobum, qui fuit ex Apostolis Christi primis vocatione, ut constat ex Sancti Matthæi cap. 4. 21. Sancti Marci cap. 1. 19. & præcipuè Sancti Lucæ cap. 1. vers. 10. Solus Jacobus, cùm esset ex primis Apostolis, excludendus esset à gloriâ fundandi Templum, quam obtinuerunt primi, & novissimi Christi Apostoli?

2423 Tandem potuit Sanctus Petrus Apostolus construere, & sanctificare Altaria, & Oratoria in ipsâ Româ, Urbe tunc temporis superstitionis principe, illoque monstro teterrimo impietatis, & crudelitatis Nerone ibidem tenente tyrannidis solium; & non poterat Sanctus Jacobus fundare sacellum extra Cæsaraugustam, tot milliaribus à Româ distantem, interjectis montibus, Apenino, Alpibus, & Pyrenæis? Præsertim cum Neroniana, & prima Christianorum persecutio non incæperit nisi plusquam viginti annos à fundato sacello Cæsaraugustano. Ex his, aliisque semper magis, atque magis confirmor in meâ sententiâ, quâ teneo negationem Expeditionis Hispaniæ solùm prodiisse à novandi voluntate; vel ab ignorantiâ Historiæ, neglectuque Critices. Tantum abest ut se doctos, & severos Criticos ostendant, qui Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi negant. Et hæc sufficiant pro Consuetudine Apostolorum.

ASSERTIO V.

Ædem Cæsaraugustanam conditam fuisse à Sancto Jacobo Apostolo in honorem MATRIS ADMIRABILIS ipsi apparentis, confirmatur Consuetudine Ecclesiæ Cæsaraugustanæ.

2424 ET si multis ostendere possim Consuetudinem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ confirmantem, sacellum à Columnâ nuncupatum, fuisse à Sancto Jacobo Maiore dicatum MATRI ADMIRABILI, brevissimo negotio me expediam; nam satis, superque id probat Oratio à nobis exscripta in nostrâ Dissertatione parte 3. Sect. 3. Assertione 62. num. 1990. quam hîc iterum exhibere non pigebit, & ita se habet:

Omnipotens sempiterne Deus, qui Sacratissimam Virginem Matrem tuam inter choros Angelorum, super hâc Columnâ marmoreâ missâ de alto, venire, dum adhuc viveret, dignatus es, ut Basilica hæc in ejus honorem à Protomartyre Apostolorum Jacobo, ejusque Sanctissimis Discipulis ædificaretur: præsta quæsumus eorumdem meritis, ut fiat impetrabile, quod fida mente poscimus. Et famulos tuos &c. Qui vivis, & regnas &c.

2425 Hanc Orationem quater quotidie solemniter decantari in Templo à Columnâ dicto, Consuetudo est Ecclesiæ Cæsaraugustanæ; ea enim primò cantatur mane, simul atque finita est Missa, quam vocant Infantium; sic enim dicuntur Clerici in Minoribus illi Templo deservientes.

Secun-

2426 Secundò post Vesperas, cùm omnes Residentes procedunt cantantes Hymnum *Ave Maris Stella*, & hâc Oratione preces concludunt intra ferreos cancellos, oculos figente Præsbytero in Sacrâ MATRIS ADMIRABILIS Imagine.

2427 Tertiò ad Antiphonam *Salve Regina*, quæ quotidie canitur Vespere ab Infantibus, Sacerdotibusque (quos infima Latinitas Capellanos vocat) Sanctissimæ Virginis, cùm editur Sacro ære campano signum Vespertinum salutationis Angelicæ. Tuncque Residentes incipiunt Matutinas preces sequentis diei.

2428 Quartò post Matutinas preces, cùm omnes Residentes solemni supplicatione institutâ pergunt ad Sacrum sacellum, intonantes salutationem Angelicam *Ave Maria*, supplicationemque supra scriptâ Oratione absolvunt.

2429 Post hæc narrata exclamat literis, & morum probitate insignis P. Fr. Antonius de Arbiol in Hispaniâ Felici Reflexione 10. pag. 188.

> *Consideren los doctos; y piadosos, en que juizio, que no sea temerario, puede caber, que sin verdadera Tradicion unos hombres Ecclesiasticos, y Sacerdotes, pudiessen introducir en Oracion solemne una falsedad tan grande, engañando al Mundo, y engañandose mas a si mismos. Y como se havia de permittir esta introducion a vista de los Obispos, y Prelados Santos, que ha tenido esta siempre grande, y magnifica Ciudad, y santa Iglesia, y en particular haviendo tenido tan cerca el santo Templo del Salvador, que en todos los siglos despues de su Fundacion ha tenido Varones celeberrimos, Doctos, y Santos, que no permittirian introduciones falsas en su vezino Templo. Esta consideracion haze a mi ver grandissima fuerça.*

Quæ Latinè reddere placet:

Perpendant, inquit, *docti & pii quænam mens, quæ temere non judicet, capere possit homines Ecclesiasticos, & Sacerdotes, si Traditio vere non extaret, potuisse introducere in Orationem solemnem, falsitatem adeò insignem, quâ Orbem, seque ipsos deciperent. Perpendant quâ ratione permittenda esset hujusmodi introductio coram Episcopis, Præsulibusque Sanctis, quos omni tempore habuit hæc inclyta Urbs, Sanctaque Ecclesia. Præsertim, cùm tam prope sit Sanctum Salvatoris Templum, quod omnibus sæculis à Templo condito habuit viros celeberrimos, doctrinâ, & Sanctitate conspicuos, qui minimè permitterent falsa introduci in Templum sibi vicinum. Istiusmodi consideratio meo judicio maximam habet vim.*

2430 Merito censuit Pater Arbiol, maximam esse vim hujus considerationis; tanta enim est, ut postea moverit Augustissimum Regem Catholicum pietate laudatissimum ad jubendum, ut supprimerentur tria folia cujusdam libri, in quibus Fundatio Apostolica sacelli Cæsaraugustani à Columnâ dicti in dubium revocabatur. Verba illius decreti, editi die 8. Martii anno 1720. sunt:

Entre otras cosas se intenta hazer incierta la Historia de Nuestra Señora del Pilar de Zaragosa, que por tradicion piedosamente se cree, y devotamente testifica en aquella Santa Capilla todos los dias en la Oracion; que se canta en ella.

Quæ regia verba Latinè sonant:

Inter alia intenditur reddere incertam Historiam Dominæ Nostræ de Columnâ Urbis Cæsaraugustanæ, quæ ex piâ Traditione creditur, quamque religiosè testatur Oratio, quæ quotidie canitur in Sacro illo sacello.

Tanti Regis testimonio nihil ultra addendum est, sed firmiter tenendum, Consuetudinem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ confirmare Ædem à Columnâ dictam conditam fuisse

fuisse à Sancto Jacobo Apostolo in honorem MATRIS ADMIRABILIS ipsi apparentis.

ASSERTIO VI.

Ædem Cæsaraugustanam conditam fuisse à Sancto Jacobo Apostolo in honorem MATRIS ADMIRABILIS, ipsi supra Columnam apparentis, confirmatur Consuetudine Hispaniæ.

2431 HAc etiam Thesi, ad finem properans, brevi me expediam; pro quâ suppono cum Geographis, & Historicis duplicem esse Hispaniam, antiquam unam, novam verò alteram: de utriusque Consuetudine hîc sermo erit.

2432 Consuetudo antiquæ Hispaniæ est dicare Altaria, Imaginesque tam sculptas, quàm pictas Virgini MARIÆ supra Columnam stanti, ipsius conflare Sodalitates, ipsi instituere Solemnia, de ipsâ Sacras Conciones habere. Longum esset recensere, quot Templa, quot Altaria, quot Imagines, quot Sodalitates, quot Solemnia, quot annuas Conciones in Veteri Hispaniâ MATRI ADMIRABILI supra Columnam stanti dedicavit, dedicatque Christianorum pietas.

2433 Numerent alii (si possunt) quotnam sacellis, quotnam aris, quotnam Imaginibus, quotnam solemniis, quotnam concionibus, sit Consuetudo totius Veteris Hispaniæ colere Augustissimam Virginem supra Columnam stantem, sed nemo poterit horum numerum ire,

ire. Teſtatur enim Doctiſſimus Aranaz in Sceptro Fidei Hiſpaniæ, ſtatione 3. cap.4. num. 11. fore ingredi ſacrum quendam labyrinthum termini, exituſque expertem, velle diſcurrere per omnes Urbes Hiſpaniæ, quibus colitur iis pietatis documentis Auguſtiſſima Virgo in Columnâ ſtans. Ego contentus ero paucis, & ſolùm aliquot miraculis celebres Imagines hujuſmodi, ex iis, quæ in noſtrâ Luſitaniâ coluntur, producam.

2434 Prima ſit miraculis clariſſima Imago Dominæ noſtræ de Pilari, quæ per omnia ſimilis eſt Angelicæ Imagini Cæſarauguſtanæ, & colitur Ulyſſipone Orientali in Auguſtiſſimo Templo Regalis Monaſterii Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, quod dicitur S. Vincentii extra muros, ubi extat inſigne ſacellum huic Sanctiſſimæ Virgini conſecratum, in quo nobilis Sodalitas quotannis per integrum triduum ſolemnia celebrat Sacra. Et tot miracula operatur Deus interceſſione MATRIS ADMIRABILIS eo loci cultæ, ut parietes illius ampliſſimi Templi cooperti ſint votivis tabulis, quas mortales beneficia experti, in teſtimonium grati animi dedicarunt.

2435 Ex Archiepiſcopatu Ulyſſiponenſi gradum facio ad Epiſcopatum Portuenſem, ut Imagini Ulyſſiponenſi, de quâ modo dixi, adjungam aliam ad ipſius ſimilitudinem ſculptam in Monaſterio ejuſdem Ordinis Canonicorum Regularium cultam. E regione Urbis Portuenſis prope Durium rapidum fluvium ſurgit mons, in quo ædificatum eſt Monaſterium Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, quod ab ipſo monte nomen habet, Luſitanèque *da Serra* dicitur. In hujus Templi ſacello, Altarique maximo colitur MATER ADMIRABILIS ſupra Columnam ſtans, cujus Imago illuc adducta fuit ſolemni ſupplicatione. Claret ibi miraculis Sanctiſſima

ſima Virgo, in cujus obſequium ibi coaluit numeroſa Sodalitas nobilium Virorum ipſi deſervientium. Illuc confluunt venerabundi populi non ſolùm Portuenſis Urbis, ſed etiam adjacentium Oppidorum, duobus præſertim anni diebus. Quintodecimo ſcilicet menſis Auguſti, quo præcipuum Virginis feſtum celebratur, & ſacro die Pentecoſtes, quo peregrinari ſolent ad celeberrimam Imaginem Crucifixi, qui adoratur in Oppido dicto *Matozinhos*, ex quo revertentes pergunt ad Monaſterium *à Serra* dictum, Sacram Virginis Imaginem viſuri, MATREMque ADMIRABILEM invocaturi, votaque ſoluturi. Non ideò tamen eſt aliis diebus anni infrequens mortalium concurſus ad illud Templum ad beneficia impetranda, votave ſolvenda.

2436 Ad inſtar hujus Portuenſis Imaginis à Columnâ dictæ, ſculpta eſt alia ejuſdem tituli, quæ colitur quodam ſacello intra terminos Parochiæ Sancti Jacobi Caſtelli, vulgò dicti *de Lanhozo*, duabus leucis diſtantis à Brachara Auguſta. Celebratur Feſtum illius die 29. Junii frequentiſſimo concurſu populi, qui etiam aliis anni diebus ſacellum illud adire ſolet, ut veneretur MATREM ADMIRABILEM illic multa miracula patrantem.

2437 Intra fines Parochiæ Sancti Victoris prope Bracharam Auguſtam, in Villâ, quæ à Floribus nomen habet, extat amplum ſacellum dicatum Beatiſſimæ Virgini à Columnâ dictæ, miraculis ibi præfulgenti, quâ de cauſâ frequentiſſimè à populis inviſitur. De hâc Imagine agit P. Fr. Auguſtinus à Sancta MARIA in Sanctuario Mariano tomo 4. lib. 1. titulo 39.

2438 Ad Archiepiſcopatum Ulyſſiponenſem convertatur oratio. Frequentia miracula reddiderunt celebrem aliam Deiparæ ſupra Columnam ſtantis Imaginem, quæ extat in loco, qui dicitur *Pratum*, in territorio Oppidi,

pidi, quod vocant *Turres novas* (ut distinguatur ab alio, quod dicunt *Turres veteres*) quod titulo Ducatûs (ut vocant) obtinuere Primogeniti Ducum Averiensium munere Philippi Prudentis, quando hoc Regno potiebatur. Illius loci incolæ quotannis die octavâ Septembris summâ cum solemnitate celebrant Augustissimam Virginem in Columnâ stantem, cujus intercessione obtenta beneficia, efficiunt, ut in eum locum confluant mortales, qui votorum rei, gratum animum plurimis donariis testantur, adeo, ut in loco non divite, extet dives Beatæ Virginis Ara.

2439 Prætereo alias Imagines Virginis in Columnâ stantis, miraculisque faventis, quæ in nostrâ Lusitaniâ coluntur, viderique possunt in Sanctuario Mariano tomo 7. lib. 3. titulo 42. & lib. 4. titulo 4. & tomo 6. libro 1. titulo 90. Namque illæ, quas adduxi, sufficiunt ad probandam Consuetudinem, quam Lusitania habet colendi Dominam à Columnâ nuncupatam, eamque solemniis, votisque celebrandi, quo adstruitur apud nos maximi fieri sententiam reliquæ Hispaniæ tenentem, sacellum Cæsaraugustanum fundatum fuisse à Sancto Jacobo Apostolo in honorem Sanctissimæ Deiparæ.

2440 Veteri Hispaniæ non cedit nova Hispania in Consuetudine colendi MATREM ADMIRABILEM supra Columnam stantem, adeo, ut scripserit Doctissimus Aranaz loco citato num. 10. pag. 442. in novâ Hispaniâ vix inveniri posse Urbem, vel Oppidum, ubi Imago Deiparæ in Columnâ stantis non habeat sacellum, sive Altare Virgineo cultui consecratum.

ASSER-

ASSERTIO VII.

Ædem Cæsaraugustanam conditam fuisse à Sancto Jacobo Apostolo in honorem MATRIS ADMIRABILIS, sibi supra Columnam apparentis, confirmatur Consuetudine Orbis.

2441 NON intra fines (licèt amplissimi sint) utriusque Hispaniæ concluditur Consuetudo, quæ confirmat Ædem Cæsaraugustanam fuisse constructam à D. Jacobo, in honorem MATRIS ADMIRABILIS ipsi apparentis; nam in toto Orbe Catholico colitur Aris, Templis, sacellis, Imaginibus, Panegyricis, & Historiis Beatissima Virgo in Columnâ stans.

2442 Si autem citatus Aranaz censuit ingressurum esse labyrinthum exitus expertem qui tentaret enumerare omnia loca Hispaniæ, in quibus viget Consuetudo colendi Imagines Deiparæ in Columnâ stantis; quid diceret de tentante in numerum referre loca totius Orbis Catholici, quibus extant argumenta hujus pietatis erga Augustissimam Virginem. Plures, easque celebres Marianas Imagines, quæ Columnis super impositæ, publicæ venerationi sunt expositæ, refert Guppemberg. in Athlante Mariano, ut videre est apud ipsum, Imaginibus 133. 184. 186. 230. 296. 301. 302. 314. 414. 555. 950. & 967. præter Angelicam Imaginem Cæsaraugustanam, de quâ loquitur Imagine 231.

2443 Mihi satis est unum, & alterum producere

exemplum, quibus probatur à Solis ortu, usque ad occasum laudari, & coli MATREM ADMIRABILEM in Columnâ stantem.

2444 A' Solis ortu, quia Goæ, quæ est Lusitani Imperii in Asiâ Caput, extat Templum dicatum Dominæ Nostræ de Columnâ, in quo MATREM ADMIRABILEM assiduè laudant adjuncti Monasterii Religiosissimi Incolæ, Patres Nudipedes Franciscani Ordinis, Provinciæ Matris Dei, qui jure merito dicuntur Reformati, cùm formati sint ad Imaginem Seraphici Parentis Francisci; tanta est eorum pietas in Deum, in se ipsos severitas, & in proximos charitas.

2445 Ad Solis occasum plura sunt, quæ testantur Consuetudinem venerandi Beatissimam Virginem Sancto Jacobo apparentem, in Columnâque stantem: ego omnia prætereo, satisque habeo in ipsâ Româ, quæ est sacrum Caput Orbis Catholici, cudi nummismata metallica, quæ exhibent Augustissimam Virginem supra Columnam stantem, Sanctumque Jacobum, ejusque Discipulos ante ipsam flexis genibus orantes, quorum nummismatum unum habeo ante oculos, dum hæc scribo, cui Pontificiam benedictionem impertiit Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XIII. hodie sedens in Cathedrâ Sancti Petri.

2446 Sed quod magis est, conspiciuntur etiam Imagines B. Virginis supra Columnam stantis, & Sancti Jacobi illam flexis genibus venerantis in mummismatis illis cereis, & multâ cum cæremoniâ consecratis, quæ ab Agno Dei nomen habent. Ex quibus unum penes me habeo, benedictum ab Æternæ Memoriæ Pontifice Innocentio XIII.

2447 His abundè probatur Consuetudine totius Orbis confirmari, Ædem Cæsaraugustanam fuisse fundatam à San-

à Sancto Jacobo Apostolo, dicatamque Virgini supra Columnam stanti; nam huc aptari possunt verba Sancti Leonis Papæ Sermone 1. de Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, ubi ait:

Ut lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Cujus autem nationis, homines in hâc tunc Urbe non essent? aut quæ usquam gentes ignorarent, quod Romæ didicissent. Hîc conculcandæ Philosophiæ opiniones, hîc dissolvendæ erant terrenæ sapientiæ vanitates.

2448 Ex hâc etenim Sacrâ cerâ Romæ benedictâ prodit lux, quæ dissipat dubitationis tenebras, quæ aperit veritatem nostræ, (imò totius Orbis) Traditionis. Romano testimonio conculcantur novæ Philosophiæ, omnia in dubium revocantis, opiniones, & dissolvuntur morosæ Critices vanitates. Cera ista erit monumentum ære perennius, testans Romanam, & totius Orbis Consuetudinem, quâ probatur, MATREM ADMIRABILEM supra Columnam Sancto Jacobo in Hispaniâ apparuisse; nam aliàs cælatura illorum nummismatum proponeret fidelibus credendam rem falsam, quod Ecclesia tolerare non posset; nam Imagines, sive pictæ, sive sculptæ, quæ rem falsam, ut veram repræsentant, minimè tolerantur, multoque minus authoritate Summorum Pontificum conficiuntur, & eorum benedictionibus consecrantur. Quæ cùm obvenerint nummismatis metallicis, & cereis, quæ penes me habeo, dicendum est, vera omninò esse, quæ ab illis omnium oculis exponuntur.

SECTIO III.

Fides humana testatur, Ædem Cæsaraugustanam dicatam fuisse MATRI ADMIRABILI à Sancto Jacobo Maiore, cui adhuc vivens apparuit ad ripam Iberi.

2449 POstquam Sectione præcedenti ostendimus miraculosam Fundationem sacelli Cæsaraugustani confirmari Consuetudine, superest patefacere fidem, quæ adhibita est illi narrationi de Sancto Jacobo fundante sacellum ad Cæsaraugustam, in honorem MATRIS ADMIRABILIS supra Columnam stantis; quod præstabo hâc tertiâ Sectione.

2450 De fide ortâ ex Revelationibus privatis abundè loquutus fui in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi parte 3. Sect. 4. Assertione 63. nam numero 2076. innui eandem Fundationem fuisse revelatam à B. Virgine Maria Venerabili Patri Fr. Didaco Murillo Ordinis Minorum. Numero verò 2078. exposui illam Fundationem fuisse clarissimè revelatam V. Matri Mariæ à Jesu, Abbatissæ Monasterii Agredensis. Et ante utrumque testimonium, ostendi numero 2075. Fundationem Apostolicam Ædis Cæsaraugustanæ à Columnâ dictæ fuisse revelatam Venerabili Patri Dominico à Jesu Maria, Carmelitano Excalceato. Illic produxi hanc revelationem ex Scriptoribus aliis, sed nunc illam offero Lectoribus meis descriptam ab ipso Venerabili Patre, ut constat ex infrascripto testimonio, quod ad manus nostras non pervenit, nisi tribus

jam

jam exactis annis, postquam illa nostra Dissertatio de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi typis excussa est ab anno 1726. Testimonium autem ad me nuper Matrito transmissum, sic habet:

2451 *Digo el infrascripto: Que el Venerable Padre Fr. Domingo de Jesus Maria, Carmelita Descalzo, en su vida, que escribiò de su mano por orden de los Superiores, la qual es en quarto folio, y tuve original en Roma (como Deputado que fui, para dar a la Sagrada Congregacion de Ritos la Censura de si en ella se contenia, o no se contenia alguna cosa contra la Fè, o buenas costumbres) fol. 80. pag. 2. & fol. 81. pag. 1. habiendo referido immediatamente antes un gran favor, que Diòs le hizo, celebrando una Missa, dice, hablando de si en tercera persona, como lo acostumbra.*

2452 „Una cosa semexante le sucediò en Nuestra „Señora del Pilar de Çaragoça, y fuè, que inviandole „el Nuncio de España a componer en aquella Ciudad, y „en otra de Aragon, algunas diferencias, y a otros negocios, haviendo de ir a la Ciudad de Çaragoça, la „Reyna Margarita le pediò, que en aquel grande Santuario de Nuestra Señora del Pilar le dijesse una Missa, „pidiendo por su intercesion la gracia al Señor, y que la „hiziesse muy sierva suya, y sucesion para su Reyno. El „qual lo hizo asi, y acabada la Missa, estando delante „su Imagen, dando las gracias, se le apareciò la Virgen „Santissima sobre el mismo Pilar, donde està aora su „Imagen de bulto, y le dixo: Dudan algunos, hijo mio, „la venida del Apostol de mi Hijo a este lugar; y de „que yo en el le aya visitado, y consolado. El vino, y „lo fabricò a mi honor, ayudando con sus proprias manos a los Angeles, y a sus compañeros. Y mi Hijo, y „yo, en agradecimiento lo avemos visitado, y visitamos „muchas vezes, teniendo particular proteccion de esta

„mi

„ mi Ciudad, que ſoy el muro de ella; y aſſi la è librado con mi preſencia, y proteccion, de ſer muchas veces deſtruida. De la qual, y deſte Reyno tambien el Apoſtol es dado por muy particular Protector. Y ſentiran particular proteccion, y interceſſion en todas ſus neceſidades, ſiempre que de coraçon recurrieren a eſte mi ſegundo Santuario. Y porque tu has deſeado ſaber eſta verdad por mi honor, te la manifeſtamos aora, para que ſea manifieſta a todo el Mundo.

E immediatamente proſigue aſſi al fol. 81.*pag.* 1. & 2.

2453 „ Y tambien la de mi puriſſima Concepcion, „ porque aunque como a hija de Adan, havia de incurrir en el pecado original, la infinita bondad, ſapiencia, y omnipotencia del Señor, quando ab heterno me eſcogiò por Madre de la eterna Sapiencia, ab eterno me preſervò, y deſpues en tiempo, de todo pecado, queriendo, que aſſi còmo el Verbo Eterno era impecable por natura, yo como a Madre ſuya, lo fueſſe por gracia. Y ſi el Angelico Thomàs, y mi devoto Bernardo lo ſintieron deſpues de otra manera, de la que aora lo avrian tenido, y eſcrito, ha ſido traza de la Divina Sabiduria, para deſpertar a maior devocion los animos de mis hijos, y devotos con la emulacion, y libertad de las opiniones, haſta que la Igleſia, tambien verdadera Eſpoſa de mi Hijo, lo tenga de fee, como lo tendrà por muchos Concilios confirmados. Y en ſeñal de que eſto es aſſi, y ſerà aſſi, te decimos tus penſamientos, y deſeos, que tienes ahora actualmente de pedir tres coſas ſeñaladas, que ſon &c. y la Reyna recibirà en ſu alma una particular gracia, y en lo temporal tendrà muchos, y buenos hijos.

2454 *Y en el dilatado Indice, (o por mejor decir, Apendice) que de eſta ſu vida añade de ſu miſma mano tambien, y que*

que tiene veinte y un folios, y una pagina (aunque no numerados, como lo estan los folios de la vida) dice en el folio, que es decimo septimo, pag. 1. & 2.

2455 „De como inviandole el Nuncio de España „a Çaragoça, y a otra Ciudad de Aragon, a acomodar „unas grandes diferencias, le pediò la buena Reyna Mar„garita, que le dixesse una Missa en Nuestra Señora del „Pilar de Çaragoça, la qual llamò la Virgen su Ciudad; „apareciendole despues de la Missa, dijole, como Santia„go vino a España, y como ella lo avia visitado muchas „vezes en aquel lugar señalado con aquella Columna, y „Pilar del Cielo, en señal de la proteccion particular, que „tenia, y havia de tener de aquel lugar, (en el qual se alcan„çarian muchas gracias por su intercession) y de aquella „Ciudad, y Reyno. Dixole tambien, como habia sido „concebida sin pecado original, dando por señal de que „assi lo determinaria la Iglesia. Y que la Reyna Marga„rita recibiria dos gracias, una espiritual, y otra tem„poral, que tendria muchos, y buenos hijos

Hasta aqui el siervo de Diòs.

2456 *Esta es copia, sacada de otra, que tengo entre mis papeles, y que escrivi de mi mano en Roma à vista del original (de que hablo arriba) y con tanta pontualidad, que observè la Ortografia, y modo, con que escriviò el siervo de Diòs. Y para que conste, la firmo de mi mano en este Convento de la Villa, y Corte de Madrid del Real Orden de Nuestra Señora de la Merced Redencion de Cautivos, en diezynueve de Agosto del año de mil setecientos veynte nueve.* El Maestro Fr. Joseph Nicolas Cavero, Ex-Procurador General de la Orden en la Curia Romana, y antes Provincial de Aragon.

2457 Quæ hoc numero 2456. continentur, scripta sunt manu ejusdem Reverendissimi P. Fr. Josephi Nicolai Cavero; cujus Authographum penes me habeo; quis autem

tem, & quantus sit Religiosissimus, & Sapientissimus hic Vir prædicat Cæsaraugustana Academia, quæ de eo Doctore, & Magistro Sacræ Theologiæ Antecessore gloriatur. Novit Regius, & Militaris Ordo Sanctæ Mariæ de Mercede, qui eum suspexit Præfectum suæ Provinciæ Aragoniæ, & admiratus est Generalem Procuratorem in Aulâ Romanâ. Novit Hispania, novit Italia, novit Orbis universus; qui ipsius sapientiæ, prudentiæ, & rerum agendarum peritiæ acceptam refert victoriam, quam de morosis Criticis reportarunt verè sapientes, & veræ pietatis cultores, quorum animis infixum est monitum illud Apostoli cap. 12. ad Romanos, vers. 3. *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Et qui modo triumphant obtenta à Sede Apostolica egregia confirmatione piæ, & antiquæ Traditionis de Adventu Sancti Jacobi Zebedæi in Hispaniam, de MATRE ADMIRABILI, dum adhuc viveret, ipsi supra Columnam apparente ad Flumen Iberum prope Cæsaraugustam; & de sacello à Columnâ nuncupato, ab eodem Apostolo constructo, Beatissimæque Virginis adhuc in terris viventis honori dedicato.

2458 Certè hoc in negotio adeo benè meruit Reverendissimus P. Fr. Josephus Nicolaus Caverus de Prædicatore Hispaniæ, ut non dubitem Sanctum Jacobum Apostolum omnia bona precari huic Josepho, sicuti olim Jacobus Patriarcha benè precatus est Josepho suo. Hâc victoriâ implevit nominis sui mensuram; Josephus enim significat augmentum, Nicolaus vero Victoriam Populi; augmento enim fuit gloriæ Hispaniæ; & victorem reddidit Piorum Populum. Hâc victoriâ se reddidit stabilimentum Populi (sicut de antiquo Josepho prædicat Ecclesiasticus capite 49. vers. 17.) confirmatâ Traditione Columnæ Cæsaraugustanæ, cui innititur maxima Hispaniæ felicitas

licitas

licitas, ut integro volumine probavit Venerabilis P. Fr. Antonius Arbiol. Unde ſummâ cum laude loquuntur de P. Cavero quotquot hujus victoriæ mentionem faciunt.

2459 Prætermiſſis tandem privatis Revelationibus, ne actum agere videar, pergo ad reliqua momenta oſtendentia fidem noſtræ Traditionis obſervatricem; hæc autem ſeptem Aſſertionibus complectar.

2460 In primâ oſtendam fidem, quam illi narrationi tribuunt Populi.

2461 In ſecundâ oſtendam fidem, quam illi narrationi adſtruunt Scriptores ſapientiſſimi.

2462 In tertiâ oſtendam fidem, quam illi narrationi adhibuere Reges.

2463 In quartâ oſtendam fidem, quam illi narrationi adhibuere Epiſcopi, & Eccleſiarum Capitula.

2464 In quintâ oſtendam fidem, quam illi narrationi adhibuere Tribunalia Eccleſiaſtica.

2465 In ſextâ oſtendam fidem, quam illi narrationi tribuerunt S. R. E. Cardinales.

2466 In ſeptimâ denique oſtendam fidem, quam illi narrationi adhibuere Pontifices Maximi.

ASSERTIO I.

Populi tribuunt fidem narrationi asserenti, MATREM ADMIRABILEM, dum viveret, apparuisse Sancto Jacobo Maiori in Hispaniâ ad ripam Iberi, ipsumque Apostolum Sanctissimæ Virginis adhuc viventis honori construxisse sacellum à Columnâ nuncupatum.

2467 IN hâc Thesi probandâ paucis me expediam; nam in Dissertatione de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi non semel memini fidei, quam Populi adhibent narrationi de Adventu ipsius Apostoli in Hispaniam, ut videre est Assertione 51. num. 1577. & Assertione 52. num. 1764. & 1765.

2468 Deinde eandem Populorum fidem probant pleraque ex iis, quæ Sectione præcedenti diximus de Consuetudine, nisi enim Populi fidem adhiberent illi narrationi, nullo modo colerent Beatissimam Virginem, quatenus apparentem dum viveret Divo Jacobo, neque Divum Jacobum quatenus construentem sacellum Cæsaraugustanum à Columnâ dictum.

2469 Dictis addo sollicitudinem Aragonensium Populorum, quâ enixè, sæpiusque laboraverunt pro obtinendo à Sede Apostolicâ Officio Ecclesiastico, quo illa Traditio confirmaretur. Nam de hâc re agendum in Curiâ Romanâ censuerunt in Comitiis generalibus Cæsaraugustæ habitis anno 1678. moxque actum est, non responden-

te

te votis pietatis Aragonum causæ exitu, preces iterarunt anno 1694. & licèt repulsam passi fuerint, nihilominus supplicationem instauraverunt anno 1704. sed sine optato fructu. Non tamen felicioris eventûs spem abjecere; unde anno 1717. decreverunt eandem rem de novo Romæ urgere, neque mora consternati, sed accitis in subsidum aliorum Populorum, Regiisque supplicationibus anno 1722. effecere, ut preces porrigerentur Sanctissimo Pontifici Innocentio XIII. Gloriosissimæ Memoriæ: sed juvat audire Reverendissimum P. Guillielmum Cuperum de hac re, hocque tempore loquentem in Appendice ad Tractatum de Sancto Jacobo Maiore (qui extat in Actis Sanctorum tomo 31.) ad diem 25. Julii §. 5. num. 617. ubi ait:

Tunc etiam pius reliquorum Hispanorum fervor apparuit: nam statim nomine Catholici Regis pro concessione propriarum Lectionum preces Innocentio XIII. Summo Pontifici porrectæ fuerunt, quas præcesserant supplices litteræ ab Archiepiscopis, Episcopis, & Capitulis, quorum omnium Catalogus in Summario num. 6. texitur; ita ut tota Hispania ad hanc causam evincendam conspirasse videatur.

Interea PP. Josephus Nicolaus Cavero, his instrumentis Eminentissimo Cardinali Origbio traditis, negotium sibi commendatum diligenter promovebat; & post varias cum Illustrissimo Fidei Promotore disceptationes, effecit, ut res die 3. Julii anno 1723. in Congregatione coram sex Cardinalibus proponeretur, & ferè ad optatum finem perduceretur; nisi aliquis scrupulus occurrisset circa proprias Lectiones.

2470 Deinde postquam descripsit P. Cuperus Lectiones, circa quas ortus fuerat scrupulus, & quas ipsis subrogavit Reverendissimus P. Fr. Josephus Nicolaus Cavero, subjungit:

Hæ posteriores Lectiones à Congregatione, die vii. Augusti anno 1723. habita, cui interfuere duodecim Cardinales, approbatæ sunt.

2471 Circa harum Lectionum approbationem recolantur ea, quæ ſcripſi à numero 2233. quibus nihil ſupereſt addendum, niſi duodenarius numerus Cardinalium, qui poſtremæ illi Congregationi interfuerunt; de quibus infra redibit ſermo.

2472 Huc uſque dicta abundè probant quam firmam fidem tribuant Populi Cæſarauguſtani ſacelli Apoſtolicæ Fundationi; niſi enim illi crederent, non deſudaſſent pro impetrandis illis Lectionibus narrationem illam continentibus, per annos quinque ſupra quadraginta; tot enim efluxere ab anno 1678. uſque ad 1723. Niſi illi fidem adhiberent, non interpellaviſſent eâ ſuper re quatuor Summos Pontifices, eoſque præſtantiſſimos, Innocentios ſcilicet XI. XII. & XIII. & Clementem XI.

2473 Aliâ etiam viâ oſtendi poteſt, fidem Populorum eſſe obſervatricem illius narrationis; quatenus ſcilicet ea fides concurrit ad impetranda ea miracula, quibus confirmatur ipſa narratio de MATRE ADMIRABILI ſupra Columnam apparente, dum viveret, Divo Jacobo, ad ripam Iberi oranti. Nam certum eſt primò, miracula non obtineri niſi per fidem, juxta doctrinam Chriſti Domini, qui (ut habetur cap. 17. Sancti Matthæi verſ. 19.) interrogantibus Diſcipulis quare ipſi non potuerint ejicere dæmonium, reſpondit: *Propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.* Juxta quod dicebat D. Paulus 1. Corinth. 132. *Si habuero omnem fidem, ita ut montes tranferam.*

2474 Certum eſt ſecundò plurima patrata eſſe miracula, vel in ſacello Cæſarauguſtano à Columnâ dicto, vel

vel extra illud sacellum rogata, & invocata Dei Matre, ibi culta, de quibus nemo Catholicus dubitavit; hæc autem non nisi per fidem obtineri potuerunt.

2475 Certum est tertiò, viros sapientissimos illis miraculis suscepisse probandam veritatem illius narrationis, ut constat ex Aranaz in Sceptro Fidei Hispaniæ statione 3. cap. 10. num. 15. pag. 516. Urquiola in Sacrâ Columnâ Hispaniæ lib. 4. pag. 409. Et ex illis miraculis confecta est sexta, & postrema classis probationum, quæ oblatæ fuerunt Sacræ Rituum Congregationi, pro concessione supradictorum Lectionum, ut constat ex Positione causæ pagina 14. & præcipuè ex eo, quod affertur pag. 15. num. 40. & latiùs exponitur in Summario pagina 34. numero 22. miraculum scilicet de restitutione cruris, jam ante plures menses abscissi Michaeli Joanni Pellicerio.

2476 Certum est quartò, Deum scientia sua infinita prævidisse mortales usuros fuisse allegatione hujusmodi miraculorum ad probandam veritatem nostræ narrationis, de quo nemo dubitare potest, nisi Atheus fuerit.

2477 Certum est quintò tam in Scholâ Thomistarum, & Scotistarum, quàm in Scholâ Mediâ, Deum non posse facere miracula, quibus prævidet confirmandum esse errorem, vel mendacium.

2478 Ex quibus omnibus deducitur, esse veram narrationem nostram; nam Deus patravit miracula, quibus prævidit homines usuros esse ad confirmandam nostram narrationem, quæ proinde non potest esse falsa; quod argumentum latiùs expendit subtilissimus Urquiola loco citato. Cùm autem illa miracula non fuerint obtenta, nisi interpositâ hominum fide, probata remanet nostra prima Assertio, quæ est circa Populorum fidem.

ASSER-

ASSERTIO II.

Miraculosæ Ædis Cæsaraugustanæ fundationi fidem adhibuere Scriptores clarissimi.

2479 PLurimi sunt Scriptores, qui fidem faciunt, Sanctum Jacobum fundasse sacellum Cæsaraugustanum, qui in plures classes distinctionis gratia distribui possent, nempe in Poetas, Oratores, Mysticos, Historicos, & Polemicos, & unaquæque istarum classium dividi posset in Authores Hispanos, & exteros; etiam succenturiari poterant diversorum Ordinum Scriptores, cùm nullus ferè sit sacer cætus, ex quo non prodierint plures doctissimi Viri pro Deiparâ decertantes, ex quibus multi affirmarunt Marianum illud sacellum prope Cæsaraugustam fuisse extructum à D. Jacobo. Longos eorum Catalogos texuere Doctissimi Patres Aranaz, & Urquiola de MATRE ADMIRABILI optimè meriti, per quos ego sæpius profitebor me profecisse. Sed cùm producturus sim pro tertiâ Appendice Expeditionis Hispanicæ Apostoli Sancti Jacobi Maioris Syllogen Authorum omnium, illic adnotabuntur, qui de Fundatione Ædis Cæsaraugustanæ scripserunt. Hîc solùm in memoriam revocabo eos, quorum memini in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi parte 2. Sect. 1. qui pro eâ Fundatione decertarunt, adjiciamque alios ejusdem argumenti, à me illic prætermissos. Et postremò Authores nostri Ordinis, qui asseruere, Ædem Cæsaraugustanam fundatam fuisse à Sancto Jacobo Apostolo.

2480 Fidem igitur faciunt, Ædem Cæsaraugustanam fuisse

fuisse fundatam à Sancto Jacobo Apostolo, Bartholomæus Laurentius, cujus memini in Dissertatione numero 1564. Petrus Hieronymus Cenedo, de quo numero 1568. Franciscus de Padilha, de quo numero 1575. Maurus Castella Ferrer, de quo numero 1589. V. Fr. Didacus Murillo, de quo numero 1608. Michael de Erze Ximenes, de quo numero 1646. Joannes Baptista Lezana, de quo numero 1651. Hieronymus Pardus, de quo numero 1655. Josephus Felix de Amada, de quo numero 1663. Reverendissimus P. Fr. Joannes Peres Lopes, de quo numero 1671. V. P. Fr. Antonius de Arbiol, de quo numero 1684. Paulus de Ossera, de quo numero 1686. Reverendissimus P. Fr. Hiacinthus de Aranaz, de quo numero 1702. & novissimè Reverendissimus P. Fr. Ludovicus Urquiola, de quo numero 1715.

2481 His addo illic ommissos Ludovicum Dies Aux Cæsaraugustanum in libro inscripto *Fundacion de la Capilla de Nuestra Señora del Pilar*, edito Cæsaraugustæ, anno 1594. Augustinum Morlanes, & Michaelem de Bordalva, Joannem Antonium Lupum de la Caza, quos citat inter alios Pater Urquiola, pag. 223. & 226.

2482 Cùm numero 2175. dixerim, nos Clericos Regulares pluribus titulis teneri gloriæ Cæsaraugustanæ Ædis militare, desudareque, operæ pretium duco aliquot ex minimâ nostrâ Clericorum Regularium Congregatione producere non ignobiles Assertores Cæsaraugustani sacelli, à Sancto Jacobo extructi, qui adorantes vestigia Sanctissimi Pontificis Pauli IV. qui cùm fuerit unus ex Conditoribus nostri Ordinis, extitit etiam Patronus veræ sententiæ, quæ D. Jacobum Cæsaraugustani sacelli fuisse Conditorem affirmat, ut videbimus infra Assertione 7.

2483 Sit primus Antonius Caracciolus in Biga Illustrium

luſtrium Controverſiarum, Controverſia 1. de Acceſſu Sancti Jacobi ad Hiſpaniam, numero 43.

2484 Sit ſecundus Joannes Baptiſta Juſtinianus, Genuenſis, in opere inſcripto *Tempio Lauretano*, tomo 3. lect. 5 pag. 100.

2485 Sit tertius Joſephus Silos, noſtri Ordinis elegantiſſimus Hiſtoricus, in Hiſtoriâ Clericorum Regularium parte 1. libro 2. pag. 48.

2486 Sit quartus Franciſcus Maria Maggius, natione Siculus, patriâ Panormitanus, in opere, cui titulus: *Santo Gaetano à piedi dell' Immaculata Signora*, cap. 9. numero 51.

2487 Sit quintus Joannes Bonifacius Baggata, Veronenſis, in Admirandis Orbis Chriſtiani tomo 2. lib. 8. cap. 1. §. 2. numero 1.

2488 Et hi Authores, aliique relati à Hieronymo Pardo in libro de Excellentiis Sancti Jacobi Apoſtoli lib. 3. cap. 5. à pagina 33. uſque ad 42. & à P. Aranaz Statione 3. cap. 7. & 8. & P. Urquiola lib. 2. cap. 5. uſque ad 12. incluſivè ſatis, ſuperque ſufficere poſſunt ad faciendam fidem de fundatâ Æde Cæſarauguſtanâ à Sancto Jacobo Apoſtolo, hancque Aſſertionem ſubſigno verbis Sapientiſſimi P. Arbiol in citato opere *Eſpaña Feliz* parte 2. reflexione 39. pag 455. ubi loquens de Authoribus adductis pro aſſerendâ Apoſtolicâ Fundatione Ædis Cæſarauguſtanæ, ſubdit:

Si eſtos no les parecieren baſtantes a algunos Criticos, yo ſoy un pobrecillo Soldado de la Reyna del Cielo, mas eſperen, que ſalga el M. Coronel de la Milicia blanca de MARIA Santiſſima, que les tengo añunciado con el noble batallon de mas de quatrocientos Marianos eſcogidos de todas las naciones de Europa, y veremos, como ſe dexan glorioſamente priſioneros, ò apriſionados de la pura verdad.

Is

2489 Is, quem P. Arbiol vocat Tribunum Militiæ albæ MARIÆ Sanctissimæ, est ille, de quo dixerat eodem libro parte 2. Reflexione 22. pag. 304.

En esta Reflexion, y en las quatro seguientes ha tenido mucho alivio con la luz, que el Reverendissimo P. M. Fr. Francisco Salvador Gilaberte (Cathedratico, que fuè desta celebre Universidad de Zaragoça, y Elector General de su Religion de Nuestra Señora de la Merced) me participò de las Bullas Apostolicas, Breviarios antigos, Decisiones de la Sacra Rota, y Doctores graves, que contextan nuestra legitima tradicion de Authores estimables tiene vistos, y a pronto mas de quatrocientos libros diversos, assi proprios de nuestra nacion, como tambien estraños. Los quales juntos hazen maravillosa consonancia. El aparato es grande, y no dudo lo serà tambien la obra, que esperamos con ancia.

2490 De his plusquam quadringentis Authoribus quos innuit V. P. Arbiol, intelligendum existimo id, quod legitur in Positione hujus causæ, edita Romæ anno 1723. & subscripta à Petro Antonio Vierio, num. 33. ibi:

Aliqua enim nec exquisita in evolvendis eorum voluminibus adhibita industria, quadringentorum syllabum ad manus habemus; nec dubium, quin alii complures nostram effugerint diligentiam.

Hunc syllabum optavi perlegere, ut meam Syllogen (quæ est tertia Appendix Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi) augerem; sed cùm opus illud Reverendissimi Gilaberti non dum viderit lucem, contentus ero Catalogo, qui impressus est Romæ eodem anno, in Summario, quo confirmantur ea, quæ in prædictâ Positione dicta erant; ex eoque eruam nonnullos Authores, quos addam iis, quos ante collegeram. Legatur interim Reverendissimus P. Guilielmus Cuperus in Appendice ad Acta Sancti Jacobi,

jam citata, quæ tota est de Apparitione MATRIS ADMIRABILIS, dum adhuc viveret, & de facello Cæsaraugustano à Columnâ dicto, & à Sancto Jacobo Apostolo eidem Augustissimæ Virgini dicato. Et noverint morosi Critici, se non posse resistere confertissimo Authorum agmini pro veritate strenuè decertanti in re ad fidem humanam tantummodo pertinente; & de quâ jam non licet prudenter dubitare, ut testatus est Promotor Fidei Sapientissimus Lambertinus, qui hodie est Sacri Collegii Purpuratorum Patrum ornamentum ingens.

ASSERTIO III.

Fundationi Apostolicæ Ædis Cæsaraugustanæ fidem adhibuere plures Reges.

2491 INter testimonia, quæ adstruunt fidem Ædis Cæsaraugustanæ, fundatæ à Sancto Jacobo in honorem MATRIS ADMIRABILIS, gravissimi sane ponderis est fides, quam faciunt Reges de Sacrâ illâ Domo loquentes, quorum aliquot proferam exempla.

2492 Sit primum, & antiquissimum testimonium Chindasuinthi Regis Gothorum, qui in quodam Privilegio concesso cuidam Avito, Urbis Aurensis incolæ, filio Comitis Sergii, anno Christi 645. postquam egerat de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, & de Ecclesiis ab ipso extructis, subdit:

> *Alias multas fecit Ecclesias, quas dedit aliis Discipulis, primam in Pilare (traditur per Angelum) sub honore Beatæ MARIÆ.*

Hujus

Hujus Privilegii meminit non semel P. Fr. Philippus de la Gandara, Eremita Augustinianus, & Regius Chronologus in Regnis Legionis, & Gallæciæ, in opere inscripto *Palmas, y triunfos Ecclesiasticos de Gallicia*, parte 1. lib. 3. cap. 12. pag. 211. & opere inscripto *Nobiliario, y armas, y triunfos de Gallicia*, lib. 1. cap. 17. pag. 53. & utroque in loco asserit, illud Privilegium asservari in Monasterio Sancti Claudii Oppidi dicti *Riba de Avia*, Ordinis Cistertiensis. Si hoc Privilegium etiam num extat incorruptum, est singulare instrumentum, cùm sit mille annis antiquius.

2493 Sit secundum testimonium Joannis II. Aragoniæ Regis in Privilegio concesso Civitati Cæsaraugustanæ die 26. Octobris, anno 1495. ubi ait:

> *Contemplatione, & favore ipsius Ecclesiæ, quæ inter alias Hispaniæ Divinis mysteriis, & miraculis refulget, & de illius institutione, & ædificatione (testante Historiâ) multa miracula referuntur, & principaliter illud mirabile, quod in vitâ ipsius gloriosæ Virginis, ejusque jussu à B. Jacobo Maiore Apostolo constructa, & ædificata existit, in cujus capite ipsa Beatissima Virgo Pilare marmoreum, quod sibi è cœlo transmissum habuerat, & super quod eidem Beato Jacobo apparuit, firmari, & collocari jussit &c.*

Hoc Privilegium refert P. Antonius Arbiol in opere Hispanico, cui titulus *España Feliz*, parte 2. reflexion. 25.

2494 Sit tertium testimonium Ferdinandi Catholici Regis Aragoniæ, & Castellæ in Privilegio concesso Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Columnæ apud Medinam del Campo, die 12. Aprilis anno 1504. ubi ait:

> *Sane ex Catholicis Occiduis neminem latere existimamus, quod Sacratissima Virgo adhuc in humanis agens, Hispani Populi miserata, nondum Orthodoxæ Fidei lumen intuentis, se Divo Jacobo, & circunstantibus mirum in*

modum super lapideam Columnam corporaliter videndam obtulit. Unde cunctis Hispaniæ Populis cæca Gentilium incredulitate obduratis lux salutaris exorta est. Quo tamen in loco relicta ab eâdem Immaculatâ Virgine Columna, & desuper candida ejus effigies, ab ipso Beato Jacobo cum sectantibus, sacellum ibidem per exiguum constructum fuisse asseritur, quod primum Ecclesiæ nomen Hispania obtinuit. Attamen, crescente cum tempore devotione, piisque largitatibus suffragantibus, Domus ipsa, ut tantæ Reginæ palatium decebat, longe quidem amplificata est, & tandem in statum, quo hodie est adducta, pervenit.

Refert hoc Privilegium P. Arbiol in Hispaniâ Felici parte 2. Reflexione 25. pag. 27. & post ipsum Pater Urquiola in Sacra Columna Hispaniæ lib. 1. cap. 18. pag. 133.

2495 Quartum testimonium sit Philippi Tertii Regis Catholici, qui in Privilegio D. Mauro Castella Ferrer, ut posset typis mandare Historiam Sancti Jacobi Apostoli, ait:

Por quanto por parte de vós Don Mauro Castella Ferrer, Cabo de las Compañias del Estado de Celanova, y districto de Orense, me ha sido hecha Relacion, que con vuestra industria, y trabajo haveis recopilado de diversos Authores, y escrituras la primera parte de la Historia del Apostol Santiago Zebedeo, Patron de España, con grandissimo trabajo de veinte años continuos, en la qual se averigua con grandes fundamentos la fundacion, que hizo de la Iglesia de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoça, su Predicacion Apostolica, su Invencion, su Apparicion en la batalla del Clavijo, con la fundacion de su Orden, y Cavalleria de la Espada, que será mui util, provechosa, y necessaria para la noticia destas cosas &c.

Datum

Datum fuit hoc Privilegium apud Sanctum Laurentium Regium die 3. Maii anno 1609. extatque in vestibulo ejusdem libri.

2496 Quintum testimonium sit Philippi IV. Regis Catholici, in litteris ad Ecclesiam Cæsaraugustanam, datis ex Tarrassona die 17. Julii anno 1643. quibus ait:

He resuelto, que mi primera accion entrando en Çaragoça sea, que el dia 25. en que se celebra la fiesta del Apostol Santiago, se haga una muy solemne Procession a Nuestra Señora del Pilar, en memoria de que sobre aquella Columna appareció la Sacratissima Virgen, y habló al Santo Apostol, estando en las orillas del Ebro &c.

Refert has litteras Josephus Felix de Amada in libro inscripto *Compendio de los Milagros de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoça*, Miraculo 46. & 47. pag. 293. mihi.

2497 Sextum, & omnium luculentissimum testimonium est Philippi V. Regis Catholici, cujus eximia pietas erga Augustissimam Virginem MARIAM, illiusque Templum Cæsaraugustanum mirum in modum effulsit eo Decreto, quo lacerari jussit tria folia sexti voluminis Historiæ Hispanæ, impressæ Matriti anno 1720. edito gravissimo Decreto, quod sic habet:

Aviendose publicado un libro en quarto, cuyo titulo es Historia de España, parte sexta, *impresso en Madrid por Francisco del Hierro, este presente año, se hallan puestas en el principio de este tomo, antes del argumento principal del, tres hojas, en las quales entre otras cosas se intenta hazer incierta la Historia de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoça, que por tradicion piedosamente se cree, y devotamente se testifica en aquella Santa Capilla todos los dias en la Oracion, que se canta en ella; y siendo muy de mi desagrado, que con impertinentes, y vanas curiosidades se quiera entibiar la devocion, con que Espa-*

España, y todas las Provincias Christianas veneran aquel Santuario, y que exciten disputas inutiles, que ocasionen escandalo en los animos, constantemente Catholicos, y ardientemente pios de mis Vassallos: Mando al Consejo, que luego luego dê providencia, para que de todos los exemplares de el libro referido se quiten, y suppriman las tres hojas primeras del, y que de esta mi resolucion se despache cedula, y se remita al Cabildo de Çaragoça, para que la ponga, y guarde en el Archivo, como prenda de mi especial devocion a aquella Santa, y milagrosa Imagen. Executaràse assi. En Madrid a 8. de Março de 1720.

Al Governador del Consejo.

Hujus decreti mentio facta est Romæ Sacræ Rituum Congregationi, ut constat ex Positione jam citatâ num. 22. & in Summario num. 19. producuntur aliæ litteræ ejusdem Regis Catholici ad Decanum, Canonicos, & Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Urbis Cæsaraugustanæ, datæ Matriti die 13. Martii ejusdem anni, quibus maximè elucet Catholica, & Regalis pietas erga Sanctissimum illud sacellum, à divo Jacobo Maiore fundatum, & Sanctissimæ Virginis Mariæ adhuc in carne mortali viventis honori dicatum.

ASSER-

ASSERTIO IV.

Episcopi, & Capitula Ecclesiarum fidem adhibent Traditioni de MATRE ADMIRABILI, dum in terris viveret, apparente Sancto Jacobo in Hispaniâ, & de sacello à Columnâ dicto, quod idem Apostolus construxit, & ad honorem Beatissimæ Virginis Deo consecravit.

2498 CUm magni ponderis sit testimonium Episcoporum, & Capitulorum Ecclesiarum, non potest non magni fieri argumentum deductum ex fide, quam Episcopi, & Capitula Ecclesiarum adhibent cuipiam narrationi. Hâc de causâ volui hîc adducere illorum testimonia, probantia fidem ab illis adhibitam dictis in titulo hujus Assertionis, quæ constant ex Summario Romæ oblato Sacræ Rituum Congregationi pro obtinendo Officio.

2499 Eo in Summario pag. 5. num. 3. leguntur supplices litteræ Illustrissimi Archiepiscopi Cæsaraugustani, scriptæ Sanctæ Memoriæ Clementis XI. pro concessione propriarum Lectionum, datæ VI. Kal. Septembris, anno 1720. has autem litteras hîc exscribendas duxi, quæ sic habent:

Beatissime Pater.

Ad Sanctissimos B. V. pedes provolutus iterùm accedo, rogaturus enixè pro concessione Officii proprii Virginis Columnatæ, quo scilicet enarretur miraculosa Apparitio Sanctis-

Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, adhuc viventis, Divo Jacobo Zebedæi Cæsaraugustæ prædicanti, ibidemque de mandato ejusdem B. Virginis ab Apostolo sacelli constructio, ac tandem in eo marmoreæ Columnæ, & Cælestis desuper Imaginis collocatio. Venerabilis hæc Traditio inter Ecclesiasticas princeps, verissima censetur: si nanque germanæ Traditionis terna dos est, antiquitas nempe, universitas, & consensio, in hanc unam Apparitionem Marianam ab ipsa Ecclesiæ infantia, Cæsaraugustæ, Aragoniæ, Hispaniæ, totiusque Europæ, quin & Orbis fides conspirat, & cultus. Ea propter Traditionem Pilarensem contestatam reliquere Summi Pontifices, Cardinales, Antistites, Reges, Tribunalia, Comitia, ac innumeri Scriptores, ex quorum omnium assertis moralem accipit certitudinem, pene dicam infallibilitatem. Peculiaris tamen ratio meum acuit calamum ad postulationem: cùm enim meditor profundissimam illam reverentiam, qua Sancti Valerius, Braulius, Taio, aliique Prædecessores mei hoc Traditionis depositum custodierunt; dum recogito invictissimam illam fortitudinem, quam innumerabiles Martyres nostri ex istâ hauserunt Capellâ, prodeuntes ad pugnam, & victoriam contra impiissimum Dacianum; cùm intueor ardentissimam Christi fidelium devotionem, quâ diù noctuque sacratissimam adorant Imaginem: dum miror firmissimam subditorum meorum credulitatem, quâ fatentur Columnatam Apparitionem: cùm denique exulto de jugibus, ac insignibus beneficiis, & miraculis, quæ Dei Parens erga suos patrat veros adoratores: cuncta hæc altè contemplatus indubiè reor, hâc in Angelicâ Camerâ Numinis aliquid residere: quî enim tam utilissimos, tamque prodigiosos effectus produceret Ædes ista, nisi fuisset Beatæ Mariæ pedibus consecrata? Hanc ergo, Beatissime Pater, miraculosissimam Virginis Beatæ Apparitionem

tionem dignetur S. V. Apostolico munire decreto, Ecclesiastico decorare Officio. Sic optat Hispaniæ Regnum, quod visitavit Sanctus Jacobus Apostolus: hic sperat Cæsaraugustæ Populus, qui & ipse Basilicam Mariæ ædificavit: sic suadet Ecclesiæ Romanæ praxis, quæ similes Virginis Apparitiones ex Traditione confirmat: sicque tandem orat servus tuus, qui custos sum hujus Paradisi Domini. Annuat igitur B. V. pro suâ innatâ Clementiâ justis tantorum desideriis, ut sic tam eximii beneficii memoria, & gratitudo fulgeat, tantaque Matris devotio, & veneratio ferveat. Interim Deum incessanter apprecor S. V. longævam, felicemque vitam, ad Ecclesiæ suæ exaltationem, Orthodoxæ Fidei munimen. Cæsaraugustæ die 27. Augusti anno 1720.

Beatissime Pater.

Post sacrorum pedum vestrorum deosculationem

Emmanuel Archiepiscopus Cæsaraugustanus.

2500 Post has litteras Illustrissimi Archiepiscopi legitur in eodem Summario Epistola Canonicorum, & Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, prius data ad eundem Summum Pontificem, quæ sic habet:

Beatissime Pater.

Sanctissimam Virginem Mariam adhuc viventem inter Choros Angelorum Cæsaraugustam advenisse, ibidem Divo Apostolo Jacobo super Columnâ marmoreâ apparuisse, eundemque jussu Deiparæ simulacro de super accepto, in Pilari posito, sacellum in ipsius honorem dedicasse, Traditio est antiqua, & constans apud Historicos, & Ecclesiasticos Scriptores primæ notæ, cunctæque nationis. Hæc Pilarensis Maria, Pater Sanctissime, abs dubio

acclamatur gloria Hispaniæ, lætitia Cæsaraugustæ, & honorificentia nostræ Metropolis. Celeberrima ista hæc Dominæ effigies, est Imago bonitatis illius; siquidem Urbi nostræ omnia bona pariter cum illâ venerunt: pretiosissimus hujusce Columnæ lapis est jaspis, fundamentum primum Ecclesiæ nostræ, quippe bene fundata est super firmam petram. Ex Cœlesti hoc Pilari, tamquam excelso solio gloriæ suæ Mundi, Cœlique Regina dat nobis vitam, salutem, & benedictionem. Tandem quidquid pacis, & splendoris, quidquid doctrinæ, & sanctimoniæ hausit unquam Natio, Urbs, & Sedes nostra, totum id potentissimæ illi à Columnâ Virgini acceptum verissimè refert. Fas ergo, & jus est pro nostrâ pusilitate tantarum gratiarum Virgini Matri rependere vicem, si nempe solemnem Apparitionis Marianæ procuremus celebritatem. Quapropter ingenti toto beneficiorum pondere pressi, ad Beatitudinis Vestræ pedes humillimè provoluti oramus instantissimè Clementiam vestram, ut Officium, & Missam de gloriosâ Apparitione Beatissimæ Virginis in Pilari quotannis in Hispaniâ recitandam indulgere dignetur, ad Dei laudem, Mariæ honorem, Ecclesiæ nostræ gaudium, & Vestræ Sanctitatis ornamentum. Dum hæc spes mentibus nostris affulget, Beatitudini Vestræ omnimodam in longævâ vitâ felicitatem apprecamur, ad Christianitatis tutelam, & Ecclesiæ Catholicæ gloriam. Cæsaraugustæ die 11. Novembris 1717.

Beatissime Pater.

Sanctitatis vestræ pedes provoluti osculantur

Decanus, Canonici, & Capitulum Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ humillimi servi.

Doctor Franciscus Urquiola, Decanus.
Doctor Jacobus Navarro.
Doctor Hieronymus Sanchez, Canonicus Secretarius.

Post

2501 Post has duas epistolas sequuntur in eodem Summario duæ aliæ, datæ ad eundem Pontificem Maximum, una Magistratûs Cæsaraugustanæ Civitatis vi. Kalendas Septembris anno 1720. altera Universitatis, seu Academiæ Cæsaraugustanæ Idibus Novembris anno 1717. quas hîc pariter describendas duxi, licèt titulo hujus Assertionis solùm promiserim testimonia Episcoporum, & Capitulorum; quia memoriâ dignissimæ sunt, & præcipuè quia scriptæ à subditis Archiepiscopi Cæsaraugustani, & confirmant id, quod de fide, quâ ipsi credunt nostræ Traditioni, prædictus Præsul dixit Summo Pontifici in epistola suprà allatâ. Epistola Magistratûs Cæsaraugustani sic ait:

Beatissime Pater.

Flagrans Marianus zelus, qui Metropolitanam Cæsaraugustanam Ecclesiam accendit, ad Sanctitatem Vestram anxiè rogandam, ut Officium Apparitionis Columnatæ Deiparæ pro totâ Hispaniâ solemni ritu celebrandum indulgere dignetur: nos etiam, eâdem pietate ductos, vehementer impellit, ut eisdem Ecclesiæ votis nostras etiam profusissimas preces adnectamus. Et quidem, Sanctissime Pater, dum nos Mariana pietas tam arctissimis beneficiorum vinculis constrinxit, parum erga ipsam gratos nos exhiberemus, ni ejusdem cultum, quantum in nobis est, ulterius promovere impensè studiamus. Enim verò, quænam erit in Orbe Urbs alia, erga quam pietatis sua viscera plus exhibuerit Virgo Immaculata? Firmissimâ Traditione per maiores nostros, à multis retro sæculis receptâ, gravissimorumque Scriptorum testimonio comprobatâ, accepimus, eandem Virginem Mariam, dum adhuc viveret, ex Hierosolymâ Angelorum Choris stipatam mirabiliter adventasse in Urbem nostram; & B. Jacobo Zebedæi apud eandem verbum Divinum disseminanti, ac

noctu oranti, ad Iberi nostri ripam apparuisse, ipsumque multa super Infidelium conversione mœsto animo volventem, maximopere consolasse, uberemque in Hispaniâ Fidei messem ex suâ prædicatione colligendam promisisse, ipsamque ad id suam jugiter opem allaturam: in cujus promissi monumentum perenne marmoream Columnam cum ejusdem Imagine è Cœlo allatam (quæ etiam nunc durat) reliquit Virgo, injungens Apostolo, quatenus in ejusdem honorem sacellum erigeret, in quo locaret Columnam memoratam in finem usque sæculorum permansuram. Disparuit Sanctissima Virgo: jussis illicò obtemperavit Apostolus: nec promissa irrita: siquidem ex prædicatione Apostoli in totâ Hispaniâ, uberrimus fructus, ex tunc usque nunc nunquam in illâ, eversa Fides Catholica, nunquam Virgineum sacellum violatum, nunquam in eodem interruptus Fidelium cultus, estò tot Infidelium, ac Barbarorum irruptionibus divexata Hispania, tot immanibus bellis penè deleta Cæsaraugusta. Certè, Beatissime Pater, beneficium hoc tàm ingens reputat gratitudo nostra, ut ad illud exaggerandum deficiat lingua, voxque faucibus hæreat. Quid verò dicemus de aliis innumeris, quæ ex illo misericordiæ fonte perenniter emanant in nostram Urbem? Quin audebimus dicere in universum Orbem: enim verò simulacrum hoc Pilarense miraculosus est fons Paradisi, irrigans omnem terram, illamque virtutibus reddens fœcundam: hinc fit ut Peregrini è toto terrarum ambitu in hanc nostram Urbem confluant, causa visitandi Columnatam nostram Deiparam, quatenus ex eâ solatium in suis afflictionibus hauriant. Hæc cum ita sint, haud facilè poterimus explicare Sanctitati Vestræ, quàm intimo cordis dolore tangamur, cùm videamus tam insigne Dei, ejusdemque Genitricis beneficium nostræ Urbi specialissimè impensum (quod annuatim die 12. Octobris

bris solemnissima Processione, & cultu recolimus;) Ecclesiastico Officio proprio fore destitutum. Faxit ergò Sanctitatis Vestræ benignitas, ut à mentibus nostris tristitiam hanc pellat, serenumque albo lapillo numerandum diem reddat; annuendo scilicet benignè hujus Metropolitanæ Urbis, totius Aragoniæ, ac universæ Hispaniæ flagrantissimis votis; indulgendo scilicet prædictum Officium proprium Apparitionis Deiparæ in hâc nostrâ Civitate; vix enim illi aliud faustius evenire poterit, vix aliud ardentiùs desiderare, quam impetrare id ab Apostolicâ Sede. Quare non incongruum, nec Sanctitati Vestræ molestum fore putamus (ut tam ingenti beneficio grati simus) iterum atque iterum nostras supplices preces effundere, prout effundimus, coràm S. V. ut hâc quam totis nisibus, toto mentis affectu percupimus, gratiâ perfruamur: quatenus scilicet insignis Basilica hæccine Mariana, ipsiusmet Virginis adhuc viventis jussu erecta, Apostolicis manibus fabricata, nostræ Urbis asylum, totius Christianitatis confugium, quæ tot Catholicorum Regum privilegiis est decorata, tot Romanorum Pontificum Diplomatibus suffulta, præcipuè verò Clementis X. Sanctitate nimis commendata, ab alio Clemente, Marianæ gloriæ, & cultui prorsus addicto, maximi sui decoris accipiet complementum. Sic fidentissimè speramus è Sanctitatis Vestræ clementiâ, cui D. O. M. diutissimam, & faustissimam, prout optamus, indulgeat vitam, ut dexteritate, quâ pollet, Ecclesiæ navim regat, ad maiorem Numinis gloriam. Ex Cæsaraugustanâ nostri Magistratûs Curiâ die 26. Augusti ann. Dom. 1720.

Beatissime Pater.

Sanctitatis Vestræ pedes exosculantes humillimè ad genua provoluti.

Marchio de Castellari. Marchio de Torres.
Comes de Atares. D. Gaspar del Corral.
Lambertus Vidal Secretarius.

Epis-

2502 Epiſtola denique Univerſitatis Cæſarauguſtanæ ad eundem Pontificem Clementem XI. ſic habet:

Beatiſſime Pater.

Cùm intemeratæ Deiparæ cultus, ac devotio adhuc à primis naſcentis Eccleſiæ ſæculis tam altas in cordibus Hiſpanorum radices fixerit, ut propria Hiſpanicæ Fidei teſſera videatur, non ægrè feret Sanctitas Veſtra, quod Aragonia noſtra, portio ſcilicet Hiſpaniæ præclara, & ab eâdem Deiparâ maximè dilecta (ut pote per ipſam dum adhuc in humanis ageret, viſitata, & Cæleſti decorata Columnâ marmoreâ, ſupra quam fundata Fides Catholica nunquam creditur defectura) pientiſſima ſua vota ad pedes S. V. depromat, gratabunda erga Matrem adeo amantiſſimam, & circa Aragonenſes tam beneficam, præcipuè verò circa Cæſarauguſtanos, quos inter omnes elegit, ut cum eiſdem habitaret, & ſtabilitatem Fidei ſuæ dictâ Columnâ præmuniret. Hinc eſt, Beatiſſime Pater, quòd dum apud Sanctam Sedem, de ſtabiliendâ hâc ejuſdem Virginis miraculoſâ Apparitione, quam à maioribus noſtris accepimus, & penes graviſſimæ notæ Authores quamplurimos roboratam videmus, Cæſarauguſtana hæc litterarum Academia, quæ Columnatam Deiparam, toto jam penè Orbe adoratam, veneratur ut ſpecialem Patronam, & ſapientiæ Domum ædificavit ſuper hanc Columnam, non poſſit abſque ingratitudinis notâ ſilere, dum tot nominibus tantæ Matri, ac Patronæ ſe obſtrictam videt, quare pro ſingulari obſervantiâ, Fide incorruptâ, ac cæcâ obedientiâ, quibus ſemper (ut par eſt) proſecuta eſt Sanctam Apoſtolicam Sedem Academia iſta, Sanctitatem V. humili, acclini, ac devoto animo apprecamur enixè, ut Apparitionem ſupra dictam Deiparæ Columnatæ anniverſariâ feſtivitate, & peculiari de eâdem Officio condecorare

decorare dignetur, prout de benignitate S. V. & tenerrimâ erga tantam Virginem devotione speramus anxiè. Nos interim Deum Opt. Max. incessantibus precibus exorabimus, ut Sanctitatem V. per multas temporum intercapedines incolumen prorsus, ac faustam ducat vitam, ad maiorem sui nominis gloriam, ac dilectæ Ecclesiæ suæ prosperum regimen. Cæsaraugustæ ex nostro Claustro Academico, Idib. Novemb. anno Domini 1717.

Beatissime Pater.

Beatissimos pedes S. V. humiliter provoluti deosculantur Rector, & Consiliarii Universitatis, & studii Generalis Civitatis Cæsaraugustæ.

Doctor Antonius Gonzales Piqueras Rector.
D. Michael Abiò Consiliarius.
Lambertus Vidal Secretarius.

2503 Non solus Archiepiscopus Cæsaraugustanus, nec solùm illius Metropolitanæ Ecclesiæ Capitulum, nec soli illius Illustrissimi Præsulis subditi testatam relinquere fidem, quâ credunt Traditioni de MATRE ADMIRABILI apparente, dum in terris viveret, Sancto Jacobo in Hispaniâ degenti; sed plures alii Antistites, & Ecclesiarum Cathedralium Capitula, datis litteris de hâc re ad Summum Pontificem, similibus iis, quas descripsimus suprà. Illorum syllabus legitur in citato Summario, quem hîc describendum duxi, & sunt:

Archiepiscopus Compostellanus,
Archiepiscopus Burgensis,
Episcopus Carthaginensis,
Episcopus Barchinonensis,
Episcopus Illerdensis,

Episco-

Episcopus Placentinus,
Episcopus Tyrasonensis,
Episcopus Oscensis,
Episcopus Pampilonensis,
Episcopus Oxomensis,
Episcopus Conchensis,
Episcopus Segobricensis,
Episcopus Oriolensis,
Episcopus Gerundensis,
Episcopus Barbastrensis,
Episcopus Jaccensis.

Capitulum Ecclesiæ Toletanæ,
Capitulum Ecclesiæ Hispalensis,
Capitulum Ecclesiæ Tarraconensis,
Capitulum Ecclesiæ Compostellanæ,
Capitulum Ecclesiæ Valentinæ,
Capitulum Ecclesiæ Burgensis,
Capitulum Ecclesiæ Barchinonensis,
Capitulum Ecclesiæ Illerdensis,
Capitulum Ecclesiæ Tyrasonensis,
Capitulum Ecclesiæ Pampilonensis,
Capitulum Ecclesiæ Oscensis,
Capitulum Ecclesiæ Conchensis,
Capitulum Ecclesiæ Gerundensis,
Capitulum Ecclesiæ Ovetensis,
Capitulum Ecclesiæ Derthusensis,
Capitulum Ecclesiæ Turolensis,
Capitulum Ecclesiæ Segobricensis,
Capitulum Ecclesiæ Albarracinensis,
Capitulum Ecclesiæ Vicensis,
Capitulum Ecclesiæ Celsonensis (*existimo dicendum* Solsonensis,)

Capi-

Capitulum Ecclesiæ Urgellensis,
Capitulum Ecclesiæ Jaccensis,
Capitulum Ecclesiæ Barbastrensis.

2504 His supra quadraginta testimoniis Præsulum, & Capitulorum Ecclesiarum Hispaniæ, interpellantium Summum Pontificem pro obtinendo Officio Ecclesiastico, quo illius Traditionis authoritas confirmaretur, satis, superque ostenditur fides, quam enumerati Præsules adhibuere venerandæ illi Traditioni. Curavi ut omnium hujusmodi epistolarum exemplaria ad me Roma transmitterentur, sed ex Urbe responsum est, omnia scripta, ad eam causam spectantia, fuisse in Hispaniam advecta à Reverendissimo Patre, qui illud negotium præcuraverat, & confecerat; hinc nihil ulteriùs de iis conquirendis cogitavi, eo quod sperarem omnes illas epistolas in Hispaniâ typis mandandas, quod an factum sit, planè ignoro. Scio tamen, præter epistolam supra allatam Archiepiscopi Cæsaraugustani (Illustrissimi scilicet, & Reverendissimi D. D. Emmanuelis Perez de Arazial & Rada) describi à P. Urquiola in Sacrâ Columnâ Hispaniæ libro 1. cap. 19. impressas extare epistolas Illustrissimi D. D. Joannis Camargo, Episcopi Pampilonensis, qui deinde creatus est Quæsitor Generalis Hispaniæ; & Illustrissimi D.D. Fr. Francisci Palanco, professione Ordinis S. Francisci de Paula, & origine Lusitani, Episcopi Jaccensis, quem ut acutissimum Philosophum, & Sapientissimum Theologum pluribus editis voluminibus celebrem veneratur universa Respublicà literaria.

2505 Claudo hanc Assertionem egregio testimonio Illustrissimi Episcopi Solsonensis D. D. Thomæ Perez Broto, cùm esset Magister Scholarum (ut vocant) Dignitas Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Cæsaraugustanæ, exhibito in litteris nuncupatoriis Thesium, quibus patroci-

natus eſt in Academiâ Cæſarauguſtanâ, cùm eſſet Primarius Sacræ Theologiæ Anteceſſor, quibus jamjam diſceſſurus ad Diœceſim ſuam, finem impoſuit ſplendidiſſimis laboribus, quibus eam Academiam illuſtraverat. Hoc autem teſtimonium ideo ex P. Urquiola loco citato deſcripſi, quia eſt tanti Viri, & paucis multa complectitur; ſicque ait:

Primævo Hiſpanicæ pietatis Columnato aſylo. En Simulacrum, ab exordio Eccleſiæ erectum, inconcuſſâ Traditione firmatum. Traditio eſt; nihil quæras amplius, inquit Divus Chryſoſtomus. Eam ſine temeritate, aut impietate aliquâ refutare poteſt nemo; Pontificis Senatus Purpura conteſtante: imò ruerent Traditiones Eccleſiæ, ſi hæc immota non ſtaret, Doctore Eximio eximiè diſſerente. Antiquiſſima omnium Imago Mariæ eſt, quippè eruditiſſimo Baronio teſte, ab ipſis Eccleſiæ incunabulis, Salvatoris, & Deiparæ Simulacra in cippo, vel columnâ ſtatuebantur, veluti trophea Religionis. Hinc ſtat, non ſedet Maria, ut ſedem hanc, quam elegit, & erexit, omnibus Antiquorum ſuis in jaſpideâ ſtabiliat Columnâ. Ecce Columnam, non ferrariis, aut lignariis, ſed Angelicis Fabris ſtructam facilè credis è Cœlis delatam, dum vides jaſpideam, quippè primum Cœleſtis Urbis fundamentum jaſpidem eſſe, certum eſt; imò ſi Joannes Cœleſtem vidit Hieruſalem, deſcendentem de Cœlo à Deo, quid mirum, viderit Jacobus labentem de Cœlo Columnam Mariæ? In eâ lætabunda ſtetit Deipara, quæ paulò ante flens ſteterat juxta Crucem. Prius vide ſtantem, quam ſedentem, niſi oculi caligent in luce, ut nobis opportunius proſpiciat. Excubat ſtataria Virgo, in Columnâ nubis per diem, quæ tamen ignis etiam Columna eſt, ad quam, ſi accedat ferrum ſcoria conſpicitur deſpicienda.

Hæc Illuſtriſſimus Epiſcopus Solſonenſis.

ASSER-

ASSERTIO V.

Miraculosæ Fundationi Ædis Cæsaraugustanæ fidem adstruunt Tribunalia Ecclesiastica.

2506 TRia sunt Tribunalia Ecclesiastica, quæ fidem adstruunt Fundationi Ædis Cæsaraugustanæ, honori MATRIS ADMIRABILIS à Sancto Jacobo Apostolo erectæ, nempe Sacra Rota Romana, Inquisitio Hispanica, & Sacra Rituum Congregatio. De singulis dicemus.

§. I.

Sacra Rota Romana fidem adhibet Apostolicæ Fundationi Ædis Cæsaraugustanæ.

2507 DE Sacrâ Rotâ Romanâ latè integro volumine in folio anno 1717. scribit Dominicus Bernius, & capite 5. agit de pretio eximio, in quo est apud omnes; quanti autem ponderis sit authoritas Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ, elicere licet ex iis, quæ Canonistæ de eâ scribunt, ex quibus solùm referam, quæ leguntur apud Franciscum Schmalzgrueber, tomo 1. Juris Ecclesiastici in Dissertatione Procemiali §. X. num. 398. ubi de Decisionibus Sacræ Rotæ loquens, ait:

Quod vero eædem Decisiones magnæ authoritatis sint, patet ex sententiâ D. D. communi, ex quibus plerique, iique gravissimi eas, tamquam doctrinam magistralem plu-

 rium

rium judiciorum in idem prævia causæ cognitione tendentium, venerantur: & merito, quia non nisi summâ cum maturitate prodeunt, simulque ab uno ex supremis totius Orbis Christiani Tribunali, & Capellam, seu Aulam Pontificiam repræsentante promanant. Hinc est, quod has Rotæ Resolutiones inferiores Judices, & Magistratus, imò & superiores Sacræ Congregationis cum veneratione suscipiant, maximamque fidem tribuant, quorum exemplum secuti aliarum Nationum Professores, atque Scriptores eximii, earum authoritatem frequenter allegant, suasque Assertiones ex iis confirmant. Imò ut Imol. in cap. 1. de lit. contest. Garcia l. cit. (hoc est de benef. Præfat. tom. 1.) Fagnanus in cap. Cum venissent cit. (12.) num. 32. Reiffenst. num. 142. notant, Rotæ Romanæ Decisiones prævalent opinioni communi, atque ut ait Quintilian. Mandos. tract. tom. 3. tr. de Monitoriis q. 27. num. 6. Rota loquente, cætera Tribunalia obmutescunt.

2508 Obmutescere ergo necesse est eorum Criticorum Tribunal, qui negant Ecclesiam Columnæ Cæsaraugustanæ fundatam esse à Sancto Jacobo Apostolo, nam illius Fundationem fuisse Apostolicam asseruit Rota Romana, idque non unâ, alterâve Decisione, sed septendecim omnino Decisionibus, ut testatur Arbiol in Hispaniâ Felici parte 2. Reflexione 24. pag. 318. ex quibus est celeberrima Decisio coram Coccino, anno 1630. in quâ hæc habentur:

Utrâque parte acerrimè informante ita conclusum est, & visum fuit D. D. N. N. concludenter probari ad favorem Ecclesiæ B. MARIÆ de Pilari. Primo ex Historiâ admirabilis Fundationis, seu constructionis hujusce Ecclesiæ, in quâ traditur B. Jacobum Apostolum jussu Deiparæ Virginis super Columnâ, seu Pilare quodam

dam marmoreo inter Angelorum cantus visibiliter apparentis præfatam Ecclesiam construxisse.

2509 Integram hanc eruditissimam Decisionem legere est apud Lezanam tomo 4. *in Turri Davidicâ* post caput 7. de hâc autem Decisione idem Lezana eodem tomo in Columnâ immobili cap. 3. numero 268. ait:

Maximè tamen inter alias Sacræ Rotæ Decisiones, velut Sol inter sidera fulget aurea illa sæpius inculcata, & cujus vestigiis semper insisto de anno 1630. coram Coccino.

Quâ de causâ ego hujus tantummodo Decisionis verba producenda duxi aliis prætermissis. Unde authoritate Rotæ Romanæ probatum satis, superque remanet Ecclesiam Columnæ Cæsaraugustanæ fundatam fuisse à Sancto Jacobo Apostolo. Ea propter Doctissimus Arbiol in Hispaniâ Felici parte 2. Reflex. 24. pag. 322. relatis Sacræ Rotæ Decisionibus, approbantibus Traditionem de constructâ à Sancto Jacobo Eccclesiâ Columnæ Cæsaraugustanæ, subjungit:

Quien avrà tan temerario, que jusgue no conste de verdadera Tradicion, si una Congregacion de tanta eminencia dize, y resuelve, que consta de la verdadera Tradicion, y que en fuerça de esto dá su sentencia, y concluye la causa?

§. II.

Inquisitio Hispanica magnam tribuit fidem mirabili Fundationi Ædis Cæsaraugustanæ.

2510 TAntam adhibet fidem miraculosæ Fundationi Ædis Cæsaraugustanæ, à Sancto Jacobo constructæ in honorem MATRIS ADMIRABILIS, gravissimum Tribunal Inquisitionis Hispanicæ, ut terribilissimo Ecclesiæ fulmine percusserit lecturos recentia quædam scripta, quæ fidem derogabant Traditioni asserenti, Ædem Cæsaraugustanam à Columnâ dictam, conditam fuisse à Sancto Jacobo Maiore Apostolo; prohibueritque scribi contra illam antiquissimam Traditionem, ut constat ex illius Decreto, edito die 27. Augusti anno 1720. ubi dicitur:

> *Mandamos poner, y ponemos perpetuo silencio, para que nadie pueda escrever contra dicha Tradicion, antes si permittimos, y damos facultad a los Escritores, para que en sus obras, siempre que llegasse articulo, en que oportunamente se pueda tratar de la dicha Tradicion, escrivan en su apoyo con todos los fundamentos, que hallaren conducentes.*

Quæ verba Latinè reddita sonant:

> *Jubemus imponi, imponimusque perpetuum silentium, quo nemo possit scribere contra dictam Traditionem, imòque permittimus, facultatemque concedimus Scriptoribus, ut suis in operibus quotiescumque inciderint in articulum, quo opportunè agi possit de dictâ Traditione, scribant ad illius confirmationem omnibus fundamentis, quæ ad id conducentia repererint.*

Hinc

2511 Hinc apertissimè cognoscitur, summam fidem (infra revelatam) adhibere nostræ Traditioni gravissimum illud Tribunal, ejusque Præsidem Illustrissimum Quæsitorem Generalem in Regnis, & Dominiis Regis Catholici, Excellentissimumque Archiepiscopum Toletanum, nunc Eminentissimum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem D. D. Didacum de Astorga & Cespedes.

2512 Licet autem fulmen excommunicationis vibratum à Tribunali Sanctæ Inquisitionis Hispanæ, vel ab illius Quæsitore Maximo non feriat nisi commorantes in locis Dominio Regis Catholici subjectis; tamen illius Tribunalis censura, quâ quamlibet propositionem configit, maximi facienda est ab omnibus Sapientibus. Unde propositio, quæ ab eo Tribunali damnatur, ubique censeri debet improbabilis ab omnibus verè Sapientibus. Hinc apud Authores legimus communiter toto Orbe rejectas eas sententias, quas Sanctæ Inquisitionis Hispanicæ Tribunal damnavit. A recensendis exemplis supersedeo. Doctrinam tamen Sapientissimi Joannis de Cardenas, magni nominis Theologi è S. I. non prætermittam. Is igitur tractatu 1. de Probabilitate Disp. 9. cap. 13. num. 184. ait:

Sit tertia conclusio. Propositiones damnatæ à Sacro Tribunali in Indice expurgatorio Hispano, præcipuè si in eâ damnatione perennent; & præsertim in materiâ morum, fiunt omnino improbabiles, etiam pro foro interno, eo quod censores applicant principium certum, cum quo illæ propositiones repugnant.

Probatur primo: Omnes propositiones, quæ in materiâ morum sunt damnatæ in Indice expurgatorio, verè sunt improbabiles principiis intrinsecis, ut longâ earum inductione probare possem, neque una duntaxat est, cujus falsitas non possit demonstrari, saltem certitudine morali

rali: ergo censores re ipsâ applicarunt principia, quibus illæ propositiones repugnant: ergo istæ remanserunt improbabiles, non quidem præcisè ex eo judicio purè humano, sed quia illæ propositiones militant contra principia certa à censoribus applicata.

Probatur 2. ex Prænot. 2. Nam quæ quatuor magni Theologi sapientes constanter affirmant esse improbabilia, quilibet prudens talia judicat, dum non habet urgentem rationem in oppositum; sed propositiones damnatas in Indice plusquam quatuor Theologi sapientes affirmant ut improbabiles: nam ad hanc censuram consuluntur plures, & magni, imò omnes Theologi communiter eas damnat; hi enim censores non notant censura, nisi quas propositiones communis Theologorum damnat; ergo propositiones damnatas in Indice quilibet prudens debet damnare, ut improbabiles, dum non habuerit urgentem rationem in oppositum, quæ quoad damnatas de facto non datur.

2513 Hâc doctrinâ supposita viderint Sapientes Viri, quodnam judicium ferendum sit de sententiâ negante Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, sacellumque Cæsaraugustanæ Columnæ ab ipso extructum esse, cùm Hispana Inquisitio in Indice expurgatorio, edito anno 1707. jusserit de Indice Lorini in Acta Apostolorum deleri hanc propositionem: *Jacobus Maior an in Hispaniâ fuerit sub dubio est*; & cùm Illustrissimus, & Excellentissimus D. D. Didacus de Astorga & Cespedes, Archiepiscopus Toletanus, & Inquisitor Generalis in Regnis, & Dominiis Regis Catholici deleri jusserit à quibusdam scriptis sententiam negantem sacellum Cæsaraugustanum fundatum fuisse à D. Jacobo, ut constat ex Edicto inferiùs scribendo.

2514 Neque dici potest Joannis Cardenas doctrinam solùm intelligendam esse de propositionibus moralibus,

bùs; non verò de sententiis Historicis, licèt damnentur ab Inquisitione, nam ne valeat hæc exceptio, subdo ex eodem Cardenas eodem tract. 1. eàd. Disput. *9*. capite verò 1*6*. num. 21*6*.

Nunquid Tribunal Inquisitionis damnat propositiones repertas in Historia, quia leges Historiæ non servat, an quia propositiones sunt notæ Theologicâ inurendæ? Tribunal Fidei non damnat Historiam præcisè, qua Historia est, sed quà Theologiæ adversatur, aut nocet.

2515 Ex dictis constat, æquè judicandum esse de propositionibus à Sanctâ Inquisitione confixis, sive sint in re Theologicâ, sive in re Historicâ.

251*6* Decretum illud Inquisitionis Generalis, cujus verba produximus, integrum habetur apud Patrem Urquiolam in Sacrâ Columnâ Hispaniæ lib. 2. cap. 4. pag. 1*9*8. & aliis in libris.

§. III.

Sacra Rituum Congregatio.

2517 INter Tribunalia collocavi Sacram Rituum Congregationem, quia ut ait Cardinalis de Luca in Theatro Veritatis, & Justitiæ libro 15. parte 2. discursu 18. num. 10. *Ista Congregatio, magis quam aliæ, aliquam Tribunalis contentiosi imaginem habere videtur.* Quod maximè visum est in nostro casu, quando in illâ Congregatione tractatum fuit de concedendo Officio; auditus enim fuit Illustrissimus Promotor Fidei, ut jam non semel adnotavimus.

2518 Quantam verò fidem Sacra Rituum Congregatio tandem tribuerit nostræ Traditioni, patet ex Decreto illius, cujus mentionem facimus in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi ex numero 1*99*1. & latiùs in hâc pri-

mâ illius Appendice Sectione 1. Assertione 2. à numero 2231. usque ad finem Assertionis. Et hæc sufficiant ad ostensionem fidei, quam Tribunalia Ecclesiastica tribuunt nostræ Traditioni de MATRE ADMIRABILI, dum viveret apparente Sancto Jacobo Maiori in Hispaniâ commoranti; & de eodem Apostolo ædificante sacellum Cæsaraugustanum à Columnâ dictum, ipsumque dicante Deo in honorem ipsius Augustissimæ Virginis.

ASSERTIO VI.

S. R. E. Cardinales fidem tribuunt nostræ Traditioni.

2519 CUm tanta sit adhibenda fides Cardinalibus, quanta dicitur à Jacobo Cohellio Urbevetano in Notitiâ Cardinalatûs, cap. 16. Privilegio 5. pag. 160. magnum pondus additur nostræ Traditioni ex testimonio S. R. E. Cardinalium ipsi tribuentium fidem rei traditæ observatricem. Hinc est, quòd huc aliquot Cardinalium testimonia ad Thesin nostram comprobandam afferenda duxerim.

2520 Præter illa, quæ Assertione præcedenti dicta sunt de eâ Sessione S. Rituum Congregationis, quâ approbatæ fuerunt Lectiones, quibus narratur MATREM ADMIRABILEM in terris viventem apparuisse S. Jacobo Apostolo in Hispaniâ, & ipsum in Beatæ Virginis honorem ædificasse sacellum à Columnâ nuncupatum; cui Sessioni interfuere duodecim Cardinales, ut supra dictum est, plures referri possunt Purpurati Patres, qui nostræ Traditioni fidem tribuerunt. Nam de omnibus Cardinalibus Hispanis id persuasum habeo; plurimi autem

tem

tem Hispani in Sacrum illud Collegium fuerunt cooptati. Et plerique Beatissimæ Virgini fuere addictissimi, ut videre est apud Marracium in Purpurâ Marianâ. Unde de nullo eorum licet suspicari nostræ Traditioni fidem abrogasse; aliquot tamen nominabo, qui illi se fidem adhibere testati sunt.

2521 Primo loco producam, quem postremò Sapientissimus Pater Urquiola in Sacrâ Columnâ Hispaniæ lib. 1. cap. 18. pag. 141. Eminentissimum, inquam, Laurentium Brancatum, S. R. E. Cardinalem de Laurea, qui cùm in Sacrâ Rituum Congregatione anno 1693. ageretur de nostrâ Traditione, judicium propalavit suum, dicens: *Concludenter constare de Traditione Apparitionis.*

2522 Si quis autem scire desideret quis, & quantus fuerit Cardinalis Laurea, legat eundem Urquiolam, loco citato; legat Franchinum in Bibliosophiâ, cap. 244.

2523 Succedat Eminentissimus Cardinalis de Aguirre, qui tam firmam fidem tribuit nostræ Traditioni, ut ea scripserit, quæ innuimus in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi num. 2132. & quæ hîc latiùs proferre non pigebit. Is igitur Sapientissimus, & eruditissimus Cardinalis, tomo 1. Conciliorum Hispaniæ, Dissertatione 9. excursu 7. num. 94. pag. 152. col. 2. de nostrâ Columnæ Cæsaraugustanæ Traditione loquens, ait:

> *Est Traditio valdè antiqua, Pontificum, ac Regum privilegiis firmata à multis sæculis, & plurimorum gravium Scriptorum libris à longo tempore comprobata, quam proinde nemo refutare sine TEMERITATE, aut IMPIETATE aliquâ possit.*

2524 Tertio loco audiendus Eminentissimus Dominus Ludovicus de Belluga, ex Congregatione Oratorii Sancti Philippi Nerii ad Insulas Murcianas, & Carthaginenses assumptus, & tandem ad Purpuram Vaticanam

evectus, creatusque S. R. E. Cardinalis tituli Sanctæ Mariæ Transpontinæ, qui literis datis die 12. Martii, anno 1720. ad Summum Pontificem Clementem XI. cùm de nostrâ Traditione loquutus esset, subjungit:

Est enim B. Pater, Hispanorum cordibus insita adeo illius portenti Religiosa FIDES, ut post eas ab Ecclesiâ definitas, nihil certius, nihil indubitantius habeamus antiquissimâ Traditione innixi.

Hæc reperiuntur apud Sapientissimum Urquiolam loco citato, qui pagina 140. ait se omittere testimonia plurium aliorum S. R. E. Cardinalium, ne tædium lectori afferat. Cùm tamen ego referrem quotquot invenissem pro hâc sententiâ, sed librorum inopia pressus, alios referre non possum, dictis tamen addo duos sequentes.

2525 Quarto loco adnectendus est Eminentissimus D. Didacus, S. R. E. Cardinalis de Astorga & Cespedes, qui tamquam Inquisitor Generalis in Regnis Regi Catholico subjectis, prohibuit libros scriptos, quibus nostra Traditio in dubium revocabatur; inhibuitque quidpiam scribi contra ipsam Traditionem, ut jam innui in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, numero 2149. Edictum verò integrum sæpius impressum est, non solùm ut in locis solitis legeretur, solitisque affigeretur, sed etiam in libris editis, ut videre est apud Urquiolam lib. 2. Sacræ Columnæ Hispaniæ, cap. 4. pag. 198. & in Summario à nobis sæpius allegato, in quo pagina 23. legitur idem Edictum in Italicam linguam ex Hispanicâ translatum, oblatumque fuit Romæ Sacræ Rituum Congregationi. Utroque in loco exhibetur extensum totum illud Edictum, ex quo unam, vel alteram clausulam tantummodo libet excerpere, nempe:

Siendo nuestra obligacion cortar estos tan grandes inconve-

convenientes, y al mismo tiempo promover la devocion, y piedad de la referida Tradicion de Nuestra Señora del Pilar: con acuerdo de los Señores del dicho Consejo de su Magestad, prohibimos dicho papel intitulado: Examen de la Tradicion del Pilar, &c.

Et inferiùs:

Mandamos poner, y ponemos perpetuo silencio, para que nadie pueda escrivir contra dicha Tradicion; antes si, permittimos, y damos facultad a los Escritores, para que en sus obras siempre que llegasse articulo, en que oportunamente se pueda tratar de la dicha Tradicion, escrivan en su apoyo con todos los fundamentos, que hallaren conducentes.

2526 Quinto tandem loco adducendus est Eminentissimus D. D. Prosper, S. R. E. Cardinalis Lambertinus, qui cùm esset Promotor Fidei, & ex officio contradiceret concessioni Lectionum, quibus Cæsaraugustana MATRIS ADMIRABILIS Apparitio narraretur, nihilominus protestatus est, se nolle prædictæ Traditioni contradicere, ut videre est in illius Animadversionibus num. 7. ibi:

Quæ mox à me dicentur, non ex animo dicta censeri exoro, ut piam illam Apparitionis Traditionem convellam; imprudentis enim esse videtur eam dicto animo impugnare, ut inquit Theophilus Raynaudus oper. 7. in opere, cui titulus Dipthyca Mariana *punct. 10. num. 5. ubi post narratam Virginis Apparitionem Sancto Jacobo in Hispaniâ degenti, aït:* Eam Traditionem convellere, prudentis non est.

Deinde n. 8. earumdem Animadversionum iterum mentem suam aperit, & præfatam protestationem confirmat, dicens:

Ducto quapropter initio cum dicta protestatione, ab extrinse-

trinsecis argumentis, reverenter insinuare cogor, &c. Tanti ponderis est hæc protestatio tanti Viri, ut Petrus Antonius Vierius in Responsione ad Animadversione R. P. D. Fidei Promotoris, §. 1. num. 5. dixerit, hoc unum testimonium, deficientibus aliis, satis posse juvare ad vincendum in hâc controversiâ. Illius verba sunt:

> *Huic R. P. D. Fidei Promotor sua, qua posset dexteritate, & rerum crisi, nihil non ex munere objiciens, quod difficultatis speciem præ se ferre possit, ne Traditionis præfatæ ponderi, & authoritati undequaque venerabili officeret, sapienter, ac Religiosè præmisit, ac protestatus est* sub num. 7. *suarum Animadversionum, nulla se velle ratione eam convellere, quippe quod à prudentiæ regulis alienum esset. Unde tametsi alia, in hypothesi, deficerent, hoc unum satis juvare posset juxta illud Tertulliani effatum* de Corona Militis cap. 4. *rei nostræ suo quoque modo conveniens*: Traditio tibi prætenditur auctrix, Consuetudo confirmatrix, fides observatrix.

2527 Pro coronide hujus Assertionis obiter animadvertens hîc usurpari illud idem effatum Tertulliani, quo duce ego hunc Commentarium digessi, inquiro, quid dicendum sit de eo, qui non cesserit authoritati quinque Cardinalium, Traditioni nostræ fidem tribuentium, quando Sapientissimus Urquiola post productum judicium solius Cardinalis de Laurea (qui & unus est ex quinque à nobis relatis) dixerit:

> *Y a quien este voto de un sugeto de tanta excepcion, y en circunstancias tales no le haga fuerça; no tengo que cansarme mucho en pruebas, y alegatos, aunque siempre deberè encomendarle muy deveras a Diòs Nuestro Señor.*

2528 Quæ verba Doctissimi, & Religiosissimi Viri tanti ponderis sunt, ut abstinendum duxerim ab iis in

Lati-

Latinum ſermonem transferendis, timore ſic eorum vim, & energiam (ut Græci dicunt) labefactandi; ſunt enim valdè emphatica, & longè plus ſignificant, quàm dicunt.

ASSERTIO VII.

Miraculoſæ Fundationi Ædis Cæſarauguſtanæ Fidem adſtruunt Pontifices Romani.

2529 CUm nulla ſit in terris maior authoritas in res Eccleſiaſticas, quàm authoritas Summorum Pontificum, nihil æquè extollit fidem adhibitam, adhibendamque aſſerentibus Ædem Cæſarauguſtanam fuiſſe conditam ab Apoſtolo Sancto Jacobo, ac teſtimonia Romanorum Pontificum idem approbantium, hâcque de cauſâ hâc Aſſertione producam eas Maximorum Pontificum literas, quæ noſtræ Traditionis fidem extollunt.

2530 Primus Romanus Pontifex, ex cujus geſtis eruitur antiquitas ſacelli Cæſarauguſtani eſt Gelaſius II. qui evectus fuit ad Summum Pontificatum anno 1118. quo reſtituta eſt poteſtati Catholicorum Urbs Cæſarauguſtana, eodemque anno conceſſit Indulgentias in favorem Templi Cæſarauguſtani, ut teſtatur Cardinalis Baronius tomo 12. ad annum Domini 1118. num. 34. Illius Bulla originalis ſigillo plumbeo munita reperitur in Tabulario Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ de Columnâ, ut teſtatur Arbiol in Hiſpaniâ Felici part. 2. Reflexion. 20. pag. 295. Indulgentias iſtas publicavit Petrus Librana, Primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus poſt ejectos Barbaros, literis, quas refert Cardinalis Baronius, quibus ait:

Divina

Divina favente Clementia, vestrisque precibus, & fortium virorum audacia Cæsaraugustanam Urbem Christianis manibus subjugari, ac Beatæ, & Gloriosæ Virginis MARIÆ Ecclesiam, quæ diu (proh dolor) subjacuit Sarracenorum ditioni, liberari satis audivistis, quam beato, & antiquo nomine sanctitatis, & dignitatis pollere novistis. Adhuc tamen prioris captivitatis mærore confectam omnibus pene egere sapiatis, tum quia non habent unde diruti Ecclesiæ præfatæ parietes, & ornamenta restitui valeant. Tum quia Clerici ibidem Divino famulatui, die, noctuque vacantes unde vivant, non obtinent.

Ex quibus verbis patet illam Ecclesiam ante irruptionem Barbarorum, quæ contigit anno 714. centum, & quindecim annos antequam Corpus Sancti Jacobi Apostoli inveniretur *pollentem fuisse antiquo nomine sanctitatis, & dignitatis*, idque toti Orbi Christiano notum esse.

2531 Deinde pronum esse intelligi quanti illa Ecclesia fieret in Universo Orbe, etiam eruitur ex eo, quod Gelasius Pontifex concesserit Indulgentias totius Orbis Fidelibus, qui illam Ecclesiam visitarent, vel ipsi manus porrigerent adjutrices, ut patet ex literis Episcopi Petri Libranæ, quibus ait:

Universi Mundi Ecclesiæ Fidelibus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Præsbyteris, & omnibus Fidei Catholicæ cultoribus. Petrus licèt indignus Cæsaraugustanus Episcopus.

2532 Ex hàc authoritate Episcopi Cæsaraugustani, quam adduximus ad probandam antiquitatem illius Ecclesiæ, argumentantur contra asserentes ipsam esse constructam à D. Jacobo, D. Petrus Paulus, & D. Franciscus Antonius in Opusculo inscripto *Examen de la Tradicion del Pilar* (prohibito ab Inquisione Hispanicà, die 27. Augusti

gusti anno 1720.) num. 26. notantes ab Episcopo Petro, (quem perperam vocant Paternum) non vocari Ecclesiam *del Pilar*, non dici ibi apparuisse Beatissimam Virginem, non asseri extructam fuisse à Sancto Jacobo Apostolo, quæ maximè excitatura essent pietatem Fidelium ad subveniendum illi Ecclesiæ. Unde inferunt, illam non fuisse ab Apostolo fundatam.

2533 Quibus respondeo, quid opus erat illud inculcari, quod erat omnibus notum, ut constat ex illis verbis: *Satis audistis, quam beato, & antiquo nomine sanctitatis, & dignitatis pollere novistis.* Unde illi Ecclesiæ beatum, & antiquum nomen sanctitatis, & dignitatis præ aliis Ecclesiis, nisi quia ab Apostolo in honorem Virginis sibi apparentis consecrata fuerat, quod omnes noverant? Prætereo, quod istud argumentum, cùm sit negativum, nullius est roboris.

2534 Neque opus erat ad Fideles monendos, ad largiendas illi Templo eleemosynas aliud dicere, quàm indigentiam Templi, cujus sanctitas nota erat, cujus gloriosum, & antiquum nomen celebre erat. Episcopi Cæsaraugustani verba similia sunt verbis summi Sacerdotis Oniæ, qui ut defenderet ab Heliodori rapinâ argenti talenta quadringenta, & auri ducenta in Templo Hierosolymitano deposita dixit, ut habetur lib. 2. Machabæorum cap. 3. vers. 12.

> *Decipi verò eos, qui credidissent loco, & Templo, quod per universum Mundum honoratur pro sui veneratione, & sanctitate omnino impossibile esse.*

Non dixit Templum illud ante mille, & quingentos annos primò ædificatum fuisse à Sapientissimo Rege Salomone. Non dixit ædificatum fuisse jubente Deo. Non dixit quòd illud Templum olim compleverat gloria Domi.n Non dixit Templum illud secundò ædificatum fuis-

ſe à Cyro Rege, ante centum ſeptuaginta ſex annos ſupra mille, jubente Deo, ut habetur 1. Eſdræ cap. 1. verſ. 2. 3. 4.

Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum : Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus Cœli, & ipſe præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Jeruſalem. Et orantes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant, adjuvent eum viri de loco ſuo argento, & auro, & ſubſtantia, & pecoribus, excepto quod voluntariè offertur Templo Dei, quod eſt in Jeruſalem. Quis eſt in vobis de univerſo Populo ejus? Sit Deus illius cum ipſo. Aſcendat in Jeruſalem, quæ eſt in Judæâ, & ædificet domum Domini Dei Iſrael; ipſe eſt Deus, qui eſt in Jeruſalem.

2535 Nihil horum dixit Onias Heliodoro, quæ quidem eum maximè poterant deterrere à ſpoliatione theſauri Templi Jeroſolymitani, ſed ſolùm aſſeruit Templum illud *honorari pro ſui veneratione, & ſanctitate*; & tamen ex eo quòd Onias ea tacuerit, nemo negabit Templum Jeruſalem primum, & ſecundum ædificatum fuiſſe à magnis Regibus juſſu Dei. Ergo etiam ex eo, quòd Petrus Librana tacuerit Templum Cæſarauguſtanum extructum fuiſſe à D. Jacobo juſſu Deiparæ, inferri non poterit hoc ita geſtum non eſſe.

2536 Non expreſſit Onias cuncta, quæ Templi Jeroſolymitani maieſtatem commendabant. Similiter Petrus Librana non expreſſit ſingula, quæ Cæſarauguſtani Templi gloriam indicabant, uterque ſine veritatis præjudicio; contentus eſt Onias dixiſſe : *Templo, quod per univerſum Mundum honoratur pro ſui veneratione, & ſanctitate*; contentus eſt & Petrus ſcripſiſſe *beato, & antiquo nomine ſanctitatis, ac dignitatis pollere noviſtis.*

2537 Prætereà non ſine cauſâ, imò prudentiſſimè Petrus Librana uſus eſt eâ taciturnitate, idque duplici ex capite. Primo, quia ſcribebat ad Archiepiſcopos, Epiſcopos

copos

copos, Abbates, & Præsbyteros, ac proinde noluit videri ipsos docere voluisse; maximè de re omnibus notissimâ, ut innuit illud verbum *novistis*. Deinde, quia litteræ illæ Libranæ erant quidam libellus supplex, quo misericordiam implorabat omnium Ecclesiarum, & cavere debebat expressionem eorum, quæ suæ Ecclesiæ creare poterat aliquam invidiam, ut planè eveniret, si ignorantibus patefaceret Ecclesiam Cæsaraugustanam omnibus anteferri, & Apostolicâ Fundatione, & Augustæ Virginis præsentiâ; ii autem, quos hæc prærogativa lateret, suspicarentur ea miracula tunc temporis ab Episcopo Hispano fuisse conficta, ut uberiorem eleemosynam indigenti Ecclesiæ corraderet, & conviciis pro eleemosynis optimum Episcopum onerarent. Præterea, quod mos est prudenter postulantium ea tacere, quæ gloriam redolent, & uberioribus verbis exponere, quæ ad excitandam misericordiam, & liberalitatem apta sunt, juxta illud Horatii in Arte Poetica:

Telephus, & Peleus, cum pauper, & exul uterque
Projicit ampulas, & sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querella.

2538 Quæ tamen tacuit Petrus Librana, non tacuit modico post tempore Callixtus II. utpote electus eodem anno 1119. quo decessit Gelasius II. & mortuus anno 1124. *Qui de Jacobi Prædicatione in Hispaniâ, & Cæsaraugustanæ Ædis constructione multa, & aperte.* Verba sunt Gasparis Sanctii in Disputatione de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam tr. 3. capite 9. non 3. ut per typographicum errorem legitur apud Arbiol, *España Feliz*, parte 2. Reflex. 21. pag. 299.

2539 Succedit testimonium Callixti III. qui ut Hispanus, Traditionem Hispaniæ optimè callebat, & Bulla data die 23. Septembris, anno 1456. ait:

Beata MARIA antequam ad Cœlum assumeretur, B. Jacobo Maiori in Columnâ marmoreâ apparuit, & hæc ipsa Ecclesia nomen Beatæ MARIÆ de Pilari assumpsit, ac inibi quamplurima, & infinita miracula Divinâ dispositione dietim fiunt, nec non Christi Fideles cum magnâ devotione, & veneratione Imaginem ejusdem Beatæ MARIÆ, & ejus Filii, in quâdam Capellâ ipsius Ecclesiæ, quæ de mandato dictæ Beatæ MARIÆ, & ejus Filii per dictum Beatum Jacobum fabricata est, & Camera Angelica Dei Genitricis de Pilari nuncupata, & appellata existit, colunt, & venerantur, ac cum magnâ devotione visitare non cessant, &c.

2540 Tanti ponderis est Callixti III. authoritas, ut Doctissimus Thomas Malvenda Ordinis Prædicatorum decus eximium, eum pro hâc sententiâ allegaturus lib. 4. de Antichristo cap. 5. dixerit:

Sed unum pro omnibus testem omni exceptione maiorem audiamus Callixtum III. Romanum Pontificem.

Et post relata verba Callixti III. quæ modo descripsimus, subjungit:

At jam plurima testimonia, & argumenta in re luce meridianâ fulgentiore coacervare velle, nimis esset supervacaneum. His enim quævis, quantumvis refractaria ingenia abundè persuaderi possunt.

Ego tamen existimo, non esse omnino inutile plura adjicere, quandiu enim hæc scribuntur, & leguntur, gloriæ Augustissimæ Virginis litatur, quod quidem omnibus utilissimum esse fatentur boni omnes, cunctarum ætatum, & gentium experientia edocti. Hinc alia subjungo.

2541 Inter eos, qui Cæsaraugustanam Ecclesiam coluerunt, venerati sunt, & cum magnâ devotione visitarunt, principem jure merito locum habet Adrianus VI. qui postquam creatus est Summus Pontifex in Hispaniâ existens,

existens, Cæsaraugustam adiit, ibique commoratus est à medio tempore Quadragesimalis Jejunii usque ad Pascha Pentecostes, ut scribit Gundisalvus Illescas in Historiâ Pontificali parte 2. lib. *6*. cap. 25. §. 2. eâque in Urbe Ædem Virginis de Columnâ visitavit, & facto suo Traditionem approbavit, illamque confirmavit vivæ vocis Oraculo, ut ex Historicis Aragonensibus Ustarroz, & Sayas docet Venerabilis P. Arbiol in Hispaniâ Felici parte 2. Reflexione 21. pag. 307. Idem ex eisdem Historicis scribit P. Urquiola in Sacrâ Columnâ Hispaniæ lib. 1. cap. 17. pag. 127. De hoc accessu Adriani VI. ad Cæsaraugustam loquitur Historicorum Princeps Josephus Siguença in Historiâ Ordinis Sancti Hieronymi parte 3. lib. 1. cap. 12. pag. *64*. de eodem tamen accessu tacent Panvinius, & Ciaconius, ut vel hinc constet quam parvi faciendum sit argumentum à silentio Authorum.

2542 Eandem Traditionem Bullis suis confirmarunt alii Romani Pontifices, ut videre est apud Arbiol *España Feliz*, parte 2. Reflex. 21. sed mihi pro omnibus, & præ omnibus satis est unus Sanctissimus Paulus IV. Magni Parentis mei Sancti Caietani in condendâ nostrâ Clericorum Regularium Congregatione Socius, cùm fuisset Episcopus Theatinus, unde nobis à vulgo Theatinorum nomen inditum. Paulus IV. Vir Doctissimus, & Hispanicarum rerum scientissimus, utpote qui plures annos in Hispaniâ obsequio Ferdinandi Catholici, & Caroli V. deditus fuerat usque ad Pontificatum Adriani VI. Paulus IV. inquam, qui Bulla edita decimo Kalend. Augusti, anno 1558. confirmavit Privilegia à Prædecessoribus concessa Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Columnæ, quæ est tenoris sequentis.

PAULUS

PAULUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

D*Ilectis Filiis Priori, & Capitulo Beatæ Mariæ de Pilari Cæsaraugustan. Ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cùm à nobis petitur, quod justum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem Officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, gratias, concessiones, & immunitates à felicis recordationis* Innocentio II. Eugenio III. & Alexandro etiam III. ac Callixto similiter III. *nec non aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, sive per Privilegia, vel alia indulta, & literas* vobis, & Ecclesiæ vestræ, quæ inter cæteras sub vocabulo B. Mariæ Ecclesias, prima B. Mariæ de Pilari nuncupata extitit; ac Capellæ inibi de mandato ejusdem Beatæ Mariæ per Beatum Jacobum fabricatæ, & Cameræ Angelicæ Dei Genitricis de Pilari nuncupatæ, & appellatæ, *ac illius Benefactoribus communiter concessas, nec non libertates, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, Principibus, ac aliis Christi Fidelibus vobis, & Ecclesiæ, ac Capellæ hujusmodi etiam in communi rationabiliter indultas, sicuti omnia ea justè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos eisdem Ecclesiæ, & Capellæ, ac Benefactoribus Apostolicâ authoritate confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & communitionis infringere,*

vel

vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit. incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, die decimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

2543 Licèt ex hoc Pontificio diplomate solùm decerpi soleant à propugnatoribus Traditionis de Columnâ Cæsaraugustanâ, verba Apparitionem Marianam, Fundationemque Apostolicam attestantia, ego tamen illud integrum hîc exhibere volui ex sæpius citato Summario, quia est Sanctissimi Summi Pontificis Pauli IV. qui est Ordinis nostri decus summum, cujus singulæ dictiones nobis maximo in pretio esse debent..

2544 Maximi ponderis est ista assertio Pauli IV. Pontificis Maximi, fidem adhibentis Traditioni tenenti sacellum Cæsaraugustanum fuisse fabricatum per Sanctum Jacobum de mandato Beatissimæ Virginis MARIÆ. Nam etiamsi Adversarii dicere possint, Pontificem his verbis non decidere, Sanctum Jacobum fundasse illud sacellum, neque Beatissimam Virginem id fundari præcepisse, tamen manifestè ostendit Doctissimus Pontifex, se agnoscere non fuisse impossibile, ut illud sacellum à Sancto Apostolo conderetur; neque absonum esse à Beatissimâ Virgine juberi, ut in sui honorem illud construeretur; quo jugulatur sententia, quam nobis gestiunt ingerere morosi Critici, nempe non potuisse Apostolum ædificasse sacellum. Et diflatur nebula scrupuli, quo nonnulli verentur asserere Virginem Matrem jussisse, ut suo nomini Ecclesia dicaretur; nam si Paulus IV. judicasset Sanctum Jacobum non potuisse illud sacellum ædificare,

certè

certè rejiceret narrationem illud ſibi aſſerentium, & potiori jure reprobaret tanquam falſa teſtimonia affirmantia, Beatiſſimam Virginem juſſiſſe ſacellum in ſui honorem ædificari, ſi ſeveriſſimus ille Pontifex cenſeret eſſe alienum ab humilitate Virginis omnium humillimæ eum ſibi honorem procurare. Noverat igitur perſpicaciſſimus Pontifex, neque Fundationem ſacelli fuiſſe Apoſtolo impoſſibilem, neque illud mandatum Sanctiſſimam Virginem dedecere.

2545 Dixi *maximi ponderis eſſe aſſertionem* Pauli IV. quia etiam ſi Callixtus III. idem antea dixerit de Fundatione Apoſtolicâ ſacelli, & juſſu Sanctiſſimæ Virginis, tamen poterat quis ex Criticis moroſis, apud quos non ſumma eſt Summi Pontificis reverentia, excipere contra Callixtum III. ipſum fuiſſe Hiſpanum, & hâc de cauſâ honori, & gloriæ Patriæ ſuæ eo teſtimonio voluiſſe velificari, quod objicere nulla poteſt impietas Paulo IV. qui Hiſpanus non erat, ut alia prætercam.

SECTIO IV.

Ratio patrocinatur Traditioni, Conſuetudini, & Fidei, quæ verſantur circa Ædem Cæſarauguſtanam à Sancto Jacobo conſtructam juſſu MATRIS ADMIRABILIS.

2546 CUm Tertullianus citato libro de Coronâ Militis capite 4. dixerit ea, quæ ſcripta non extant, defendi poſſe Traditione, Conſuetudine, Fide, & Ratione, his tribus patrocinante; hanc autem vel à nobis

bis inveniendam esse, aut ab aliis inventam à nobis discendam, superest ut qui asseruimus ex Traditione, Consuetudine, & Fide Ædem Cæsaraugustanam fundatam fuisse à Sancto Jacobo Maiore jussu Sanctissimæ Virginis MARIÆ, dictis quæramus rationis patrocinium, hoc autem duplici viâ præstare intendo. Nempe primò reddendo rationem illius Traditionis, illius Consuetudinis, illius Fidei, quæ respiciunt prædictam Fundationem. Secundò solvendo argumenta, quæ contra eam Fundationem à morosis Criticis conficiuntur; ideòque hanc Sectionem duplici Assertione absolvam.

ASSERTIO I.

Ratio patrocinatur Traditioni, Consuetudini, & Fidei circa Fundationem Ædis Cæsaraugustanæ à Columnâ dictæ.

2547 ET si non omnium, quæ à maioribus dicta sunt, ratio reddi possit, nihilominus hâc Assertione nitar reddere rationem Traditionis, Consuetudinis, & Fidei, quæ versantur circa Fundationem Ædis Cæsaraugustanæ à Columnâ dictæ, à Sancto Jacobo jussu Sanctissimæ Virginis ad ripam Iberi fluminis constructæ, idque præstabo triplici Paragrapho.

§. I.

Ratio patrocinatur Traditioni docenti Ædem Cæsaraugustanam conditam fuisse à Sancto Jacobo Apostolo jussu MATRIS ADMIRABILIS.

2548 DUplicem ideam nobis ingerit vox ista *Traditio*; nam vel accipi potest pro re traditâ, vel pro enuntiatione rem tradente; juxta primam ideam, Traditio nihil aliud est, nisi res tradita, quam, si idiomate scholastico loquamur, dicemus Traditionem objectivam, seu objectum Traditionis: juxta secundam ideam, Traditio nihil aliud est, nisi enuntiatio rei nostra tempora antecedentis, ad nos à maioribus veluti per manus sine scripturâ transmissa, quam licet scholastico sermone Traditionem formalem appellare, utrique huic Traditionis ideæ patrocinatur Ratio.

2549 Patrocinatur in primis Ratio Traditioni nostræ objectivæ, seu materiæ nostræ Traditionis, quia reddi possunt rationes, cur MATER ADMIRABILIS in vivis degens apparuerit Sancto Jacobo in Hispaniâ, & cur jusserit sibi construi in Hispaniâ sacellum; idque tum ex parte Virginis, cum ex parte Apostoli, tum denique ex parte Hispaniæ.

2550 Ex parte Virginis plures occurrunt rationes: prima, quia Virgo Sanctissima est Consolatrix Afflictorum: ergo æquum erat, ut solaretur Jacobum afflictum desiderio adducendi ad Christum universam Hispaniam, dolentemque non tot Populos à se fuisse subjectos jugo Euangelico, quot flagrans illius zelus desiderabat.

Secun-

2551 Secundò, quia Beatissima Virgo est Regina, & Magistra Apostolorum: ergo debuit Apostolo Militi, & Discipulo suo pro gloria Filii MARIÆ laboranti ferre suppetias.

2552 Tertiò, quia erat consanguinea Jacobi, eumque ut filium diligebat: ergo æquum erat, ut illi opem ferret.

2553 Quartò, quia est MATER ADMIRABILIS: ergo proprium est ipsius patrare mirabilia. Unde inconsultè agit, quisquis miraculum quodpiam Augustissimæ Virginis revocat in dubium. Hæc, multæque aliæ rationes excogitari possunt ex parte Beatissimæ Virginis.

2554 Ex parte Sancti Jacobi primò, quia cùm fuisset præ novem aliis à Christo magis dilectus, maiora promeruit beneficia accipere à Matre Christi.

2555 Secundò, quia Sanctus Jacobus omnium Apostolorum primus sanguine suo testaturus erat Euangelium Christi Filii MARIÆ Virginis, primusque proinde futurus ex Apostolis Martyr, ideo singulari beneficio Reginæ Martyrum, Matris Christi afficiendus.

2556 Tertiò, quia Sanctus Jacobus citius relicturus erat Hispaniam, Provinciam sibi sorte datam, ideo relinquere debuit monumentum suæ Expeditionis, nullumque aliud aptius relinquere poterat, quàm Columnam MATRIS ADMIRABILIS statuâ decoratam.

2557 Quartò, quia Sanctus Jacobus futurus erat Hispaniæ Patronus, ideo curare debebat ea, quæ utiliora erant huic Provinciæ; huic autem nihil utilius est, quàm Pietas erga Augustissimam Virginem.

2558 Quintò, quia Sanctus Jacobus præ temporis angustiis non poterat diutius prædicare in Hispaniâ, ideo curare debuit, ut remaneret in hâc Provinciâ post discessum suum quidpiam, quod mortales invitaret ad colendam Augustissimam Virginem; obsequium autem erga

Matrem Chriſti eſt aptiſſimum medium ad obtinendum amorem Chriſti, in quo ſita eſt mortalium ſalus; ergo debuit Sanctus Apoſtolus relinquere in Hiſpaniâ ſacellum, quo ſpecialius obſequium Sanctiſſimæ Virgini exhiberetur.

2559 Hæ, pluresque aliæ reddi poſſunt rationes ex parte Sancti Jacobi, quæ patrocinantur materiæ noſtræ Traditionis.

2560 Ex parte denique Hiſpaniæ plures ſuppetunt rationes, quæ illius Traditionis materiæ patrocinentur, illaque facta reddant credibiliora; & quidem primò, quia Hiſpania inventura erat novum Orbem, per quem lux Euangelii diffunderetur.

2561 Secundò, quia Hiſpania conſtantiſſimè Fidem Chriſti retentura erat.

2562 Tertiò, quia Hiſpania diutius pugnatura erat adverſus hoſtes Chriſti.

2563 Quartò, quia Hiſpania præ aliis Chriſtiani Orbis Provinciis multas paſſura erat perſecutiones pro Fide Chriſti à Gentilibus, ab Hæreticis, & à Saracenis, ab hiſque per plures annos: ergo digna erat Hiſpania, quæ maiori honore decoraretur.

2564 Quintò, quia Hiſpani daturi erant vitam pro Chriſto, non tantum in patrio ſolo, ſed in omnibus quatuor Orbis partibus: Hiſpani enim teſtati ſunt Fidem Chriſti ſanguine ſuo non ſolùm in Europâ, ſed etiam in Aſiâ, Africâ, & Americâ, ut conſtat legentibus Hiſpanorum, & ſacrorum cœtuum Hiſtorias.

2565 Sextò, quia Hiſpania inter alias totius Orbis Provincias accuratiùs actura erat de cultu Sanctiſſimæ Virginis, illiuſque honori ardentiùs conſultura, adeo ut dixerit Sancta Leocadia in Cœlis triumphans Sancto Ildephonſo Hiſpano in terris militanti, & pro Deiparæ

ræ gloriâ decertanti : *O Ildephonse , per te vivit Domina mea.*

2566 Septimò , quia Hiſpania fortiùs pugnatura erat pro MATRIS ADMIRABILIS Conceptione immaculatâ, & ab omni peccati Originalis nævo immuni.

2567 Hæc, & alia, quæ noſtræ Traditioni objectivæ patrocinantur à priori (ut cum ſcholis loquar) etiam, & fortiùs illi patrocinantur à poſteriori, quia minus urget argumentum hâc ratione confectum : Hiſpania plus aliis Provinciis laboratura erat pro Chriſto, & ejus Matre : ergo prævenienda erat maioribus beneficiis. Et magis urget hoc aliud : Hiſpania hucuſque magis laboravit, quàm aliæ Provinciæ pro Chriſto, & ejus Matre : ergo prius accepit ſingularius quodpiam beneficium à Chriſto, ejuſque Matre : ex quo hauſit vires ad agendum, & patiendum tam fortia, quàm ſcimus.

2568 Quæ hucuſque diximus oſtendunt dari rationem patrocinantem Traditioni objectivæ, ſeu rei traditæ. Nunc agendum eſt de ratione patrocinante Traditioni, ut Traditio eſt, ſeu ut eſt narratio , ſine ſcripto tranſmiſſa ad poſteros, inveſtigandumque eſt quomodo ad nos pervenire potuit notitia Apparitionis MATRIS ADMIRABILIS, quæ contigit in loco ſolitario, & altiſſimâ nocte, cujus rei reperio rationem multiplicem.

2569 Prima eſt, quia ædificatio illius Ædis miraculoſa ordinata fuit ad gloriam Dei, & cultum B. MARIÆ ; qui fines obtineri non poſſent, ſi miraculorum, quæ illic acciderunt, memoria interiret, unde ad Dei Providentiam ſpectabat , ita res diſponere, ut ædificatio per totum Orbem, & ſaltem per totam Hiſpaniam cognoſceretur, quod fieri non poſſet, niſi per ſcripturam, vel Traditionem ; cùm verò vel non fuerint , vel non permanſerint monumenta ſcripta, illam Fundationem atteſtantia,

ſtantia, Divinæ Providentiæ diſpoſitio fuit, ut Traditio permaneret.

2570 Secunda, quia ea Apparitio facta fuit Sancto Jacobo Apoſtolo, cujus erat prædicare magnalia Dei, & opera Dei revelare, & confiteri, honorificum eſt, ut dixit Sanctus Raphael Angelus ad Tobiam, (Tobiæ 12. 17.) ac proinde ex prædicatione Sancti Jacobi notum fuit MATREM ADMIRABILEM juſſiſſe illud ſacellum conſtruere; & ſicut ad nos pervenit Euangelium ex Traditione; ita ex Traditione (licèt minoris authoritatis) pervenit ad nos notitia miraculoſæ Fundationis illius ſacelli à Columnâ dicti.

2571 Tertia eſt, quia quando MATER ADMIRABILIS apparuit Sancto Jacobo, non erat ille ſolus, ſed cum eo erant plures diſcipuli, qui progreſſu temporis variis Hiſpaniæ Eccleſiis præfuerunt, Populiſque ſibi commiſſis prædicaverunt non ſolùm ea, quæ neceſſaria erant ad amplectendum Euangelium, ſed etiam illa, quæ ad pietatem conducebant. Nemo autem dixerit non maximè conducere ad pietatem, cultum Sanctiſſimæ Virginis, qui certè promovetur notitia illius ſacelli ipſius juſſu conditi à Sancto Jacobo; cùm autem notitia illius Fundationis à tot Sanctis Epiſcopis fuerit ſparſa per plures urbes Hiſpaniæ, fieri non potuit, quin per totam Hiſpaniam diffunderetur.

2572 Quarta eſt, quia cùm ex illâ Apparitione MATRIS ADMIRABILIS orta fuerit Fundatio illius ſacelli permanentis, facilè fuit permanere Hiſtoriam eorum, quæ in illius Fundatione acciderant, nam illud ædificium occaſionem præbebat interrogandi, & reſpondendi de illius Fundatoribus, ſicuti evenerat lapidibus Jordanis erectis juſſu Joſue, ut diximus numero 1988.

2573 Quinta ratio conſervatæ Traditionis eſt, quia Fides

Fides Catholica nunquam tota interiit in Hispaniâ, unde Christiani parentes docuerunt filios de illâ Fundatione, & hi nepotes, & sic veluti per manus pervenit usque ad nostra tempora notitia illius Fundationis.

2574 Sexta ratio est, quia miracula, quæ in illo sacello frequenter patrabantur, efficiebant, ut admiratio altius infigebat memoriam primi beneficii Hispaniæ à Deo, Beatâque Virgine collati per Fundationem miraculosam illius sacelli.

2575 Septima est, quia Apparitio illa sæpius his ultimis sæculis revelata est mentibus pietate insignibus, unde credi potest etiam fuisse revelatam prioribus sæculis aliquot piis viris, unde quotidie maiores vires acquireret illa nunquam intermortua Traditio.

§. II.

Ratio patrocinatur Consuetudini confirmanti narrationem de Fundatione sacelli Cæsaraugustani à Columnâ dicti.

2576 ET si superiùs Sectione II. ostenderim miraculosam Fundationem sacelli Cæsaraugustani confirmari Consuetudine Dei, MATRIS ADMIRABILIS, Angelorum, Apostolorum, Cæsaraugustanæ Ecclesiæ, Hispaniæ, & totius Orbis, non est opus demonstrari rationem patrocinari omnibus his septem Consuetudinibus. Nam in primis Consuetudinis Dei rationem nemo audebit interrogare, juxta illud Job. cap. 9. 29. *Quis dicere potest, cur ita facis?* De ratione Consuetudinis Apostolorum, Angelorum, & Virginis utrorumque

Reginæ

Reginæ nemo poterit Catholicus dubitare; solùm igitur superest ostendere rationem patrocinantem Consuetudini Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, Consuetudini Hispaniæ, & Consuetudini totius Orbis.

2577 In promptu est ratio, quæ patrocinatur Consuetudini Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, quater quotidie cantantis Orationem, quam dedimus numero 2421. id enim facit primò in testimonium grati animi erga Deum Optimum Maximum, Augustissimamque Dei Matrem, cùm optimum genus gratias agendi sit commemorare accepta beneficia. Secundò propter sollicitudinem, ne à MATRE ADMIRABILI Cæsaraugusta deseratur transmigrante aliò Sacrâ Imagine, nisi Sanctissima Virgo ritè colatur, ut non semel accidit Sacræ Domui Lauretanæ. Tertiò laudabili studio obtinendi nova beneficia.

2578 Ratio, quæ patrocinatur Consuetudini totius Hispaniæ erigendi Altaria, sacellaque MATRI ADMIRABILI super Columnam stanti, est primò, quia illud sacellum Cæsaraugustanum fundatum fuit à Sancto Jacobo Hispaniæ Apostolo, quem æmulari student Populi ab illo, illiusque discipulis ad Fidem conversi. Deinde secundò, quia MATER ADMIRABILIS, apparens Sancto Jacobo, spopondit patrocinium suum universæ Hispaniæ: unde hæc Provincia, cupida agendi gratias pro tanto beneficio, illudque promerendi, solet esse studiosissima Virginis MARIÆ supra Columnam stantis.

2579 Ratio tandem, quæ patrocinatur Consuetudini totius Orbis in colendâ MATRE ADMIRABILI supra Columnam stante, est, quia Hispani, Lusitanique, ut portaverunt in exteras nationes nomen Christi Filii MARIÆ, ita simul portaverunt nomen MARIÆ Matris Christi. Deinde universus Orbis miratur felicitatem Hispaniæ sub patrocinio MATRIS ADMIRABILIS; unde

unde mirum non est totum Orbem Christianum laborare pro simili merendo patrocinio, obsequiisque Hispano cultui similibus devincienda sibi Augustissimâ Virgine.

§. III.

Ratio patrocinatur fidei adhibitæ miraculosæ Fundationi Ædis Cæsaraugustanæ à Columnâ dictæ.

2580 POsitâ Traditione, & Consuetudine, quarum altera docet, altera confirmat veritatem narrationis de fundatâ à Sancto Jacobo Æde Cæsaraugustanâ jussu MATRIS ADMIRABILIS, Rationi est maximè consentaneum ab omnibus illi fidem adhiberi.

2581 Rationi consentaneum est primò, Populos credidisse narrationi de illâ Apparitione, & Fundatione, quæ tot testes habuit; nempe Sanctum Jacobum, & ad minus septem illius discipulos, qui utramque tradidere maioribus eorum, qui succedentibus ætatibus, id ipsum posteris suis tradiderunt, quique observarunt id confirmari tot miraculis, quot scribit Doctor D. Felix Josephus de Amada in libro inscripto: *Compendio de los milagros de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoza* parte 1. cap. 8. nempe primò non potuisse unquam perfectè ab ullo pictore, vel sculptore effingi Imaginem, quæ perfectè, & ad amussim repræsentet vultum Sanctissimæ illius Imaginis MATRIS ADMIRABILIS supra Columnam stantis, Angelicis manibus sculptæ. Secundò, eam Imaginem (quæ quidem lignea est, ut palpantibus patet) manere per tot sæcula incorruptam. Tertiò, nunquam Sacræ illius Imaginis faciem

ciem ullo, vel tenui pulvere cerni aſperſam. Quartò, Sacram illam ſtatuam nullis perſecutionum turbinibus fuiſſe dejectam, vel loco motam. His accedunt ſtupenda miracula, quæ experti ſunt qui eam Sacram Imaginem coluere, quæ toto eo libro proſequitur idem Author; quâ de cauſâ Populi non poſſunt non adhibere firmiſſimam fidem illi narrationi, cui fidem derogare eſſet maximè à rectâ ratione alienum.

2582 Rationi deinde conſentaneum eſt ſecundò à Sapientiſſimis Scriptoribus adhibitam fuiſſe fidem miraculo, cujus perenne ſupereſt monumentum; celebrarique MARIÆ in Jacobum amorem, atque in Hiſpanos benificentiſſimam liberalitatem perpetuis, ſibique ſuccedentibus Divinæ protectionis argumentis.

2583 Rationi conſentaneum eſt tertiò Sacrum illum locum, qui totam Hiſpaniam maximè nobilitat, decoratum fuiſſe privilegiis Hiſpanorum Regum, quæ teſtantur fidem à Principibus tributam illi Hiſtoriæ.

2584 Rationi conſentaneum eſt quartò illi narrationi fidem adhiberi ab Epiſcopis, quorum eſt explorare res miraculoſas, ne Populis ſibi commiſſis aliquis error novus irrepat, aut vetus inſideat, circa res Sacras, unde omnia diligentiùs explorant Epiſcopi, exploratiſque non poſſunt meritam non adhibere fidem.

2585 Rationi conſentaneum eſt quintò fidem illi narrationi adhibitam eſſe à Sacris Tribunalibus, apud quæ non admittuntur niſi quæ incorruptis teſtimoniis probata ſunt, & quibus fides meritò denegari non poteſt.

2586 Rationi conſentaneum eſt ſextò fidem illi narrationi adhiberi ab Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus, qui plerunque ſunt viri Sapientiſſimi, Doctiſſimi, & Prudentiſſimi totius Eccleſiæ Catholicæ, qui copioſiſſimis utuntur Bibliothecis, qui prudentiſſimos in conſilium adhibent

hibent Auditores, & Sapientissimos Theologos; unde nihil approbant nisi quod vel certum est, vel maximè ad certitudinem accedit; unde non possunt fidem denegare iis narrationibus, quæ Populorum consensu, Scriptorum illustrium testimonio, Regum assertione, Episcoporum sedulo examine, Sacrorum Tribunalium sententiis probata reperiuntur, ut accidit nostræ Traditioni de MATRE ADMIRABILI, dum in terris viveret, apparente consanguineo suo Sancto Jacobo Maiori in Hispaniâ degenti, & de sacello Cæsaraugustano ab eodem Apostolo constructo.

2587 Rationi consentaneum est septimò à Summis Pontificibus curari, ut Sacra ea Domus omni sollicitudine conservetur, ornetur, & contra temporis injurias muniatur. Rationi consentaneum est, ut Fideles spiritualibus beneficiis à Pontificibus Maximis alliciantur ad invisendum Sanctum illum locum, Sanctam illam Columnam, & Angelicam illam Imaginem.

2588 Ex his omnibus constat Rationem patrocinari Fidei adhibitæ miraculosæ Fundationi Ædis Cæsaraugustanæ *à Columnâ* dictæ, & MATRIS ADMIRABILIS adhuc viventis honori à Sancto Jacobo Maiori dedicatæ.

ASSERTIO II.

Ratio patrocinatur Traditioni docenti, Consuetudini confirmanti, & Fidei observanti Ædis Cæsaraugustanæ miraculosam Fundationem, hanc defendendo à Criticorum oppugnationibus, illasque repellendo.

2589 SExdecim sæcula stetit, Deo protegente, inconcussa Ædes Cæsaraugustana, nulloque ariete impetita est Columna illa immobilis, quousque sæculo decimo septimo Sacra illa Marianæ pietatis monumenta evertere conatus est Natalis Alexander, qui ad fabulas vult ablegari eam Ædem fuisse constructam à Sancto Jacobo Zebedæi filio, jussu Matris Dei. Licèt autem miracula, & omnia ea, quæ humanas vires superant, mortaliumque captum excedunt, non possint ratione probari; possunt tamen ratione defendi, quatenus demonstrari potest nullam rationem, nullumque argumentum tantam habere vim, ut illa falsitatis convincat; hocque modo ultimo patrocinatur ratio miraculosæ Fundationi Ædis Cæsaraugustanæ, retundendo scilicet tela, quæ à morosis Criticis contra illam vibrantur.

2590 Ex triplici pharetrâ eruuntur sagittæ, quæ contra Apostolicam Fundationem Ædis Cæsaraugustanæ à Columnâ dictæ emittuntur. Prima est sententia eorum, qui negant Sanctum Jacobum venisse in Hispaniam. Secunda est Pseudocrisis Natalis Alexandri, qui non solùm impugnat Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, sed

præ-

præcipuè Fundationem miraculosam sacelli Cæsaraugustani, adeò ut etiam si admitteret Expeditionem illam, adhuc negaret Sanctum Apostolum eam Ædem fundasse. Tertia est scrupulus cujusdam Recentioris, aliàs Doctissimi, de Hispanâque Historiâ optimè meriti, qui hoc sæculo decimo octavo validè, & summâ cum laude pugnavit pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, & tamen suscepit oppugnandam Traditionem Cæsaraugustanam.

2591 Tela primæ pharetræ, seu negantium Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi sæpius confracta sunt à validissimis propugnatoribus illius Expeditionis, quorum vestigia ego longè sequutus sum in spisso opere, longâ scilicet Dissertatione de hâc re,ubi solvi omnia Neotherici Adversarii argumenta, unumque de novo à me excogitatum, unde existimabam nihil mihi superesse quod responsione indigeret, prostratis omnibus Adversariorum viribus; quia tamen Reverendissimus P. Guilielmus Cuperus Societatis Jesu, qui omnium fortissimè, & felicissimè decertavit superiori anno pro Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, novum invenit argumentum, quod fugerat diligentiam & Adversarii nostri, & eorum, quibus placuit hanc quæstionem in Lusitaniâ excitari, illudque egregiè diluit, operæ pretium me facturum existimavi hîc idem argumentum producere, illudque diluere, quando mihi non licuit ipsum videre ante annum superiorem 1729. cùm opus nostrum impressum jam esset anno 1726. præsertim cùm hoc argumentum peculiari ratione, ut mox dicam, oppugnet Fundationem miraculosam sacelli Cæsaraugustani *à Columnâ* dicti, quam ego hoc Commentario, seu hâc Dissertationis illius primâ Appendice asserendam suscepi, ideò hanc Assertionem in tres paragraphos dividam, in quorum primo proponam, & dissolvam hoc novum argumentum contra Expeditionem Hispani-

Hispanicam Sancti Jacobi. In secundo diluam argumenta Natalis Alexandri contra Fundationem miraculosam Ædis Cæsaraugustanæ *à Columnâ* dictæ. In tertio diluam argumenta Doctissimi Authoris, qui novissimè oppugnavit Apostolicam Fundationem sacelli Cæsaraugustani.

§. I.

Proponitur, & dissolvitur argumentum contra Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, & consequenter contra miraculosam Fundationem Ædis Cæsaraugustanæ ab ipso Apostolo constructæ, quod de novo produxit, & diluit eruditissimus Pater Cuperus.

2592 ERuditissimus P. Guilielmus Cuperus Societatis Jesu, natione Belga, omnium optimus propugnator Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, in tractatu, quo *Acta Sancti Jacobi Maioris collegit, digessit, vindiciis, ac observationibus illustravit*, (qui reperitur tomo 5. Julii continuationis Bollandianæ in Acta Sanctorum) parte 2. quæ est de prædicatione Sancti Jacobi in Hispaniâ, ipsam luculentissimè probavit; nam scribit

§. 1. Quibus locis Sanctus Jacobus prædicasse dicatur.

§. 2. Quâ occasione, & quomodo de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam dubitari cœperit.

§. 3. Prædicatio Sancti Jacobi in Hispaniâ potissimùm Traditione nititur.

§. 4. Traditio illa quibusdam rationibus, & veterum testimoniis stabilitur.

§. 5.

§. 5. Sanctus Hieronymus prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ tradit.

§. *6*. Eadem Traditio in vetustissimo Hispaniæ Officio ab immemorabili tempore legitur.

§. 7. Sanctus Isidorus Hispalensis eandem Traditionem confirmat suo testimonio, quod ipsi vindicatur.

§. 8. Eadem Traditio à Sancto Juliano, qui sæculo vii. Ecclesiam Toletanam rexit, confirmatur.

§. *9*. Hispanica Sancti Jacobi prædicatio ex antiquissimo Martyrologio Antossiodorensi, & certis sæculi octavi testimoniis corroboratur.

§. 10. Ex Authoribus sequentium sæculorum eadem Traditio probatur.

§. 11. Respondetur argumentis Adversariorum à tempore, & loco desumptis.

§. 12. Explicatur difficultas ex Epistolâ Pauli Apostoli contra Adventum Sancti Jacobi in Hispaniam objecta.

§. 13. Solvitur objectio, quæ ex Epistolâ Innocentii I. Papæ formatur.

§. 14. Respondetur difficultati, quam Adversarii ex Epistolâ Gregorii VII. Papæ objiciunt.

§. 15. Proponitur lis, cujus occasione Rodericus Archiepiscopus Toletanus prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ negasse dicitur.

§. *16*. Narratio ejusdem litis inepta, & falsa esse ostenditur.

§. 17. Ex variis instrumentis probatur Rodericum Toletanum non interfuisse Concilio Lateranensi.

§. 18. Novum argumentum contra prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ objicitur, ac dissolvitur.

2593 Hæc ideò descripsi, quia eadem diligentia exhibueram in nostrâ Dissertatione capita aliorum Authorum

rum, qui totis viribus pugnavere pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, ut videre est in nostrâ Dissertatione parte 3. Sect. 1. Assertione 51. §. 2. Eo autem in opere omnia ferè pertractavi, de quibus disserit P. Cuperus, præter novum argumentum, quod §. 18. proponit, & dissolvit, nam de Traditione, quæ est materia §. 4. egi à numero 1747. de veterum autem testimoniis, quibus ea Traditio stabilitur, egi à numero 1196. de testimoniis Sancti Hieronymi, de quibus loquitur §. 5. egi à numero 1243. de Officio vetustissimo Hispaniæ, de quo §. 6. disserui à num. 1817. de Sancto Isidoro, de quo §. 7. egi à num. 1377. de Sancto Juliano, de quo §. 8. egi à numero 1423. circa cujus authoritatem nonnulla animadverti valdè consona iis, quæ me non lecto, scripsit P. Cuperus. De testimoniis sæculi octavi, de quibus §. 9. nonnulla dixi à numero 1438. De Authoribus sequentium sæculorum, de quibus §. 10. egi à numero 1474. argumentis à loco, & tempore desumptis, de quibus §. 11. respondi à num. 155. & 373. de loco Sancti Pauli, de quo §. 12. disserui à numero 216. de Epistolâ Sancti Innocentii I. de quâ §. 13. tractavi à numero 489. de Epistolâ Sancti Gregorii VII. de quâ §. 14. scripsi à numero 530. de lite Roderici Toletani, de quâ §§. 15. 16. & 17. latè egi à numero 653. usque ad numerum 709. Unde solùm superest afferre novum argumentum, quod P. Cuperus adducit, & solvit, cujus ego mentionem non fecerem.

2594 Eruitur igitur istud novum argumentum ex Epistolâ cujusdam Cæsarii, qui dicitur vixisse post medium sæculum decimum, quam allegat Stephanus Baluzius Author Gallus, in libro 4. quem adjecit tribus libris celebris operis, quod inscribitur *Marca Hispanica*, cujus est Author Illustrissimus Petrus de Marca; ait enim Baluzius eo 4. libro ad annum 970. Columnâ 403.

Extat

Extat enim in Archivo Ecclesiæ Ausonensis Epistola Cæsarii Abbatis Sanctæ Cæciliæ in Monte Serrato ad Papam Joannem, in quâ narrat se ordinatum fuisse Archiepiscopum Provinciæ Tarraconensis in Synodo Compostellanâ, *sed postea, cùm in Provinciam profectus esset, susceptum non fuisse ab Episcopis, imò gravem contradictionem passum à Petro Barcinonensi, Arnulfo Gerundensi, Hattone Ausonensi, Wisaldo Urgelitano, & Emerico Metropolitano Sedis Narbonensis. Et quoniam Cæsarius ut sibi reverentiam, & ordinationi suæ authoritatem conciliaret, aiebat se ordinatum fuisse ante corpus Beati Jacobi Apostoli, qui Ecclesias Hispanicas fundaverat, responderunt illi nullum hinc præsidium causæ suæ peti ab eo posse, cùm certum esset, hunc Sanctum non fuisse Apostolorum* (Apostolum dicere voluit) *Hispaniarum*, quia ille Apostolus interfectus hîc venit, *inquiunt*, nullo modo autem vivus. *Ejus erat probare quod ab aliis negabatur. Non fecit tamen, sed conversus ad distributionem factam ab Apostolis, ait Jacobum* Spaniam, & Occidentalia loca *prædicasse, deinde Papam orat, ut sibi præsto sit adversus contumaces.* Hæc Baluzius.

2595 Epistola, ex quâ Baluzius hæc desumpsit, habetur integra in libro vii. Miscellaneorum ejusdem Baluzii, postremò edito à pagina 57. sed tam Baluzius allegans, quàm Epistola allegata, & Episcopi illi, qui referuntur negasse Sanctum Jacobum vivum venisse in Hispaniam, nullam hâc in re merentur fidem, ut apertè ostendam. Unde nihili faciendum est hoc argumentum, quod eruitur ex illâ Epistolâ productâ à Baluzio.

2596 Non meretur fidem Baluzius, non solùm quia est Author Gallus, scribens contra Hispanos in re Hispanâ, ac proinde non audiendus, ut cautum est lege vi.

prohibenti fidem adhiberi exteris contra indigenas, ut diximus in Dissertatione à numero *996*. Nec solùm quia est Recentior innumeris Authoribus antiquioribus, cui credi non debet, nisi demonstret antiquiorum errorem, & falsitatem in re, de quâ loquuntur, ut cautum est lege vii. ut ibidem diximus numero 1010. sed quia, ut oppugnaret Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, malè citavit, & ipsam Epistolam Cæsarii, & Epistolam Alfonsi Regis Hispaniæ datam anno *906*. utraque utens mala fide.

2597 Malâ fide usus est Baluzius Epistolâ Cæsarii, quia in illâ introducuntur quinque Episcopi de Sancto Jacobo dicentes: *Ille Apostolus interfectus hîc venit, nullo modo autem vivus.* Baluzius autem libro 4. Marcæ Hispanicæ, Columna 404. tale illorum Præsulum responsum exhibet:

> *Responderunt illi, nullum hinc præsidium causæ suæ peti ab eo posse*, cùm certum esset *hunc Sanctum non fuisse Apostolum Hispaniarum.*

Nam Epistola solùm dicit eos Episcopos negasse Sanctum Jacobum venisse vivum in Hispaniam. Sed non dicit eos asseruisse id certum esse; unde rectè concludit P. Cuperus tractatu citato, num. 548.

> *Hæc itaque affirmatio certitudinis parum sincerè à Baluzio compendiosæ memoratarum literarum expositioni inserta est.*

2598 Malâ etiam fide usus est Baluzius eâdem Epistolâ, dum dicit Cæsarium non probasse quod negabatur, cùm tamen id probaverit ex Concilio Toletano, ut animadvertit idem P. Cuperus num. 551.

2599 Fide æquè malâ usus est Baluzius literis Alfonsi Regis, quas à pagina *61*. libri 7. Miscellaneorum asserit consonare negantibus Adventum Sancti Jacobi in Hispaniam, cùm constet easdem literas maximè favere eundem

eundem Adventum affirmantibus, ut optimè animadvertit oculatissimus Criticus P. Cuperus, qui numero 546. de illis literis loquens, ait:

> *Non video quomodo eæ patrocinentur opinioni illorum Episcoporum, qui* Sanctum Jacobum *vivum in Hispaniam venisse negabant. Alphonsus, potiùs innuit sese tali sententiæ adversari, dum initio Epistolæ Præsulem Compostellanum vocat* Egregium Pontificem Apostolicæ Jacobi Sedis. *Quomodo Ecclesiam Compostellanam titulo* Apostolicæ Sedis *decorasset, nisi eam à Jacobo Apostolo institutam, aut saltem fidei lumine illustratam putasset? Quippe non solent Ecclesiæ vocari Apostolicæ, eo quod in iis corpora Apostolorum quiescant. Sic Ecclesia Constantinopolitana, vel Amalphitana non appellatur Apostolica, etsi ad eas corpus Sancti Andreæ Apostoli translatum fuerit, de quibus translationibus Martyrologium Romanum ad diem ix. Maii meminit.*

2600 Cùm igitur Baluzius utramque Epistolam produxerit malâ fide, juremerito hâc in re ipsi deneganda est fides; & etiam si Baluzius eam Epistolam bonâ fide, & sincerè produxisset, illa se ipsam redderet fide indignam, quod sic ostenditur.

2601 In primis ipse Baluzius lib. 4. Marcæ Hispanicæ docet illam Cæsarii Epistolam aut esse falsam, aut interpollatam; ejus verba sunt:

> *In Epistolâ Cæsarii*, quam oportet aut falsam esse, aut interpollatam, *ordinatio ejus dicitur æra 938. III. Kal. Decembris, quod manifestè falsum est. Non dum enim erat Archiepiscopi nomine insignitus anno 971. exeunte, quo Benedictus Sextus Papa privilegium ei tum Abbati tantum Sanctæ Cæciliæ concessit.*

Quodnam igitur argumentum fidem faciens erui potest ex Epistolâ falsâ, aut interpollatâ?

2602 Præterea ille Cæſarius nunquam fuit Archiepiſcopus Tarraconenſis; nam de eo tantùm ſcribitur, illum ſe Archiepiſcopum Tarraconenſem vocitaſſe, ut conſtat ex inſtrumento producto ab inſigni Yepes, in Appendice Centuriæ 4. ſcriptura 27. quod non diceretur, ſi ille verè extitiſſet Archiepiſcopus Tarraconenſis à Concilio Compoſtellano inſtitutus, licèt à Tarraconenſis Provinciæ Epiſcopis receptus non fuiſſet.

2603 Ulterius, quod in eâ Epiſtolâ dicitur de Cæſario evecto in Archiepiſcopum Tarraconenſem in Concilio Compoſtellano non uni ſubjacet difficultati; nam in primis per ea tempora nullum fuit Concilium Compoſtellanum, unde merito miratur P. Cuperus Eminentiſſimum Cardinalem de Aguirre, & Clariſſimos Labbæum, & Harduinum in ſuis Collectionibus Conciliorum hanc Synodum Compoſtellanam, de quâ in antiquis monumentis nulla fit mentio ad eundem annum 900. retuliſſe; qui eſt annus, quo Epiſtola Cæſarii dicit (licèt falſò) ipſum fuiſſe ordinatum Archiepiſcopum Tarraconenſem, quo anno Cæſarius fortaſſè non dum nátus erat, ut rectè animadvertit P. Cuperus; nam non potuit ſcribere ad Joannem XIII. niſi poſt annum 965. quo hîc electus eſt Pontifex Maximus.

2604 Et ne ſoli niti videar argumento negativo, quod apud me nullius eſt ponderis, ut ſæpius teſtatus ſum, & cujus debilitatem latè oſtendi in Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi à numero 829. Addo primum Concilium Compoſtellanum celebratum fuiſſe anno 1056. ut ſcribit Ægidius Gonzales de Avila in Theatro Eccleſiaſtico Eccleſiæ Sancti Jacobi pagina 13. & poſt eum Clariſſimus Ferreras parte 5. Hiſtoriæ Hiſpanæ pagina 88. Anno autem 1056. jam effluxerant 156. ex quo Cæſarius ſe electum ait Archiepiſcopum Tarraconenſem in Concilio

Com-

Compostellano, & 84. anni ex quo obierat Pontifex Joannes XIII. ad quem ea Epistola scripta dicitur, quæ proinde apertè falsitatis convincitur.

2605 Mihi non licuit videre septimum librum Miscellaneorum Baluzii, licèt in eo conquirendo non segniter laboraverim, accensus desiderio legendi integram Epistolam Cæsarii, quæ extat eo libro pagina 57. teste P. Cupero, qui asserit in eâ Epistolâ longo ordine recenseri nomina Episcoporum, à quibus in Synodo Compostellanâ se fuisse electum Archiepiscopum Tarraconensem scripsit Cæsarius ad Pontificem. Nam in serie horum Præsulum sperabam me inventurum aliquot anachronismos, quibus falsitas illius Epistolæ clariùs patefieret. Sed quando integram Epistolam observare non datur, iis contentus ero, quæ ex P. Cupero habemus. Quæ si appendantur eâ criticâ staterâ, quâ usi fuimus in examinando manuscripto Toletano, in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi parte 2. Sect. 5. Assert. 35. à numero *670*. spero apertissimè constaturum utrumque instrumentum ejusdem esse ponderis, hoc est nullius.

2606 Neque addit fidem illi Epistolæ Cæsarii dici à Baluzio illam extare in Archivo Ecclesiæ Ausonensis, sicuti manuscripto Toletano, quod suasit Cardinali Baronio subdubitare de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, non addit fidem, erutum esse ex tabulario Ecclesiæ Toletanæ, imò sicuti hujus fides imminuitur ex eo, quod sit in Ecclesiâ Toletanâ, ut diximus à numero *674*. ita illius Epistolæ imminuitur fides ex eo, quod sit in Ecclesiâ Ausonensi, quæ subjici Cæsario recusasse dicitur.

2607 Præterea non novum esse in hujusmodi Ecclesiarum tabulariis reperiri instrumenta vetustatem præ se ferentia, quæ tamen multo recentiora sunt Authoribus, quibus tribuuntur. Exemplo sint Acta Concilii Ovetensis, cele-

celebrati eodem anno 900. quo Epiſtola Cæſarii ſcripta dicitur, quæ adducuntur à Cardinale Aguirre tomo 3. Conciliorum Hiſpaniæ pag. 158. eruta ex quibuſdam manuſcriptis Eccleſiarum Ovetenſis, & Toletanæ, quæ tamen ſunt falſiſſima, & multo poſt illud ſæculum confiſta, ut obſervavit egregius noſtri ſæculi Criticus eruditiſſimus D. Joannes Ferreras in Hiſtoriæ Hiſpanicâ parte 4. ad finem ſæculi ix. pag. 266. idque probat ex iiſdem Actis, in quorum numero 1. dicitur Theodomirus Epiſcopus Conimbricenſis, cùm tamen eo anno eam Cathedram teneret Nauſtus. Dicitur Argimundus Epiſcopus Bracharenſis, quando erat Argimirus, dicitur Theodorindus Epiſcopus Irienſis, & tamen eam Sedem tenebat Siſnandus, dicitur Lucenſis Wimaradus, cùm eſſet Recaredus, dicitur Palentiam tunc habuiſſe Epiſcopum Abundantium, cùm eo tempore Palentia eſſet ſine ullo habitatore, & ſolo æquata. Dicitur denique Concilium illud coactum fuiſſe operâ Regis Alphonſi Caſti, & Adulphi Epiſcopi Ovetenſis, cùm tamen eo tempore illam Sedem teneret Hermegildus, & numero 5. nominat Epiſcopatus qui nunquam in Hiſpaniâ extiterunt. Unde cognoſcitur falſitas hujus inſtrumenti, quod confictum eſt, ut aliqua ſpecies juris Metropolitici aſſereretur Epiſcopo Ovetenſi. Et tamen falſum iſtud inſtrumentum erutum eſt ex tabulariis Eccleſiæ Ovetenſis, & Eccleſiæ Toletanæ: ergo non liberatur Epiſtola Cæſarii à ſuſpicione falſitatis, etiam ſi eruta ſit ex Archivo Eccleſiæ Auſonenſis, ut ait Baluzius.

2608 Pater Cuperus etiam obſervat ſtylum illius Epiſtolæ eſſe puerilem, & indignum Cæſario, qui ſe dicebat ordinatum Archiepiſcopum Tarraconenſem, ſicuti nos à numero 679. adnotavimus, indigna eſſe Roderico Archiepiſcopo Toletano, ea, quæ manuſcriptum Toletanum

num ait illum dixisse in Concilio Lateranensi, cui certè non interfuit, ut solidè probat P. Cuperus §. 17.

2609 Idem P. Cuperus falsitatis arguit eandem Epistolam ex eo capite, quod Ecclesia Tarraconensis eo tempore, teste eodem Baluzio, unita erat Ecclesiæ Ausonensi, authoritate Summi Pontificis; non enim Patres Concilii Compostellani ausi fuissent assignare Cæsario Ecclesiam, quam Romanus Pontifex alteri jam attribuerat.

2610 Mihi autem ea Epistola etiam falsa videtur ex eo, quod dicitur Cæsarium, ut admitteretur tamquam Archiepiscopus Tarraconensis ab Episcopis illius Provinciæ, & ut sibi reverentiam, & ordinationi authoritatem conciliaret dixisse se ordinatum fuisse ante corpus Beati Jacobi Apostoli, qui Ecclesias Hispanicas fundaverat, quod in fragmentis illius Epistolæ, quæ affert P. Cuperus, non reperitur dictum ad Episcopos, sed ad Romanum Pontificem, cui Cæsarius dixit:

O Domine mi Pater Sanctissime Apostolice, audite me Pater quomodo ego pergi ad domum Sancti Jacobi Apostolicæ Sedis, qui est tumulatus in suam Apostolicam Sedem Galiciæ.

2611 Et etiam si id dixisset ad Episcopos Provinciæ Tarraconensis, nihilo meliorem redderet causam suam, quia ex eo quod Sanctus Jacobus prædicaverit in Hispaniâ, nullum jus tributum est Episcopis unius Provinciæ ad eligendos Archiepiscopos alterius Provinciæ; unde inutiliter produceret Cæsarius prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ, ad probandum se Canonicè fuisse electum Archiepiscopum Tarraconensem.

2612 Hinc etiam inutiliter negavissent Sanctum Jacobum vivum venisse in Hispaniam illi quinque Episcopi, qui Cæsario dicuntur restitisse; nam ut illa prædicatio Sancti Jacobi nullum jus dabat electioni Cæsarii, ita

illius

illius prædicationis negatio nullum jus illi electioni detrahebat. Unde quâcumque ex parte aſpicio illam Epiſtolam, undique mihi videtur merum figmentum; aſſentioque dicentibus illam vel eſſe interpollatam, vel falſam; ac proinde fide indignam.

2613 Sed quæcumque illa ſit, nullo modo ſubminiſtrat argumentum inſolubile contra Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi. Nam ſi falſa, & conficta eſt, nihili facienda eſt. Si autem eſt vera, magni facienda eſt ab Aſſertoribus Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi, nam eſt teſtimonium Cæſarii, hominis non Hiſpani, ſed Galli, ut ſcribit Argaiz in opere inſcripto *Soledad Laureada*, tomo 2. fol. 35. hominis, qui ſæculo nono, (juxta datam Epiſtolæ) vel decimo, ut placet illius datam corrigentibus, aſſeruit Sanctum Jacobum fuiſſe Apoſtolum Hiſpaniæ, ſcripſitque Romano Pontifici Sedem Sancti Jacobi eſſe Sedem Apoſtolicam, quod eſſe non poterat niſi Sanctus Jacobus prædicaviſſet in Hiſpaniâ; idque confirmavit verbis certè deſumptis vel ex Sancto Iſidoro, vel ex antiquis Martyrologiis dicens:

Spaniam, & Occidentalia loca prædicavit.

Qui loquendi modus eſt deſumptus, ut benè animadvertit P. Cuperus, vel ex Sancto Iſidoro, vel ex Martyrologiis antiquioribus, ut conſtabit conferentibus eorum loca à nobis adducta numeris 1470. & 1474. & certum remenebit prædicationem Sancti Jacobi in Hiſpaniâ non fuiſſe laciniam aſſutam Sancto Iſidoro, ut voluerunt aliquot moroſi Critici; quos nos refellimus à numero 1384. & P. Cuperus §. 7.

2614 Denique fidem non merentur Epiſcopi illi, quos Cæſarius ſcripſit (ſi certè ſcripſit) negaviſſe Sanctum Jacobum vivum veniſſe in Hiſpaniam, obſiſtentes illi Traditioni; quia ut ait P. Cuperus:

Nega-

Negabant eam adversantes Episcopi, quia causæ suæ noxiam putabant: scimus enim in hujusmodi controversiis ab utrâque parte litigante dissimulari multa, negari alia, donec manifestè probentur.

2615 Deinde Episcopi illi vivebant x. sæculo, & juxta legem vii. quam scripsimus numero 1010. non est credendum Authoribus recentioribus contra antiquiores, nisi demonstratâ antiquiorum falsitate; & plures antiquiores affirmant Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, qui vixerunt ante sæculum x. ut latè ostendimus in nostrâ Dissertatione parte 3. Sect. 1. Assertione 48. & 49. ergo non est credendum quinque illis Episcopis recentioribus, & ignotis contra tot testes antiquiores sanctitate, scientiâ, & dignitate insignes.

2616 Accedit quod fortassè omnes illi Episcopi erant Galli, & ideò ignorabant, vel non curabant Traditiones Hispanas; nam certè Metropolitanus Narbonensis, Gallus erat, sicuti & Arnulphus Episcopus Gerundensis, qui ex Galliâ deduxit consuetudines Cluniacenses, ut scribit Argaiz *Soledad Laureada* tomo 2. fol. 112. reliqui verò erant illius Suffraganei, illique vellent vel adulari, vel morem gerere contra Cæsarium, qui suâ electione volebat privare Narbonensem jure metropolitico, in eas Hispaniæ Ecclesias, quæ spectabant ad Provinciam Tarraconensem. Authoribus autem exteris non est credendum, si scribant contra indigenas de rebus Patriæ scribentes, ut cautum est lege vi. quam tulimus, & latissimè probavimus à numero 996.

2617 Quid si dixerim Cæsarium finxisse eos Episcopos negasse Traditionem in totâ Hispaniâ celeberrimam, ut illis invidiam crearet, eosque Romano Pontifici deferret? Non enim veritus est dicere peccare eos, qui illi Traditioni contradicebant; ait enim:

O Pater Sancte, ego dico, qui hoc contradicit, quod verum non esset, contradictor est Domini, & legi.

Certè Cæsarii vestigia sequitur zelus nimius eorum Cæsaraugustanorum, apud quos non habetur ut Catholicus, qui negat Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ.

2618 Ex dictis constat non officere Traditioni de fundatâ Æde Cæsaraugustanâ à Sancto Jacobo ea, quæ dicuntur de illis Episcopis Provinciæ Tarraconensis, etiam si Cæsaraugusta esset in eâdem Provinciâ Tarraconensi; nam non legitur Episcopum Cæsaraugustanum restitisse Cæsario; iste enim negare non poterat Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ, cum in Urbe suâ haberet sacellum à Columnâ nuncupatum, ab ipso Apostolo constructum.

2619 Imò neque Cæsarius queritur alios Episcopos Provinciæ Tarraconensis sibi restitisse præter Petrum Barchinonensem, Arnulphum Gerundensem, Hattonem, sive Othonem Ausonensem, Wisadum Orgelitanum, & Emericum Narbonensem: ergo nullus alius Episcopus obstitit Cæsario dicenti Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ; ergo omnes alii Episcopi ejus Provinciæ illius dictis assensum præbuere; ergo plures Episcopos illius Provinciæ referre possumus illo sæculo agnoscentes, & venerantes nostram Traditionem de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi.

2620 Præterea quilibet ex illis quinque Episcopis peculiarem habuit causam ad resistendum Cæsario; & similiter Cæsarius peculiarem habuit causam ad procurandum eos apud Romanum Pontificem reos agi negatæ prædicationis Sancti Jacobi in Hispaniâ. Nam Emericus Narbonensis erat Metropolitanus, sub quo tunc temporis erant alii Episcopi Provinciæ Tarraconensis, & Cæsarius tentabat ipsi auferre illud jus metropoliticum. Hatto, sive

sive Otho Ausonensis ille erat, qui volebat sibi deferri jus Metropoliticum vi cujusdam Bullæ Papæ Joannis XIII. quâ Ecclesia Tarraconensis (eo quod Urbs Tarraco esset sub potestate Saracenorum) uniebatur Ecclesiæ Ausonensi. Petrus verò Barchinonensis, Arnulphus Gerundensis, & Wisadus Orgelitanus, erant judices designati à Summo Pontifice, ad exequendam eam unionem, ut scribit Argaiz *Soledad Laureada* tom 2. de Petro Barchinonensi, folio 86. vers. de Arnulpho Gerundense fol. 112. vers. de Wisado autem folio 53. vers. Et ideò Cæsarius eos accusabat negati Apostolatûs Sancti Jacobi in Hispaniâ, & dicebat eos ideò esse contradictores Domini, legique adversantes, reticendo alias causas, quæ erant illis Episcopis ad oppugnandam illius electionem in Archiepiscopum Tarraconensem.

2621 Et his dilutum remanet novum argumentum, erutum ex Baluzii libro 4. Marcæ Hispanicæ; cujus solutionem acceptam referimus Reverendissimo Patri Guilielmo Cupero Societatis Jesu, Sapientissimo Critico, & in re Historicâ versatissimo; unde ei contigit omnium optimè, & validissimè probare Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi; & diligentiùs profligare argumenta, quæ illi Expeditioni opposuerat Natalis Alexander; & noverint morosi Critici P. Cuperum esse hominem Belgam, ac proinde maximè syncerum, qui cùm non sit Hispanus, nec subditus Regis Catholici, & esse Scriptorem, *cui in hâc re* (ut ipse asserit §. 18. num. 554.) *nec seritur, nec metitur.* Et qui disputationem suam claudit num. 555. his verbis:

> *Atque hæc hactenus disputata sunt in gratiam* veritatis, *quam in toto hoc Commentario præ oculis habui, paratus corrigere, si quid ab eâ aberraverim: sanctè enim profiteor, me ita ad hanc disputationem illustrandam accessisse, ut putaverim non usque adeo solida esse Hispanorum fun-*

damentâ ad prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ asserendam. Sed postea variis monumentis diligenter *excussis, omnibusque utriusque partis argumentis* maturè *expensis, comperi immemorabilem Hispanorum Traditionem, antiquis testimoniis firmatam, omnibus adversariorum argumentis longè prævalere.*

2622 Discant ergo morosi Critici à Sapientissimo viro habere præ oculis *veritatem.* Discant *diligenter* excutere monumenta. Discant *maturè* argumenta expendere. Discant mutare sententiam. Et notum sit omnibus negationem Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi non aliunde ortum habuisse nisi ex ignorantiâ Historiæ, vel ex neglectu Critices, ut ostendi in Dissertatione numero 31. vel quod peius est, ex obfirmatâ contradicendi voluntate, unde hujusmodi morosos Criticos existimo dicendos esse Criticos voluntarios; hi enim in judicando non sequuntur lumen intellectûs, sed abripiuntur impetu voluntatis. Quodlibet enim ex his fortibus, seu potiùs debilibus ingeniis existimat sibi licere usurpare illud Juvenalis Satyrâ *6.*

Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

2623 Repulsis igitur sagittis, quæ adversus constructionem Apostolicam sacelli Cæsaraugustani *à Columnâ* dicti, & à Sancto Jacobo Apostolo ædificati emittebantur, erutæ ex primâ pharetrâ, nempe ex negatione Expeditionis Hispanicæ ejusdem Apostoli, sequitur diluere argumenta Natalis Alexandri, quibus peculiariter oppugnat miraculosam eam Fundationem sacelli MATRIS ADMIRABILIS; & satisfacere scrupulis doctissimi Recentioris, qui hoc sæculo suscepit Provinciam convellendi eam piam Traditionem.

§. II.

§. II.

Diluuntur argumenta Natalis Alexandri contra Fundationem miraculosam Ædis Cæsaraugustanæ à Columna *dictæ.*

2624 SAgittæ ex secundâ pharetrâ erutæ sunt argumenta, quæ Natalis Alexander direxit contra miraculosam Fundationem Ædis Cæsaraugustanæ *à Columnâ* dictæ; cùm enim videret implicare negari Adventum Sancti Jacobi in Hispaniam, & admitti sacellum illud fuisse ab eo Apostolo fundatum; & cerneret validissimum esse testimonium illius Adventûs, constructionem illius sacelli Sancto Jacobo Authore; totis viribus nisus est probare esse falsam Traditionem, quæ clamat Sanctum Jacobum ad ripam Iberi erexisse illud sacellum, idque dicasse MATRI ADMIRABILI viventi, quod etiam num permanet; & ideo rejicit hanc Traditionem velut incredibilem, & in Dissertat. 15. ad Historiam Ecclesiasticam primi sæculi, Propositione 2. quæ extat tom. 1. pag. 159. columnâ 2. lit. F. ait:

Ecclesiam Deiparæ adhuc viventi à Sancto Jacobo erectam quis credat? Quis humillimam Virginem id jussisse sibi persuadeat? Quis id licuisse sub Ethnicis Imperatoribus? Et mediis in persecutionibus sibi fingat, iis temporibus, quibus Christiani Templa nulla habebant, sed privatis in domibus, & in Cryptis cœtus habebant suos?

2625 Quatuor his interrogationibus existimavit Criticus Gallus urgeri Cæsaraugustanæ Ædis cultores, sed egregiè deceptus est: nam unico responso omnibus quatuor

quatuor interrogationibus fit ſatis, dicendo: hæc omnia credidit, ſibique perſuaſit Summus Pontifex Paulus IV. natione Italus, ut jam diximus numero 2542. & hoc ſatis eſſe debet cuipiam probo, prudentique viro, cùm Paulus IV. fuerit Sapientiſſimus, & Fidei Defenſor acerrimus. Unde tutiſſimè poteſt ab omnibus credi, quod à tanto Pontifice creditum eſt, & quod vir tantus ſibi perſuaſit.

2626 Prætereo id credidiſſe, ſibique perſuaſiſſe Sapientiſſimos viros ex omnibus Sacris Ordinibus, ſolumque oppono Natali Alexandro Authores ex ipſius Sanctiſſimo, doctiſſimoque Ordine Prædicatorum Sanctum Vincentium Ferrerium, D. Fr. Joannem Lopes Epiſcopum Monopolitanum; D. Fr. Joannem Thomam Rocaberti ex totius Ordinis Magiſtro Generali, Archiepiſcopum Valentinum, & Hiſpaniæ Inquiſitorem Generalem, alioſque graviſſimos viros ejuſdem Ordinis, quos refert P. Aranaz in Sceptro Fidei Orthodoxæ pag. 479. ex quibus unum producam, Venerabilem virum D. Fr. Hieronymum Baptiſtam de Lanuza Epiſcopum Balbaſtrenſem, & Albarracinenſem, litteris, & morum ſanctimoniâ inſignem, cujus luculentum elogium habetur apud Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum tom. 2. ad annum 1625. pag. 438. Tantus igitur Præſul pluribus in locis teſtatur Ædem Cæſaraugustanam fuiſſe fundatam à Sancto Jacobo Apoſtolo, ut videre eſt tomo 2. Homiliarum Homiliâ 19. num. 21. & Homiliâ 25. numero 11. ſed præcipuè Homiliâ 21. numero 64. ubi ait:

Cæleſte pando myſterium, quod conſiderare ſoleo, ut quibuſdam reſpondeam, à quibus impoſſibilis illa judicatur Hiſtoria, quam totum noſtrum Aragoniæ Regnum ut veriſſimam celebrat, maximèque glorioſam de miraculoſâ Fundatione Sancti ſacelli, ac Sanctuarii Cœleſtis B. Virgi-

Virginis de Columna in Zaragoza. Tam certus est D. Jacobi in Hispaniam Adventus, ut quid securissimâ Traditione confirmatum; ubi namque hæc intervenit, nullum aliud fortius requirendum argumentum, ut antiquus ille dixit Tertullianus. Traditio est, nihil amplius quæras. *Hanc dum suâ perlustrat Apostolus prædicatione, Zaragozam venit, cui ut nobiliori, atque illustriori totius Hispaniæ civitati, paulò ante Cæsar Augustus suum imposuerat nomen: hic aliquos ad Fidem adduxit Discipulos, paucos autem in totâ Hispaniâ Fidei subdidit Christianæ, quorum numerum alii ad septem, alii ad novem tantummodo revocant. Hoc mihi in ore frequenter, hanc in Hispanis plerique Philosophi sententiam, quam ipsa confirmat experientia*: Blanda facilè recipiunt, & faciliùs dimittunt; dura difficilè recipiunt, & difficiliùs dimittunt. *Blanda quaslibet de facili recipiunt figuras imprimendas, & eadem illas dimittunt facilitate; dura verò contrariè non nisi difficulter quælibet recipiunt, sed nec nisi dimittunt eadem difficulter. Satis leviter arenæ littera, seu quælibet imprimitur figura, at quæ levi ventorum flatu dissipatur; idem in aquâ: rupi verò ut illa insculpatur, hoc opus hic labor, at jam insculptam illam licèt totis contendas nervis, non erades. Testatur D. Hieronymus Hispanos esse duros, melancholicos, asperos, non excitatos, non faciles, ut aliæ nationes. Unde describit illos Ezechiel Propheta, pariter & Isaias illos vocat gentem terribilem, duræ cervicis, ut aliàs diximus, nec diffiteri possumus: & nationes alias, nobis esse excitatiores, voluptatum, deliciarumque magis amatores, affabiliores, benigniores, & quantum exteriùs patet, esse mitiores; sicque faciliùs doctrinam Euangelii, Fidemque receperunt: quamprimum enim ad illas appulerunt Apostoli, milleni, & milleni sua dabant nomina Redempto-*

demptori. Porro eandem quoque citius Fidem deseruerunt. Et quantum ex historiis colligimus: unus integram convertit Provinciam Apostolus, & alius aliam. D. Bartholomæus Minorem Armeniam. D. Matthæus Æthiopiam. D. Simon Mesopotamiam. D. Judas Thadæus Ægyptum. D. Joannes Ephesum. D. Paulus alias prope innumeras. D. autem Jacobus adiens Hispanos, paucos admodum Christo conciliavit. Aliæ veruntamen Provinciæ, quæ nullo negotio Fidei colla subdiderunt, eo, & Fidei jugum excusserunt, ut vix aliqui supersit ejusdem, vel parva memoria. Hoc autem Hispanis dignum laude tribuitur, hanc ei coronam appendimus, quod si non nisi arduo labore prædicatum sibi susceperint Euangelium; at verò à jam semel suscepto nunquam disciverunt, nunquam Fides illis Catholica, puraque defecit, ut illum nec omnis in unum conflata potestas inferni, nec immanissimi tyranni, nec Imperii Romani belluina feritas, totiusque Mundi potuerit superare perfidia. Illam tanto fundavit sudore D. Jacobus, ut ad finem legationis suæ in Hispaniam novem solummodo sit Christo lucratus: quâ de causâ, cum mœrore contabesceret, ac noctibus ad ripam fluminis Hebri cum illis secederet oraturus, ut tum temporis mos inoleverat, sicut alio tangimus loco; ob tam exiguum de prædicatione suâ proventum doleret, animo pertæsus: Ecce illi repentè cælorum Regina apparet, licet adhuc vitâ circundata mortali, Angelico producta per aera ministerio, eorumque societate comitata, Columnæ insidens ex lapide Jaspide, mœrentemque blanditiis solatur, ne tristis animum abjiciat, perpenderet autem, quod sæpe numero, licèt grana terræ mandata pauca sint, messis tamen ex his colligatur ditissima, sicque sibi ne dubitet asseri eventurum, nimirum quod ex illis paucis Discipulis principium duceret per totam Hispaniam Fidei messis, nulli comparanda: ad hujus autem

autem promissi certitudinem jubet illa eo in loco sibi in honorem extrui sacellum, quod omnium, quæ Mundus novit, primum esse perhibetur, illo Columnam includens, fortitudinis, ac perenne memoriale stabilitatis.

Ex hâc visione dedit D. Jacobus hujus Sanctuarii ædificationi principium, ut ab illo tempore tam stabilis, atque inconcussa manserit in Christum Fides Catholica, cultusque piissimæ Matris MARIÆ, ut postmodum nunquam ab illâ defecerit; illi nunquam Sacerdotes abessent, sacra lecturi; nunquam illi Fideles, qui quod hominis est Christiani, toto studio complecterentur, ita ut illam diabolica nunquam evertere potuerit potentia, licèt in hoc unanimes conspiraverint, & hinc omnes diaboli, & illinc imperii Romani tyranni sævissimi: cùm enim illa belluinæ portenta feritatis, Diocletianus, & Maximianus toto Fidem, Christique nomen Mundo exturbare toto laborarent pectore, scirent autem Fidem nullibi frequentiorem, purioremque, quàm in Hispaniâ conservari, destinarunt illò efferatæ sævitiæ virum Hispaniæ præsidem Dacianum. Quam primùm huc ille venit, quis numerum recenseat Martyrum, quos gladio cædente Cœlo transmisit invictissimos? Ut autem intellexit Zaragozam multitudinem frequentari Christianorum, Fideque constantiorem, eò velociter accurrit, sedemque figit, ubi tantam invenit Christianorum multitudinem, eosque in Fide adeò bene pertinaces, quorum tantam martyrio effecit frequentiam, ut cùm numerum excedant, illos Ecclesia vocet innumerabiles; sed nec tanta potuit Fidem eruere barbarie, quo salva semper illo in sacello viguit, & illibata. Sed nec postmodum irruentibus Mauris, totâque perditâ Hispaniâ, captâque Zaragozâ, hoc unquam potuerunt demoliri Sanctuarium, diversis licèt vicibus, ac irrito conatu, ejus illi attentarint eversionem.

Refert autem modernus Author, quod Virgo purissima locum illum ab execrabili illâ hominum fœce defenderit, omnes ad unum occidens, qui hanc sacello suo calumniam inferre nitebantur: accedentes enim, repentè mortui in terram corruebant: longè efficaciùs operante Divinâ illâ Arcâ, quam olim legalis illa hujus figura, cunctos irreverenter approximantes interficiens. Quidam hujus se veritati opponit historiæ, dicens, prædicta licet credat, quæ de Mauris evulgantur, attamen non est, ut fieri possit intactum tempore Daciani Sanctuarium potuisse conservari, qui eâ venit intentione Zaragozam, ut totum erueret Christianismum, & ibidem tandem eo animo resederat. Nam aut hujus Sanctuarii aliqualem habuit notitiam; aut non. Dicere verò, quod nullam habuerit, cùm tam in omnium oculis, ac manifestè constructum videretur, ut illud abscondere velle, possibilitati contradiceret, nec arcæ concludi posset, contradictionem involvit. At fateri, quod ejus habuerit notitiam, intactumque reliquerit, ob rationem impossibilitatis, atque incredibilitatis, multæ huic dari possent responsiones argumento, illasque diversas producunt Authores, hujus Sanctuarii defensores. His unam superaddo, desumptam ex doctrinâ, quam prius, ut fundamentum statuimus; scilicet, dum Deus aliquid decrevit illæsum conservare, sic cuncta disponit, ut illud præ oculis habentes ejus adversarii, cujus machinantur eversionem, illam minus possint impedire, aut evertere, sicut in illo constat apertiùs, quod de Moyse prælusimus, nec non in hodierno Salvatoris actu; cùm enim in eum furerent inimici, diabolicâ cuncti malitiâ commoti, quo manus illi violentas injiciant de monte præcipitaturi, inter illos medius velut ambulans pertransibat, qui cæteris erant animosiores. Hoc enim est (Per medium illorum ibat) *ut nec unus quidem tentaret, vel brachium extenderet, quo captivum*

illum

illum comprehenderet. Hoc autem nunc agit suæ defensor authoritatis, quod tempore Daciani, materni honoris faciebat propugnator. Charissimi Deo, quæ Dei sunt, reddamus, ex parte etenim suâ nobis non deerit effusus, sua nobis liberalis tribuet beneficia, gratias, dona, quibus gloriam mereamur æviternam. Amen.

2627 Hoc summi viri luculentissimo testimonio soluta remanent argumenta singula Natalis Alexandri, illo enim probatur non esse incredibile, imò potiùs creditum esse, & credi Ecclesiam Deiparæ adhuc viventi à Sancto Jacobo erectam fuisse, sibique persuasisse eum Doctissimum virum (ut innumeros alios præteream) Pontificem Lanuzam B. MARIAM humillimam Virginem jussisse, ut Ecclesiam Mariano nomini erigeret. Sed de hoc mox dicam latiùs. Probatur etiam Sancto Jacobo licuisse fundare illud sacellum sub Ethnicis Imperatoribus, id ita disponente sapientissimâ Dei Providentiâ, quæ effecit, ut frustrarentur omnium hostium conatus, ut olim delusit Pharaonem volentem perdere Moysen, & delusit Judæos volentes comprehendere Christum, quando nondum venerat hora ejus. Prætereo responsione indignum esse id, quod objicit Natalis Alexander, non licuisse Sancto Jacobo construere illud Templum, quia ipse erat mediis in persecutionibus; nam certum est tempore D. Jacobi nullas in Hispaniâ fuisse persecutiones, nam prima persecutio fuit tempore Neronis, aliquot annis post mortem Sancti Jacobi; nam Nero Primus Cæsarum Christianum sanguinem hausit, circa annum Christi sexagesimum sextum, ut videre est apud Joannem Baptistam Masculum in libro inscripto *Gladius, ac Pugio impietatis, sive Persecutiones Ecclesiæ cruentæ*, pag. 7. ubi de persecutione Neronis Imperatoris; Sanctus autem Jacobus decollatus fuit ab Herode, anno æræ vulgaris quadragesimo quarto, ut vult

Cardinalis Baronius, vel quadragesimo secundo, ut volunt alii, vel quadragesimo quinto, ut alii existimant, semper utique plusquam viginti annis ante primam persecutionem in Hispaniâ visam.

2628 Neque tam certum est Christianos in Primitivâ Ecclesiâ nulla habuisse Templa, supra enim à numero *2398*. usque ad numerum *2416*. enumeravimus aliquot Templa ab Apostolis ædificata, pluraque condita fuere ab Apostolorum Discipulis, neque ista Templa, sive sacella tam conspicua esse opus erat, ut non possent ab Ethnicis ignorari; non enim habebant turres, vel alia ornamenta, quibus à vulgaribus ædificiis illa distinguerentur, cognoscerenturque ab non introeuntibus in Sacras illas Ædes. Unde tempore Gentilium plura extitere Templa Christianorum, quæ Gentilibus incognita fuere, etiam in ipsâ Româ: unde multò faciliùs id evenire poterat Cæsaraugustæ, præsertim sacello à Columnâ dicto, quod cùm miraculosè ædificatum fuerit, non dubitandum est miraculosè conservatum fuisse à MATRE ADMIRABILI, in cujus honorem conditum est, ipsiusque jussu erectum.

2629 Hic locus est probandi contra Natalem Alexandrum, aliosque Criticos morosos non esse à ratione alienum, neque dedecuisse humilitatem Sanctissimæ Virginis MARIÆ jubere, ut in sui adhuc viventis memoriam, honoremque sacellum erigeretur, quod sic ostendo. Sanctissima Virgo adhuc vivens Sanctior erat quocumque alio Sancto in Cœlis regnaturo, jamque post mortem regnante, cùm jam tunc Mater Domini maiorem cumulum gratiæ adepta fuerit, quàm omnes Beati simul acceperant, ut docent Sapientissimi Theologi, inter quorum primos excellunt Paulus Aresius noster, postea Episcopus Derthonensis, qui ob egregiam sapientiam dictus fuit Trismegistus, is enim fuit unus, qui Sanctissimæ Virginis *gratiam*,

tiam, gloriæque cumulum ingenio emensus Divorum simul omnium gratiam, gloriamque multis partibus excedere non affirmaverit modo privatim, ac publicè; sed stricto etiam calamo defenderit, ut scribit noster Silos in Historiarum Clericorum Regularium parte 2. lib. 9. pag. 431. Eandem sententiam tenet Doctor Eximius Magnus Suarius tomo 2. in tertiam partem Quæst. 37. Disput. 18. Sectione 4. Paragrapho *Dico secundo.* Idem docent Petrus Morales, Sebastianus Barradius, Vincentius Regius, & Ferdinandus Quirinus de Salazar, quos citat, & sequitur Joannes Baptista Novatus de Eminentiâ Deiparæ tomo 2. cap. 6. q. 24. Christophorus de Vega in Theologiâ Marianâ, Palæstrâ 16. certamine 2. & alii apud ipsum. Deinde hanc gratiam conservatura erat usque ad ultimum vitæ instans, habebat enim moralem impotentiam ad peccandum, ut docet modo citatus Vega in eâdem Palæstrâ 16. certamine 11. Sicuti ergo Templa dicata sunt in honorem unius, vel alterius Sancti in Cœlo regnantis, sic potuerunt ædificari in honorem MATRIS ADMIRABILIS, etiam viventis, quia jam tunc Sanctior erat non solùm quolibet Sancto, sed etiam omnibus simul sumptis, eamque sanctitatem numquam amissura erat, ut pote quæ fuerat à primo suæ Conceptionis instanti in gratiâ confirmata, confirmatiorque reddita ex eo tempore, quo Mater Dei effecta est.

2630 Prætereo non incelebrem, sed nobilissimam eorum sententiam, qui asseruerunt Beatissimam Virginem in hâc mortali vitâ illustratam fuisse visione intuitivâ Dei, quam luculentissimè tractavit Sapientissimus Magister Doctor Marianus Reverendissimus Pater Fr. Isidorus à Luce, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Minister Provincialis in Conimbricensi Academiâ Primus, ac Primarius Controversiarum Fidei contra Hæreses nostri temporis Magister, in doctissimâ *Disputatione de permanente visione*

ſione intuitivâ Dei, quam habuit Virgo Mater in primo ſuæ immaculatæ Conceptionis inſtanti, uſque ad ultimum ſuæ domitionis, & per totam æternitatem continuata, quæ ſola unum complet volumen, quod manuſcriptum penes me habeo, maximique facio. Hanc ſententiam, inquam, prætereo, nam etiam illâ non admiſſâ, adhuc conſtat MATREM ADMIRABILEM dignam fuiſſe Aris, & Templis, dum in vitâ mortali degeret, propter eximiam, & numquam ammiſſam, neque ammittendam ſanctitatem. Unde in eo ſtatu, in illius nominis honorem dicari Templum Deo, fuit laude dignum, & meritorium.

2631 Ex hoc eruitur reſponſio ad aliud Natalis Alexandri, aliorumque argumentum, quo dicitur dedecere humilitatem Sanctiſſimæ Virginis jubere, ut ſuo honori Templum dedicaretur. Nam quis dicet, dedecere Virginem jubere opus laudabile, & meritorium?

2632 Aliam ſolutionem libet adducere: Negari non poteſt B. Virginem illud præceptum potuiſſe edere Sancto Jacobo, Spiritu Sancto inſpiratam, ſi enim *Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines*, ut ait Sanctus Petrus Epiſtolâ 2. cap. 1. verſ. 21. quidni locuta fuerit Sanctiſſima Virgo Spiritu Sancto inſpirata? Si autem locuta eſt inſpirante Divino Flamine, quiſnam audebit dicere, illud præceptum dedecere Virginis Sanctiſſimæ humilitatem?

2633 Ulteriùs nemo dixerit dedecuiſſe humilitatem MATRIS ADMIRABILIS prædicere in Cantico ſuo ſe Beatam dicendam eſſe ab omnibus generationibus, in quo dixerat Deum reſpexiſſe humilitatem ancillæ ſuæ. Quis dicet dedecuiſſe humilitatem B. MARIÆ patefacere Dominum, qui potens eſt, feciſſe ſibi magna?

2634 Quid ſi dixerimus cum Patre Aranaz, & Patre Urquiola humilitatem Sanctiſſimæ Virginis maximè

fulſiſſe

fulsisse in eo mandato, quo præcepit Sancto Jacobo, ut in Mariani nominis honorem sacellum Deo consecraret? Adeat Lector hos duos Authores; primum quidem in Sceptrô Fidei Orthodoxæ pag. 307. usque ad 327. & inde, efficaciùs probantem humilitati Sanctissimæ Virginis MARIÆ fuisse maximè consentaneum illud erigendi sacelli mandatum usque ad pag. 363. ubi eruditam de hâc re Dissertationem claudit. Secundum autem nempe Patrem Urquiolam in Sacrâ Columnâ Hispaniæ pag. 309. usque ad pag. 315. ubi breviùs, non tamen minus nervosè, diluit illud argumentum.

2635 Idem, quod Patres Aranaz, & Urquiolà, dixerat ante alios Venerabilis Pater Murillo in Fundatione miraculosâ sacelli Angelici, & Apostolici Matris Dei à Columnâ dicti capite 11. ubi hoc, aliaque argumenta superiùs adducta dissolvit, quibus postea usus Natalis Alexander, non probavit fuisse inefficaces illorum solutiones: unde meritò contemnenda sunt ea argumenta juxta legem xi. quam præscripsimus in Dissertatione parte 2. Sectione VII. numero 1023. quæ ita se habet:

> *Ne credito Authori, quia ea, quæ asserit, probat argumentis jamdudum solutis, nisi apertè demonstret solutionum vitia.*

Cujus legis rationem eo loco exposuimus. Hanc legem olim proposui à me sequendam in Regali Academiâ die 9. Octobris anno 1721. ut constat ex Collectione instrumentorum ejusdem Regalis Academiæ, eo anno editâ. Ex quâ illam laudat in libro edito Matriti anno 1729. in quarto pag. 154. Sapientissimus, ac Reverendissimus Pater Fr. Franciscus de Bergança, vir undequaque laude dignissimus, qui meritissimè obtinet generalem, ac supremum Magistratum Congregationis Sancti Benedicti per Hispaniam, & Angliam hoc anno 1730.

§. III.

§. III.

Diluuntur argumenta Doctissimi Authoris, qui novissimè oppugnavit Apostolicam Fundationem sacelli Cæsaraugustani.

2636 SOlutis antiquis argumentis, quibus aliquot superioris sæculi Critici oppugnavere Apostolicam Fundationem sacelli Cæsaraugustani à Columnâ dicti, superest, ut diluamus ea, quæ à nobili hujus sæculi Critico contra eandem Fundationem opposita fuerunt.

2637 Primum argumentum est deductum à silentio undecim, vel si mavis, tredecim sæculorum; dicitur enim sine fundamento asseri, quod ab antiquioribus scriptum non reperitur; nullus autem Author usque ad undecimum, vel tertium decimum sæculum locutus est de fundato sacello Cæsaraugustano à Sancto Jacobo Apostolo: ergo sine fundamento id asseritur.

2638 Hoc argumentum, quod nonnullis morosis Criticis videri poterit validissimum, nullius est roboris; est enim argumentum abnutivum, seu inficiale, seu negativum, vel ab authoritate negatâ, quod nullius ponderis esse, latè probavi contra Joannem Launoium in Dissertatione nostrâ à numero 829. Iis, quæ illic dixi, addo Authores viventes non posse negare ea, quæ ante quatuor sæcula, vel si mavis, ante tria, dicta sunt, nisi probent Authoribus antiquioribus quatuor sæculis, vel etiam tribus, contrarium iis, quæ abhinc trecentis annis scripserunt; cùm autem nostra Traditio reperiatur jam à tertio

tio decimo sæculo, ut nobis conceditur, quo jure impugnabitur hoc sæculo decimo octavo, cùm juxta legem VII. scriptam Sectione VII. numero 1010. ubi dicitur:

Ne credito in re historicâ Authori Recentiori scribenti contra antiquum, nisi quando Recentior ea, in quibus dissidet ab antiquo, probaverit documento certo, & antiquiore Authore antiquo, quod sit authenticum, syncerum, & absque ullo vitio.

2639 Qui autem negant illam miraculosam Fundationem sacelli Cæsaraugustani, id non probant ullo documento certo, & antiquiori Authoribus illam Fundationem affirmantibus. Unde istiusmodi impugnatoribus credendum non est.

2640 Secundum argumentum est non esse certum MATREM ADMIRABILEM adhuc vixisse anno quadragesimo primi sæculi, ut tunc vivens posset invisere Sanctum Jacobum, neque Sanctum Jacobum degisse Cæsaraugustæ eo anno quadragesimo primi sæculi. Hoc argumentum etiam nullam habet vim; nam nihil opus est produci vitam Sanctissimæ Virginis, neque Sancti Jacobi usque ad annum quadragesimum, cùm uterque potuerit esse Cæsaraugustæ anno trigesimo sexto, vel trigesimo septimo, imò trigesimo quinto, ut doctè probat eruditissimus Author, qui latere voluit sub nomine Pauli de Offera, Dominæ nostræ Infantuli, in solidissimo opusculo inscripto *Baza de la Tradicion de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoza* §. 3. numero 28. Imò vel trigesimo tertio, ut habetur ex Doctissimo P. Petro Courcier Societatis Jesu, homine quidem Gallo, non Hispano, qui in libro inscripto *Negotium sæculorum Maria* ad annum Mundi 4016. Christi 33. ait:

Insuper hoc etiam anno Jacobus Zebedæi proficiscitur in Hispaniam: cui posito in ripâ Iberi prope Cæsaraugus-

tam, Deipara adhuc vivens apparet, & insidens Columnæ marmoreæ, eidem jubet, sacellum illic sibi construi, ac ritè consecrari: quod sacellum del Pilar, *id est, de Columnâ ideò appellatur.*

Nihil hoc testimonio hominis à partium studio alieni dici potest luculentius.

2641 Prætereo Beatissimam Virginem Sanctissimam vitam suam produxisse multò ultra eum annum quadragesimum, ut docent clarissimi Authores, multisque solidis fundamentis confirmant. Adeò ut modo laudatus P. Courcier, in eodem opere ad annum Mundi 4039. Christi verò 56. scripserit:

Tandem in terrà esse desiit Beatissima Virgo, quam fert communis opinio annos vixisse septuaginta duos.

In cujus asserti confirmationem gravissimos, incorruptissimosque producit testes, inter eosque Patrem Annalium Ecclesiasticorum, Sapientissimum Cardinalem Baronium.

2642 Sanctum autem Jacobum venisse Cæsaraugustam tam certum est, quàm est certum MATREM ADMIRABILEM illi apparuisse ad ripam Iberi fluminis; hoc autem tam certum est, ut jam illud negari non possit, ut testati sunt clarissimi Viri Sacræ Rituum Congregationis, quando tempore Summorum Pontificum Clementis XI. & Innocentii XIII. tractatum est de illâ Cæsaraugustanâ Apparitione, illaque inserta est Lectioni VI. Divini Officii. Adeò ut vel ipse Fidei Promotor Illustrissimus, & Sapientissimus Prosper Lambertinus, nunc S. R. E. Cardinalis, censuerit non esse prudentis hominis nostram Traditionem impugnare, ut supra animadverti numero 2250.

2643 Tertium argumentum est Relationem Taionis carere authoritate propter aliquot, quæ continet probantia, scriptam esse ab Authore Recentiore temporibus Taionis.

Huic

2644 Huic argumento respondeo nos non niti authoritati Taionis: unde de fide debitâ illi Relationi non curamus; licèt dici posset de illâ Relatione quod de Actis Sancti Mauri dicitur ab eruditissimo Theodorico Ruinart, in Apologiâ Missionis Sancti Mauri, Benedictinorum in Francia Apostoli, Gallicè conscripta, editaque anno 1720. & refertur à P. D. Bernardo Pez in Bibliothecâ Benedictino-Maurianâ lib. 1. pag. 235. ubi de Ruinarto loquens, ait:

> *Quamvis Acta Sancti Mauri interpollata fuerint, certos tamen in iis residuos esse caracteres, quibus sarta tecta maneat eorum authoritas, ac secerni haud difficilè valeant posterioris manûs additamenta à primis ductibus, qui Missionis Sancti Mauri testimonium ferunt, nullis argumentis, sive Basnagis, sive aliorum (quæ quam infirma sint ostendit) concutiendum.*

Addo tamen, cujuscumque ætatis fuerit Auctor, vel si mavis Adauctor illius Relationis, eum certè fuisse antiquiorem iis, qui eam Apparitionem negant: unde contra ipsum non sunt audiendi juxta citatam legem VII. de quâ part. 2. in vestibulo Sectionis 7. num. 1010.

2645 Quartum argumentum deducitur à silentio Episcopi Petri Libranæ, quod nihil nobis officere abundè probavimus supra à numero 2533. usque ad numerum 2537. hoc incluso.

2646 Quintum argumentum est à silentio Hieronymi Zuritæ, clarissimi Aragonicorum Annalium Scriptoris, cui dicimus, in primis nos jam satis probasse, argumentum à silentio nihil valere; deinde Zuritæ scribenti res noni sæculi nihil opus fuisse scribere ea, quæ sæculo primo gesta fuerant, ut sapienter animadvertit Doctissimus Paulus de Offera in jam citatâ *Bazi Traditionis* §. 5. numero 38.

2647 Sextum argumentum deducitur, supponendo

non constare Sanctum Jacobum accessisse ad ullum ex locis Hispaniæ, cui respondeo, hoc argumentum efformari non posse ab iis, qui cum Martyrologio, quod dicitur Sancti Hieronymi, affirmant Sanctum Apostolum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ, ex quibus unus pro mille sufficiat Doctissimus Ferreras, qui duplici Dissertatione illam Apostolicam prædicationem solidissimè asseruit; implicat enim, quòd Sanctus Jacobus prædicaverit in Hispaniâ, & in nullo Hispaniæ loco prædicaverit. De locis autem, in quibus Sanctus Apostolus prædicaverit, consulenda est uniuscujusque loci Traditio; plures autem sunt in Hispaniâ urbes, in quibus viget Traditio, ipsas Sanctum Apostolum audiisse prædicantem, vel ab illius Discipulis in Hispaniâ habitis Christi Fidem hausisse.

2648 Brachara Augusta gloriatur Sanctum Jacobum eâ in urbe Christum annuntiasse, ut scribit D. Maurus Castella Ferrer in Historiâ Sancti Jacobi libro 1. capite 17. Idem sibi evenisse prædicat in Gallecia, Iria Flavia, ut testatur idem Author eodem libro capite 18. Idem dicit de urbe Lucensi capite 19. Idem de Hispali, Granata, Carthagena, seu Carthagine Spartaria, Toleto, & Astorga eodem libro capite 20. Idem de Provincia Cantabrica capite 21. Idem denique de Tarracone, Valentia, Barcinone, & Cæsaraugusta, capite 22.

2649 Omnes istæ supradictæ civitates, aliæque similem Traditionem conservant, nulla verò Traditionem suam stabilit solidioribus fundamentis, quàm Cæsaraugusta. Quorsum igitur dicitur non constare Sanctum Jacobum prædicavisse in ullâ Hispaniæ Civitate; quomodoque id admitti potest ab iis, qui Sanctum Jacobum prædicasse in Hispaniâ asseverant?

2650 Septimum argumentum eruitur ex formâ Imaginis MATRIS ADMIRABILIS, quæ supra Columnam

nam

nam colitur, de quâ dicitur ab oppugnatoribus, non bene referre prototypum suum, cui argumento satis accuratè respondet Doctissimus Offera in citatâ Bazi Traditionis §. 5. numero 39. cujus solutioni nihil addendum videtur, nisi supponere hos Criticos Imagines semper debere ad vivum repræsentare prototypos, omnesque Imagines miraculosè factas debere esse prototypis simillimas, ac proinde inter se omninò similes, quod est manifestè falsum; constat enim Imagines miraculosè factas differre inter se colore, habitu, longitudine, & situ; constat plures Sanctos apparuisse habitu, quo nunquam viventes usi sunt. Plura hujusmodi exempla possem afferre, sed paucis contentus ero.

2651 Princeps Apostolorum nunquam induit habitum Clericalem, & tamen anno 845. apparuit Sarracenis Clericali habitu indutus, ut testatur Leo Ostiensis in Chronico Casinensi lib. 1. cap. 21. Nunquam indutus est habitu Canonicali, & tamen anno 1087. apparuit quibusdam peregrinis, habitum gestans Canonicalem; ut scribit idem Author libro 3. cap. 62. & 63. Neque Sanctus Petrus, neque Sanctus Paulus usi sunt habitu Episcopali, & tamen hoc in habitu visi sunt à Taione Episcopo Cæsaraugustano, ut scribit Cardinalis Baronius ad annum Christi 649. numero 80. Sanctus Petrus nunquam usus est coronâ Pontificiâ, seu eâ Thiarâ, quâ utitur Summus Pontifex, & tamen visus est eam coronam in capite gestans, ut testatur Sanctus Petrus Damianus libro 3. Epistola 10. Quæ omnia exempla collegit Doctissimus Pompeius Sarnellus Episcopus Vigiliensis in Epistolis Ecclesiasticis tomo 2. Epistola 29.

2652 Ut multa alia præteream, plurima nobis exempla unus suppeditat Sanctus Jacobus Apostolus, qui sæpissimè visus est equo insidens armatus, strictumque gladium

dium vibrans, & tamen dum viveret, piſcator, non Eques fuerat.

2653 Igitur cùm non ſemper, imò fortaſſè nunquam Imagines perfectiſſimè referant ſuum prototypum, etiam ſi miraculoſè pictæ, vel ſculptæ ſint, ſeu quocumque alio modo efformatæ, quomodo probari poterit non fuiſſe miraculoſè factam, Sanctoque Jacobo relictam eam Imaginem MATRIS ADMIRABILIS, quæ Cæſarauguſtæ ſupra Columnam colitur?

2654 Dicitur Puerulum JESUM non fuiſſe geſtatum à Virgine MARIA nudum, dum viveret; ergo inconcinnè ſculptum eſſe veſtibus ſpoliatum, cui reſpondeo hoc habitu, vel ut rectiùs dicam, hâc nuditate melius repræſentari Domini Noſtri paupertatem.

2655 Quod dicitur de aviculâ, quam Divinus Puer manu tenet, nihil officit Imaginis dignitati; nam fortaſſè grande habet myſterium; hoc enim oſtendi poteſt Puerum illum eſſe Deum Omnipotentem, qui illudit dæmoni quaſi avi, ut eruitur ex Job cap. 40. verſ. 24. vel voluiſſe commendare Divinam Providentiam, quæ proſpicit etiam minimis Cœli volatilibus juxta id, quod Chriſtus dixit Matthæi *6*. verſ. *26*.

> *Reſpicite volatilia Cœli, quomodo non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter coeleſtis paſcit illa.*

2656 Quod dicitur de coronâ Imaginis, nempe Virginem MARIAM nunquam geſtaſſe coronam, ac proinde non bene repræſentari in Imagine coronata, tantum abeſt, ut ullam habeat vim, quin potiùs videatur ſugillare Sanctiſſimam, & univerſalem conſuetudinem Eccleſiæ Catholicæ proponentis Fidelium venerationi Imagines Sanctiſſimæ Virginis coronis ornatas. Deinde quis dicet non repræſentaviſſe Auguſtiſſimam Virginem mulie-

mulierem illam, quam Sanctus Joannes Euangelista capite 12. Apocalypseos vidit amictam Sole, & in cujus capite erat corona stellarum duodecim?

2657 Quis dicet antiquam illam Arcam Fœderis non repræsentavisse Sanctissimam Virginem Mariam, quæ in Litaniis Lauretanis audit *Fœderis Arca*? Quis id intendat probare ex eo quod Arcam illam cinxerit corona juxta præceptum Domini (Exodi cap. 25. vers. 11.) cùm tamen Augustissima Virgo in terris non gestaverit visibilem coronam?

2658 Imò ex eo quod Arca Fœderis redimita erat corona, perfectius repræsentavit Virginem terræ, Cœlique Reginam. Unde noster Joannes Baptista Barcisa Clericus Regularis, ingenio, eloquentia, eruditione, & scriptis clarissimus, eruditum scripsit opusculum inscriptum: *L' Arca Incoronata*, quo describitur Apparatus templi nostri Veronensis, Sancto Nicolao dedicati, pro solemnitate Coronationis Imaginis Sanctæ Mariæ Lauretanæ, Veronæ cultæ in domo nostra Sanctæ Mariæ de Glarea in sacello Sacræ Ædi Lauretanæ per omnia simili, excitato, & ornato à clarissimis nostri Ordinis Viris, Aloysio Novarino, & Joanne Chrysostomo Philippino. Hæc autem Coronatio facta fuit anno 1709. aureâ coronâ, quam Illustrissimum, & Reverendissimum Capitulum Basilicæ Vaticanæ Româ misit nostræ illi Marianæ Imagini, ut exequeretur Testamentum Illustrissimi Comitis Alexandri Sfortiæ, ejusdem Basilicæ Canonici, qui supremis tabulis reliquit ingentem aureorum summam, ex cujus redditibus conficerentur in perpetuum aureæ coronæ mittendæ Marianis Imaginibus, quæ celebres essent antiquitate, miraculis, & cultorum frequentiâ. Quantâ cum pompâ celebrata fuerit Veronæ illa Lauretanæ Virginis coronatio explicavit eleganter Eques Germanus Be-

noni

noni Doctor Philosophus, & Medicus in libro inscripto *LA MAESTA' CORONATA componimento Istorico-Panegirico diviso in molti discorsi fondati sopra l' Istoria della solennissima coronatione della Sagrata Imagine della Santissima Vergine MARIA DI LORETO della Giara in Verona de' M. RR. Padri Clerici Regolari Teatini.* Patavii anno 1714. in fol. paginis 300. cum figuris in æs incisis. Clericus autem Regularis, cujus eo in libro non semel fit mentio suppresso nomine; scilicet pag. 58. & 245. est supra laudatus Joannes Baptista Barcisa, qui modestiæ causæ suum voluit celari nomen, tam hîc ubi exponitur Apparatus Ecclesiæ ab eo ingeniosissimè inventus, & appositissimè constructus ex variis Sacræ Scripturæ historiis, quàm in pluribus, quos scripsit libris, sed illius patefactum est nomen à Reverendissimo P. D. Caietano Pinello nostri Ordinis Præposito Generali, (Viro, qui ut est sanguinis splendore clarissimus, ita amat subditorum nomina clarescere) qui nomen exprimens Joannis Baptistæ Barcisæ concessit, ut imprimeretur hujus liber inscriptus *Pius amor inter lilia, & jacula modulatus.* Inde factum esse existimo ut Petrus Antonius Bernus Typographus ad calcem hujus libri ediderit syllabum Operum Patris Barcisæ sparsim editorum, quæ sunt:

I. Nazareth Veronensis instaurata,

II. Il sacro Rationale,

III. Betulia Assediata, Penitente vittoriosa,

IV. L' Arca incoronata,

V. L' Apparato . . . . per l' Incoronatione &c.

VI. La Imprese di Santo Gaetano,

VII. S. Gaetano in Verona,

VIII. Il Santo Forte, cioè le Azioni di S. Andrea Avellino C. R. comprese in dodici encomii,

IX. Ristretto della vita di S. Andrea Avellino,

X. Ri-

X. Ritus pro ineuntis anni Sancti auspicio,
XI. Ragguaglio del sacro Abitino dell' immaculata Concettione di Maria,
XII. La vita del Pane della vita,
XIII. L' Albero della vita,
XIV. Pius Amor inter lilia, & jacula modulatus.
Veronæ 1723.

2659 An Pater Barcisa alia ediderit, ignoro; calamum tamen illius non esse solitum feriari, probè scio; utpote qui dum Veronæ degerem, in illius amicitiam, & consuetudinem veni. Sed ex iis, quæ hîc de eo dixi, nihil amicitiæ datum est, sed solùm grato animo erga virum, qui egregiè ostendit Arcâ coronatâ repræsentatam fuisse Beatissimam Virginem Mariam.

2660 Quid si dixerim, Arcam illam coronatam peculiarius repræsentavisse Virginem Mariam in Columnâ Cæsaraugustanâ cultam? Fideijussorem habeo Illustrissimum Lanuzam jam citatum, cujus verba hîc adducam; illâ enim in Homiliâ 21. num. *65*. de Virgine Cæsaraugustanâ loquens, ait:

> *Refert autem modernus Auctor, quod Virgo purissima locum illum ab execrabili illâ hominum fœce defenderet, omnes ad unum occidens, qui hanc sacello suo calumniam inferre nitebantur: accedentes enim, repentè mortui in terram corruebant, longè efficaciùs operante Divinâ illâ Arcâ*, quam olim legalis illa, hujus figura, *cunctos irreverenter approximantes interficiens.*

Non igitur absonum est, Virginem Cæsaraugustæ cultam repræsentari in Arcâ coronatâ; multòque minus in statuâ coronatâ, licèt Augustissima Regina Cœli dum vixit, non gestaverit visibilem coronam. Neque ex coronâ illius statuæ argui potest esse recens Sanctissimum illud simulacrum, alienum ve à moribus Primitivæ Ecclesiæ.

2661 Denique Sanctissima Virgo ibi reliquit eam Imaginem, ut semper coleretur Dignitas, quam jam tunc habebat; tunc autem jam erat Regina Angelorum, & Apostolorum, cujus Regiæ maiestatis insigne est corona, ut omnes norunt, ac proinde relinquere ibi debuit Imaginem coronatam. Reliquit eam Imaginem coronatam, ut Apostolum Jacobum, aliosque doceret Deo, sibique placere Imagines suas coronatas Populorum venerationi exponi, inde factum est ut Beatissimæ Virginis Imagines ubique spectentur coronis ornatæ.

2662 Tandem quod dicitur de calceis illius Sacræ statuæ, diffidentibus à formâ calceamentorum Virginum Hebræarum, nihil urget contra antiquitatem illius Imaginis, nam jam diximus, non omnes Imagines perfectè adumbrare prototypum. Deinde non adeò est certum quam formam, figuramque habuerint calcei Hebræorum, ut possit dici Calceos illius Imaginis non esse consentaneos Imagini Virginis Hebrææ; nam Antonius Bynæus de calceis Hebræorum libro 1. cap. 6. numero 2. ait:

> *Apud Hebræos qualis calceorum forma fuerit non adeo certum est; in Sacris monumentis enim de calceorum formâ occurrit omnino nihil.*

Si igitur certum non est, quænam fuerit forma calceamentorum, quibus usæ sunt mulieres Hebrææ, quomodo dici poterit calceos Sacræ illius Imaginis dissimiles esse calceis Virginum Hebræarum?

2663 Octavum denique argumentum desumitur ex paupertate Sancti Jacobi, ejusque Discipulorum, quâ suppositâ, non poterant erigere sacellum. Huic argumento facili negotio satisfit; nam Sanctus Jacobus, ejusque Discipuli non erant pauperiores aliis Apostolis, qui sacella construxere, ut latè probavimus supra à numero 2395.

2395. usque ad numerum 2420. hoc incluso. Deinde hoc sacellum Cæsaraugustanum, cùm fuerit constructum non solâ hominum diligentiâ, sed etiam Angelorum operâ, non egebat divitibus Fundatoribus, MATERque ADMIRABILIS, ejusque Filius Deus Omnipotens condi jusserunt illud opus in perenne suæ erga Hispaniam protectionis monumentum. Unde ratione humanâ non post argui contra illud opus, hocque pacto ostenditur (quo solo ostendi potest) RATIONEM patrocinari Traditioni, Consuetudini, Fideique, à quibus etiam si desint scripta monumenta, res, factaque abundè probantur, teste Tertulliano, quem numero 2177. produximus in Proœmio hujus Lucubrationis.

2664 Superest igitur, ut immortales gratias habeamus Deo Optimo Maximo pro misso Sancto Jacobo Maiore ad nostram Hispaniam illustrandam, & longè uberiores pro MATRE ADMIRABILI missa ad Sanctum Jacobum invisendum, ipsique promittendum, fore ut nos Hispani semper gavisuri simus de potentissimo Reginæ Cœli patrocinio. Superest, ut gratum testemur animum erga gravissimos Authores, per quos profecimus, dum eos longè sequuti ipsorum vestigia semper adoravimus. Superest denique, ut nos non ingratos exhibeamus, vel ipsis morosis Criticis, à quibus oppugnamur; cùm ab ipsis nobis data sit occasio, pro veritate decertandi, & pro Deo, Deique Matre laborandi, inserendique nos Scriptoribus Marianis, quorum numerus ab oppugnatione sempre crescit, crescetque, licet namque defensoribus Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, & miraculosæ Fundationis sacelli Cæsaraugustani *à Columnâ* nuncupati, dicere modò morosis Criticis, quod olim Gentibus scripsit Tertullianus in Apologetici fine: *Plures efficimur, quoties metimur à vobis; semen est sanguis Christiano-*

rum; nam ſicuti olim, quando gladius Gentilium in unum Chriſtianum animadvertebat, plures prodibant Chriſtiani, fiebantque plures Martyres, hoc eſt, plures teſtes veritatis; ſic nunc quotieſcumque quis moroſus Criticus ſtringit calamum contra quempiam aſſerentem Sanctum Jacobum, & MATREM ADMIRABILEM veniſſe in Hiſpaniam, ſtatim prodeunt plures Scriptores, qui non timentes hujuſmodi Criticorum ludibria, & ſarcaſmos ſcribunt pro gloriâ Sancti Jacobi, & Virginis Auguſtiſſimæ, gaudentque fieri teſtes, hoc eſt, Martyres veritatis.

2665 Et licèt oſtendiſſe moroſis Criticis veritatem, fuerit optimus modus illis referendi gratiam: *Si mens non læva fuiſſet;* quia tamen eorum ſententia non tam provenit ex obcæcatione intellectus, quàm ex obſtinatione voluntatis, oportetque, ut ipſi ad Deum cum Eccleſiâ (in Secreta Miſſæ Sabbati ante Dominicam Paſſionis) dicant:

Ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates.

Nos pro ipſis, ipſorumque felicitate preces quotidie fundimus ad MATREM ADMIRABILEM, ipſamque Sedem Sapientiæ, hoc fine colentes Salutatione Angelicâ, & Antiphonâ *Salve Regina*, quæ precationes, & ipſi ſemper fuere gratiſſimæ, & quotidie recitantur in Templo *Columnæ*. Salutatio quidem Angelica toties quoties id præſcribit Breviarium, Antiphona verò *Salve Regina* ſingulis diebus cantatur à pueris, quos ſupra numero 2425. ratione habitûs dixi Clericos in minoribus; inſerviunt enim Eccleſiæ ſuperpelliciis induti, ut ſcribit V. P. Morillo in Fundatione ſacelli Angelici *à Columnâ* dicti cap. 13. pag. 110. Et quod maximè notandum eſt, quia tam Salutatio, quàm Antiphona fuerunt ab Angelis cantatæ (ut legitur in Myſtica Civitate Dei parte 3. lib. 7. cap. 17. numero 350.) quando Sanctiſſima Virgo dum inter vivos

vos degeret, apparuit Sancto Jacobo ad ripam Iberi, & (quod nullus, quem sciam, ante nos animadvertit) totidem litteris arte anagrammaticâ dispositis, exhibent Historiam Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, & fundati ab eo sacelli Cæsaraugustani *à Columnâ* dicti, & honori MATRIS ADMIRABILIS, dum adhuc viveret, dicati, ut constabit ex nostro *Anagrammatismo Mariano-Jacobæo*, quem superiori anno die 19. Maii legi in Regali Academiâ, postquam recitavi Orationem Academico-Marianam, quâ recensens quæ scripseram hoc Commentario Historico *de MATRE ADMIRABILI, à Sancto Jacobo Maiori Cæsaraugustano Templo cultâ*, rationem studiorum meorum de more reddidi. Anagrammatismus ipse sic habet.

ANAGRAMMATISMUS MARIANO-JACOBÆUS,

In quo ex duplici anagrammate, uno Salutationis Angelicæ, altero verò Antiphonæ Salve Regina *eruitur Historia Fundationis sacelli Cæsaraugustani* à Columnâ *dicti, à Sancto Jacobo Maiore constructi*

AD HONOREM SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ

MATRIS ADMIRABILIS.

PROGRAMMA PRIMUM.

Ave Maria gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus, Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc, et in hora mortis nostrae. Amen.

ANAGRAMMA PRIMUM.

MATRI ADMIRABILI
Beanti ripam Iberi
ARAM REFUGII
à Columna *nuncupatam*
statuit.
JACOBUS.
Ore vera docens,
Custos Hispaniae,
Tonitru ardens,
rubente stricto ense
cuneum destruet
Suis nocentem.

Probatio Anagrammatis primi.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r	ſ	t	u	omnes
17	5	8	4	17	1	1	1	17	2	8	13	8	3	13	12	15	14	159.

PRO-

PROGRAMMA SECUNDUM.

Salve Regina, Mater miſericordiae, vita, dulcedo, et ſpes noſtra ſalve. Ad te clamamus exules filii Hevae. Ad te ſuſpiramus, gementes, et flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte. Et Jeſum benedictum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende. O Clemens, o Pia, o Dulcis Virgo MARIA.

ANAGRAMMA SECUNDUM.

DEI GENITRIX
In Columna *apparens*
ad flumen Iberum,
juxta Caeſarauguſtam,
ad Dei gloriam,
ſuimet laudem,
Jacobo juſſit ſuo
condere ſacellum,
felicem tutelam
Hiſpaniae.
Angelorum chori
laetantes edunt
dulces ſonos,
ſacros hymnos.
DOMUS AUREA,
tu feres opem
Luſitaniae
Vero cultu.
Os veritatis es,
eodem teſte
os occludes
Critico errori:
LITES SILETE.

Probatio Anagrammatis ſecundi.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r	ſ	t	u	x	y	omnes
26	2	14	11	38	3	4	3	25	16	15	13	21	4	17	27	20	24	2	1	286.

Hic

2666 Hic autem Anagrammatiſmus non ſolùm impreſſus eſt in Actis Regalis Academiæ, ſed etiam Matriti in folio Volante; & dicitur placuiſſe Matritenſibus, niſi quod non nemo cenſuit in illo deſiderari expreſſam mentionem vitæ mortalis, quam Beatiſſima Virgo adhuc ducebat, quando ad ripam Iberi apparuit Divo Jacobo, quam expreſſionem ego exiſtimo non eſſe neceſſariam, cùm communis ſententia aſſerat Sanctiſſimam Virginem ſupervixiſſe Sancto Jacobo Maiori, ut innui ſupra numero 2641. & eruditè probat Doctiſſimus Author, qui latere voluit ſub nomine Pauli de Oſſera, Dominæ Noſtræ Pupilli, in Opuſculo inſcripto: *Baza de la Tradicion de Nueſtra Señora de el Pilar de Zaragoça* § 2. à numero 14. & toto §. 3. & 4. quidquid dicant moroſi Critici, quorum opiniones nihili eſſe à me faciendas, hoc in Commentario, ſtatui. Cùm autem Sanctus Jacobus martyrii laurum adeptus ſit antequam Sanctiſſima Virgo è vivis excederet, & in primo Anagrammate dicatur *MATRI ADMIRABILI beanti ripam Iberi aram refugii à Columnâ nuncupatam ſtatuit Jacobus*; certum eſt eodem Anagrammate euuntiari illam aram dicatam fuiſſe MATRI ADMIRABILI in terris viventi.

2667 Deinde cùm in ſecundo Anagrammate dicatur: *Dei Genitrix, in Columna apparens ad flumen Iberum juxta Cæſarauguſtam ad Dei gloriam, ſuimet laudem Jacobo juſſit ſuo condere ſacellum*; & Dei Genitrix ſupervixerit Sancto Jacobo, certum etiam remanet illo ſecundo Anagrammate enuntiari Dei Genitricem, in terris viventem apparuiſſe Sancto Jacobo, huicque juſſiſſe, ut conderet illud ſacellum. Iis tamen, qui hoc non ſtatim animadvertunt, etiam morem geram paululum immutato eo ſecundo Anagrammate, ſublato pronomine *tu*, & nomine *Luſitaniae*, quod formaveram, ut noſtros Luſitanos ardentiùs inflamma-

flammarem ad colendam MATREM ADMIRABILEM, quam supra *Columnam* stantem reliquæ Hispaniæ pietas veneratur, in cujus gratiam (& præcipuè quia mihi gratissimum est, in Dei Genitricis laudibus, & obsequiis immorari) secundum Anagramma refigo, & tertium totidem literis conficio, exhibeoque dicens:

DEI GENITRIX
VIVENS,
In Columna apparens
ad flumen Iberum
juxta Caesaraugustam
ad Dei gloriam,
suimet laudem
Jacobo jussit suo
conderet sacellum,
felicem tutelam
Hispaniae
Alati Angelorum Chori
laetantes edunt
dulces sonos,
sacros hymnos.
DOMUS AUREA,
Os veritatis es,
feres Opem
Vero cultu
eodem teste
Os occludes
Critico errori:
LITES SILETE.

Duo

2668 Duo illa Anagrammata prodierunt etiam Matriti unâ cum noſtrâ Oratione Academico-Marianâ, quam in Caſtellanum ſermonem translatam edidit, qui Anagrammata eruditis notis illuſtravit, Clariſſimus vir B. Virginis *à Columnâ* ſtudioſiſſimus D. Petrus Hieronymus Hernandez & Marzo, Doctorali utriuſque Juris laureâ donatus in Academiâ Cæſarauguſtanâ, & olim Juris Cæſarei Anteceſſor in Oſcenſi Academiâ, in libro inſcripto: *Opuſculo Hiſpano-Latino Mariano-Jacobeo*, impreſſo Matriti apud Joannem de Zuniga anno 1729. in quarto, quo validè confirmatur noſtra ſententia de MATRE ADMIRABILI viſâ, dum inter mortales viveret, à Sancto Jacobo ad ripam Iberi, & de ſuccreſcente in dies magis numero propugnatorum illius veritatis.

2669 Sed quod de novo graviſſimum addit noſtræ ſententiæ pondus eſt Epiſtola Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, ad me data occaſione illius noſtræ Orationis Academico-Marianæ, quam miſerat Cæſarauguſtam præfatus D. D. Petrus Hieronymus. Eam Epiſtolam ut hic ederem perſuaſus ſum ab amicis prudentia præſtantibus, ſubdoque illius exemplar, (tenuitatis meæ conſcientia reluctante) quia id cedit in MATRIS ADMIRABILIS honorem; nihilominus non auſus ſum illud ex Hiſpano in Latinum ſermonem transferre. Hiſpanicè ita ſe habet.

ILUSTRISSIMO, Y REVERENDISSIMO PADRE.

LLega a nueſtras manos la Oracion impreſſa Academico-Mariana, en que dando cuenta V. S. I. a la Academia de eſſos Reynos de ſus eſtudioſos aciertos, promete en los libros, que eſtá para dar a la lùz publica, defender de la impiedad de algunos Criticos la tradicion, y fundacion de eſta Angelica, y Apoſtolica Capil- *la*

la de Nuestra Señora del Pilar. Y haviendo merecido la approbacion correspondiente a tan glorioso, y lusido empleo, passamos a explicar el singular gozo, y consuelo, que nos ha causado el leerla, repitiendo a V. S. I. las mas expressivas gracias por el trabajo, que V. S. I. ha tomado; el que queda eternizado en nuestra gratitud, memoria, y archivo. Digno assumpto es de la agudeza, ingenio, letras, y piedad de V. S. I. el solicitar la mayor gloria de la Soberana Reyna de los Angeles Maria Santissima, venerada con el mayor culto, y en todos tiempos (desde que vino en carne mortal a esta Ciudad) en seu celestial Ymagen, que se digno dexar, para ostentar el ser Madre de misericordias en la continuacion de milagros, como lo acreditan quantos visitan esta Santa Capilla, en que assegura V. S. I. el premio eterno. Esperamos los libros de V. S. I. deseosos de servir a V. S. I. en quanto guste mandarnos; y quedamos rogando a Nuestra Patrona conceda a V. S. I. muchos años de vida, como se lo suplicamos. De nuestra Aula Capitular de Zaragoza, y Julio 26. de 1729.

Illustrissimo, y Reverendissimo Padre.

B. L. M. de V. S. I.

Sus mas afectos Servidores

Los Presidentes, Canonigos, y Cabildo de la Santa Iglesia Metropolitana Cesaraugustana.

D. Felipe Matheo, Arcediano mayor de Santa Maria. Presidente.

D. Jayme Navarro. D. Pedro de Usuaso. Can. S.

Illustrissimo, y Reverendissimo Padre D. Manuel Cayetano de Sousa, Clerigo Regular, del Consejo de Su Magestad.

His

2670 His literis humanitatis plenis, rescripsi die 30. Augusti, anno 1729. eâ grati, divinctique animi testificatione, quâ par erat, responderi Illustrissimo illi, & Reverendissimo lectissimorum Capitum Cœtui; pro cujus incolumitate, & singulorum æternâ felicitate ad Deum preces fundam dum vixero; speroque MATREM ADMIRABILEM, omnibus magnis iis animis gratam, singulis impetraturam esse à Deo Optimo Maximo vitam æternam, & illorum nomina in libro vitæ scripta esse; nam ea ipsa, quæ dixit (Ecclesiastici 24. 7.) *Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in COLUMNA.* Dixit eodem capite vers. 31. & 32.

Qui elucidant me vitam æternam habebunt.
Hæc omnia liber vitæ, & testamentum altissimi,
&
AGNITIO VERITATIS.

FINIS.

Laus Deo, & Matri Admirabili, Sanctisque Apostolis Jacobo, & Joanni, & Sanctissimo Parenti Caietano Thienæo, tantæ Matris Filiis.

SYN-

SYNTAGMA
DE
GRAVISSIMA AUTHORITATE
BREVIARII ROMANI
NOVISSIME RECOGNITI,
SEU
APPENDIX II.
Ad Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Maioris assertam.

PROLOGUS.

2671 CUM omnes, qui Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi asseruere, pro eâ adduxerint authoritatem Breviarii Romani, maximè illius, quod est postremò recognitum jussu Urbani VIII. Pontificis Maximi, nosque illorum vestigiis institerimus; libuit ostendere, quanta sit sacri illius voluminis authoritas, adversus quam armantur impudentissimè hæretici, & imprudentissimè aliquot morosi Critici ex iis, quos Galli per antiphrasim, vel ironiam vocant *Fortia ingenia.* Quâ de causâ in ipsâ dissertatione numero 980. & numero 1970. promisimus hanc tractatiunculam, quam nunc exhibemus; & eo libentius illam exaravi, quo magis ex ipsâ

 vali-

validius confirmatur prima ea lex, quam mihi præscripsi, cùm me accinxi ad scribendam Historiam Lusitaniæ Sacræ, & optavi, ut nostris Historicis præscriberetur. Lex autem illa sic habet:

Nihil scribito contra Breviarium, vel Missale, vel Martyrologium Romanum.

Habetur autem ista lex in nostrâ Dissertatione parte 2. Sectione 7. numero 979. Quæ si ab omnibus observaretur, plurima evitarentur jurgia, plurimæque contentiones inter Catholicos.

2672 Causas, cur hæretici, & pseudocritici nituntur detrahere authoritatem gravissimo huic libro, nemo ignorat, hinc necesse non est ipsas denuo explicare, satis sit agnosci esse à Doctis, & piis viris detestandas eas, quæ impellunt hæreticos, & contemnendas illas, quæ movent pseudocriticos.

2673 Gravissimum esse in rebus historicis pondus Breviarii Romani jussu Urbani VIII. Pontificis Maximi recogniti, ostendemus triplici ex capite. Primo quidem ab authoritate Doctorum, secundo à ratione, tertio ab argumentorum solutione; idque per totidem Sectiones.

SECTIO I.

Ostenditur pondus Breviarii Romani novissimè recogniti ex authoritate Scriptorum.

2674 SCriptores, qui propugnant authoritatem Breviarii Romani, in duas classes distribuendos esse duxi; in unâ colloco Scriptores Hispanos, in alterâ Scriptores exteros.

ASSER-

ASSERTIO I.

Adstruitur Authoritas Breviarii Romani novissimè recogniti ex testimonio Hispanorum.

2675 CUM in Hispaniâ gloriosissimè regnet Fides Catholica, maximè floreat Religio, & splendissimè fulgeat pietas, egregiè viget in hâc Provinciâ Sedis Apostolicæ reverentia, hinc est, quod Hispani, quò doctiores, sapientioresque habentur, eò religiosiores sunt in amplectendis sententiis, quas Sedes Apostolica tradit legendas in Romano Breviario novissimè recognito. Eorum paucos recensebo.

2676 Sit primus Clarissimus Author Agiologii Lusitani Georgius Cardoso, Præsbyter Ulyssiponensis, vir toto orbe celeberrimus, à pluribusque Scriptoribus luculentissimè laudatus, qui cùm fuerit de pietate, & eruditione Lusitanâ optimè meritus, etiam à me palam celebratus in Regali Academiâ ineleganti quidem elogio, sed non indiligenti operâ contexto. Is igitur tomo 1. Agiologii Lusitani in Advertendis ad illud opus §. 2. agens de libris, ex quibus eruit, quæ de Sanctis scripsit, primo loco nominat Breviarium Romanum, dicens:

> *O primeiro lugar tem os Martyrologios, e Breviarios, cuja authoridade foy sempre gravissima na Igreja Catholica.*

2677 Deinde inter Martyrologia primo loco nominat Martyrologium Romanum, & inter Breviaria, Breviarium Romanum, quæ quanti fecerit Cardosus, apertè evincitur ex iis, quæ subjungit:

Ffffff ij *Ose-*

O segundo lugar occupaõ os Santos, e Authores Ecclesiasticos, que escreveraõ vidas de Santos, como Santo Agostinho, S. Jeronymo, S. Gregorio Magno, S. Cypriano, Santo Isidoro, S. Gregorio Turonense, S. Eulogio, e Santo Antonino.

Maximi oportet factum fuisse à Cardoso Breviarium illud, quod ipse Sanctissimis iis doctissimis, antiquissimisque Patribus anteposuit.

2678 Eruditissimo Georgio Cardoso succedat P. Augustinus de Herrera Societatis Jesu in erudito opere Hispanè conscripto, cui titulus: *Origen, y progresso del Officio Divino*, lib. 1. cap. 26. numero 4. ibi.

De aqui se sigue, que constando ser un Breviario de las qualidades, que requiere Clemente VIII. y despues del Paulo V. y ultimamente Urbano VIII. en la Bulla, que comiença Divinam psalmodiam, *expedida el año 1631. a 25. de Enero. Conviene a saber impresso por Original authentico en Roma, y que en la impression no se le ha añadido, ni quitado cosa alguna, deben ser tenidas las Historias de los Santos en el referidas por ciertas, y verdaderas*, y ser temeridad culpable *affirmar lo contrario. Porque, y note-se esta principal razon, attentas las circunspecciones, y cautelas tales, y tantas, que hemos dicho haver puesto la Iglesia Romana en su averiguacion, y disposicion, ha procedido muy probablemente, y con toda la certeza, que puede causarle la prudencia, y juizio humano, y assi está en possession de que se le dê entero credito a sus proposiciones en qualquier materia, y por lo menos en esta tiene* ab extrinseco, *como dize el Teologo, toda, y la mayor authoridad, que no sea la Divina immediatamente, se le puede dar a este Breviario, que* hic, & nunc *está reformado, y authorizado de la Sede Apostolica.*

Ultra

2679 Ultra progreditur V. P. Didacus Murillo Ordinis Minorum in egregio opere Hiſpanè ſcripto, cui titulus: *Fundacion milagroſa de la Capilla Angelica, y Apoſtolica de la Madre de Dios del Pilar*, tract. 1. capite 5. in quo pagina 39. poſtquam latè narravit iteratas Maximorum Pontificum curas, emendando Breviario adhibitas, deſcriptaque verba Breviarii Clementis VIII. quibus de Sancto Jacobo Apoſtolo dicitur: *Mox Hiſpaniam adiiſſe, & ibi aliquos ad fidem convertiſſe Eccleſiarum illius Provinciæ Traditio eſt; ex quorum numero ſeptem poſtea Epiſcopi à B. Petro ordinati, in Hiſpaniam primi directi ſunt.* Subjungit.

> *De donde queda provado, que las ſobredichas palabras, pueſtas de nuevo en el Breviario, no ſolo no derogan a la verdad de nueſtra antiquiſſima Tradicion, pero aun la confirman con algumas ventajas, quien pues hade ſer tan TEMERARIO, que oſe poner duda en una verdad tan examinada por tantas perſonas doctas, y tan mirada en particular por los Iluſtriſſimos Cardenales de la Congregacion de los Ritos, tan approbada, y confirmada por tantos Pontifices, y tenida ſiempre en tan grande veneracion?*

2680 Dixi ultra progreſſum fuiſſe V. P. Murillo, quia tam impenſè veneratus eſt Breviarium Clementis VIII. ad cujus editionem non præceſſere diſcuſſiones tam accuratæ, quàm ad editionem Breviarii Urbani VIII. cui ſedulam operam navarunt duodecim viri, editioni verò Clementis tantummodo ſeptem. Et quod maximi ponderis eſt ipſe Summus Pontifex Urbanus, Vir Sapientiſſimus, & eruditiſſimus, illi editioni ſedulam operam navavit, ut ipſe teſtatur, quod de Clemente VIII. non legimus. Qui enim tanti faciendum duxit Clementis VIII. Breviarium, in quo aliqua erant *inchoata potius, quàm perfecta*, ut ait Urbanus; quanti æſtimandum aſſereret abſolutiſſimum hujus Pontificis Breviarium?

Quan-

2681 Quanti hoc Breviarium Clementis VIII. fecerit Thomas Maluenda vidimus in Dissertione Assert. 62. num. 1948. Si ergo tanti factum est à viris probitate, & doctrinâ conspicuis Breviarium Clementis VIII. quanti faciendum ab ipsis esset Breviarium recognitum jussu Urbani VIII. quod est longè emendatius!

2682 Ulterius progressus est Franciscus Padilla, qui maximo in honore habuit Breviarium Sancti Pii V. jussu editum, & jam antequam jussu Clementis VIII. & Urbani VIII. recognosceretur, qui in Historiâ Ecclesiasticâ Hispaniæ parte 1. centuria 1. capite 11. probans Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, authoritate Breviarii Romani jussu Sancti Pii V. ait:

> *No es de menos importancia, que todo lo dicho estar esta verdad recebida, y approbada por la Iglesia Romana, y por toda la Iglesia Universal, pues universalmente se lee esta venida de Santiago a España en las Leciones de los Maytines de la Fiesta de Santiago en el Breviario Romano, que toda la Iglesia usa, y reza por mandado de Nuestro muy Santo Padre Papa Pio V. de gloriosa memoria. Lo qual dá tanta authoridad a este negocio de la venida de Santiago a España, que se podrá dezir ser TEMERARIO contradezir, siendo ordenado aquel Breviario por Decreto del Concilio General de Trento, y por un tan Santo Pontifice, como fué el dicho Pio V.*

2683 Sed nemo ex Hispanis pluris fecit Breviarium Romanum, quam Ambrosius Morales à Neoterico Adversario dictus Bonus Morales, Vir certè optimus, quem jam laudavi numero 749. nam scripsit summam habendam esse fidem Romano Breviario, etiam edito ante Sanctum Pium V. & ante Tridentinum Concilium, hoc est, Breviario Romano impresso Venetiis ante annum 1474. nam

nam cùm Ambrosius Morales ediderit primum volumen suæ historiæ anno 1574. laudat Breviarium impressum Venetiis ante centum annos; quæ autem de fide habenda illi Breviario dicit, habentur eo tomo 1. in dissertatione præcedente librum nonum, quæ est de authoritate dicendorum circa Sanctos Hispaniæ, fol. 213. pag. 2. ibi:

En general las Leciones de los Santos, que de muy antiguo reza, y haze fiesta la Iglesia Romana, a mi juizio son graves, y muy dignas de ser approbadas, aunque no sepamos quien las escriviò; conforme a esto tendran mucha authoridad las Leciones, que se hallan en un Breviario Romano antiguo impresso en Venezia mas ha de cien años, en marca grande, de pliego entero, y parece se imprimiò por mandado del Papa, el qual tienen muchos Monasterios de la Orden de S. Francisco, y de S. Jeronymo por toda Hespaña, y se han regido por ellos hasta agora en su rezado. Alli se vee con harta probabilidad, y aun certificacion, como aquello era lo que la Iglesia de Roma de muchas años atraz havia usado, y que se sacò de Originales antiguos de mano, que en la Capilla, y Libreria del Papa se hallavan, y aunque ay algunas otras razones para creerse esto, es una harto efficaz ver quan pocos Santos tiene aquel Calendario, que son solos los Apostoles, y Martyres con muy poquitos mas. Y esto fuè muy proprio de los tiempos antiguos de la Iglesia.

2684 Si igitur vir Maximus Ambrosius Morales, tanti fecit Breviarium antiquius correctione Sancti Pii V. quanti faceret perfectissimum, absolutissimumque Breviarium Urbani VIII. jussu diligentissimè recognitum? Diceret profectò quod de Breviario Clementis VIII. dixit Doctor eximius Magnus Suarius tomo 3. in tertiam partem D. Thomæ, disputatione 83. Sectione V. Versu *quocirca* ibi:

Quo-

Quocirca in Ecclesiasticis officiis oportet distinguere ea, quæ ab Ecclesiâ proponuntur tantum ut humanâ fide certa, *aut probabiliora, ut sunt historiæ Sanctorum, & alia similia, quæ tantum proponit Ecclesia, ut piè, & probabiliter credita.*

2685 His consona sunt, quæ scribit de authoritate nostri Breviarii Doctissimus Vincentuis Sellan, Cæsaraugustanæ Ecclesiæ Canonicus, perpetuusque Regii Hospitalis domus Deiparæ Virginis de Gratia Rector, Inquisitorque Apostolicus in eâdem Urbe, Regique Philippo IV. à Secretis, in libro inscripto *Excelencias del Divino Officio* libro 2. capite 4. numero 1. ubi ait:

Otras Leciones son de vidas de Santos, y Historias autenticas de sus hechos, martyrios, y virtudes. Yadvierto, que aunque non son de los libros sagrados, que se llaman Canonicos, pero son verdaderissimas, sacadas de los antigos Martyrologios, que los Notarios de Roma escrivieron por orden de los Papas en el tiempo de las persecuciones de la Iglesia, y de los que en otras partes succedian, compuestas por personas de gran confiança.

Et infra loquens de eodem Breviario, ait:

Lo cierto es, que quanto alli se dize, y lee, es todo verdad certissima, y como tal se hade leer, y creer.

2686 Hæc est mens Lusitanorum, hæc Hispanorum circa fidem adhibendam historiis non Canonicis in Breviario Romano contentis, quibus inesse certitudinem moralem citra ullam dubitationem affirmamus, ne morosi Critici nobis objiciant nos illis historiis credere assensu fidei Divinæ, ac si forent revelatæ. Videamus nunc quænam sit mens prudentium exterorum.

ASSER-

ASSERTIO II.

Adstruitur authoritas Breviarii Romani novissimè recogniti ex testimonio exterorum.

2687 NE Critici morosi respondere possint hanc eximiam venerationem erga Breviarium Romanum esse proprium solius gentis Lusitanæ, atque Hispanæ, quæ omnes alias nationes pietate antecellunt, producam aliquot Authores exteros, qui eodem in pretio, atque nos Lusitani, habent Breviarium Urbani VIII. quod Clarissimus Author Bartholomæus Gavantus, natione Italus, patria Mediolanensis, in Rubricas Missalis, Sect. 2. cap. 4. pag. 14. column. 1. hoc elogio ornavit, ibi:

Certè ad hanc usque diem Breviarium non est editum tot numeris absolutum.

De authoritate hujus Breviarii agens Franciscus Dinus de Lucigniano, natione Hetruscus, patria Senensis, plurium operum Author in Dissertatione Historicâ de Translatione, & collocatione corporis Sancti Bartholomæi Apostoli Romæ, pagina 17. ait:

Maximæ verò est authoritatis Breviarium Romanum ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum.

2688 Propter hanc maximam authoritatem Breviarii Romani dixit esse temerarium negare, & impugnare illius propositionem Doctissimus Pater Franciscus Bordonus, natione Italus, patria Parmensis, qui fuit Minister Generalis Tertii Ordinis S. Francisci, ediditque plura, eaque doctissima volumina, quibus Rempublicam

litterariam maximè illustravit; illud autem habetur in sacro Tribunali, edito Romæ anno 1648. cap. 2. num. 50. ubi loquens de propositionibus, ait:

> *Authorizata* (scilicet Propositio) *dicitur illa, quæ ex communi consensu Ecclesiæ, & Patrum amplectitur ut vera* ut B. Virgo MARIA assumpta est in cœlum in animâ, & corpore. Illicita est comestio carnium, & lacticiniorum in totâ Quadragesimâ. *Ad hanc reducuntur omnes propositiones contentæ in BREVIARIO, Missali, & Martyrologio Romanis &c. Huic opponitur temeraria* (scilicet Propositio) *quæ negat, & impugnat authorizatam à communi consensu fidelium, ut siquis negaret ex mox allatis in exemplum cum aliis similibus.*

2689 Ego licèt maximi faciam propositiones Breviarii, Missalisque Romani, abstineo censura Propositionum ipsis adversantium, id relinquens iis, ad quos spectat; contentus legem mihi statuisse nihil scribere contra Breviarium Romanum, ut constat ex iis, quæ dixi numero 979. quia animo meo infixa hæret sententia duorum Authorum, quos hic referam, quorum primus est.

2690 Joannes Saguens, natione Gallus, patria Tolosanus, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, qui pluribus in locis Sacram Theologiam professus est, in Systemate Eucharistico P. Maignani vindicato, parte 2. dialogo 4. num. 18. ibi:

> *Profiteor revereri me omnino Breviarii Romani authoritatem, de quâ nec dubito, quin proximè accedat ad illam, quæ est Sacræ Scripturæ.*

Et infra:

> *Profiteor insuper nihil in Breviario recitandum proponi, quod non sit eximiè verum, & indubitatum.*

Alter

2691 Alter est Illustrissimus, & sapientissimus Andreas Saussay, natione item Gallus, patriâ Parisiensis, utriusque Juris, Sacræque Theologiæ Doctor, Episcopus Tullensis, qui in Panoplia Clericali lib. 2. cap. 4. in Digressiuncula de Historiæ Sanctorum authoritate, titulo: *Regulæ Positivæ* &c. §. 1. ubi ait:

Cæterum ut regulas positivas tandem exordiamur, quibus non jam defectus credibilitatis arguitur, ac rationes assignantur, ex quarum habitu, & insitione, historiis, quæ proferuntur vitæ Sanctorum, & mortis, legitima conciliatur fides, adhibeturque testificationis non incertæ authoritatis.

Prima regula hæc sit, quam Gelasius Pontifex citato Canone Sancta Romana Ecclesia non obscurè insinuat; ut quidquid Sancta ipsa Romana Ecclesia legit, vel legendum proponit, authenticum habeatur, nec cuilibet liceat id in dubium revocare, vel impugnare. Quæ enim ea Ecclesia, quæ omnium Mater est, & Magistra suscipit, recepta ab Ecclesiâ Catholicâ, toto isto Canone innuit, & asserit cum assidente sibi Synodo prænominatus Pontifex. Quo ex theoremate manifestè elicitur, gesta Sanctorum, quæ legenda inserta sunt sacris Ecclesiæ ipsius Romanæ officiis, diptychis, Martyrologio, Breviario, Missali, potissimo decreto Oecumenici Concilii recognitis, & Pontificiâ authoritate obsignatis EXTRA ALEAM ESSE DISPUTATIONIS, nec jam aditum iis patere, qui incertæ ea esse fidei, aut etiam falsum iis inesse contendere volent. Nec enim est, quod objiciant, hoc ipso, quod Tridentinum Concilium statuit Breviaria, aliaque Sacra Officia repurganda esse (Sess. 25.) facilè intelligi errores in eorum irrepsisse seriem, nec enim correctione opus esset, ubi nihil mendosum posset reperiri. Etenim non abnuimus in

rituales libros, Officiaque Ecclesiastica, illapsas aliquot labes amanuensium vitio, Typographorum oscitantia, privatorum quorundam audacia, & temeritate, qui nativam eorum seriem suis additamentis, vel detractionibus, ac depravationibus etiam sub specie pietatis alterare præsumpserunt, quas Ecclesia Romana corruptellas probavit nunquam, & ideo suis è libris ejusmodi sacris erasit mox, ac deprehendit. Non tamen tanta fuit unquam depravatio, ut fuerit universalis, vel diuturna, aut etiam, quæ substantiam rerum, & veritatis Catholicæ integritatem læderet. Sed verò dato etiam, quod menda adeo gravia aliquando irrepsissent, notandi ea profecto, & arguendi ante recognitionem locus fuit. At postquam ex Concilii decreto publico Ecclesiæ nomine à delectis Patribus libri ipsi Ecclesiastici recogniti, expurgati, atque pristino nitori restituti sunt, Sedisque Apostolicæ judicio approbati, quod exordio Missalis, Brevtarii, Martyrologii, &c. constat ex adscripto diplomate Pontificio CERTUM ESSE, & peremptorium. JAM NEMINI CATHOLICORUM FAS EST SIBI AUTHORITATEM IMPUGNANDI LIBRORUM EJUSMODI TENOREM ARROGARE, ET ARGUERE FALSI, QUOD SEDIS APOSTOLICÆ DECRETO DECLARATUM ESSE LIQUET, post initum mandato Generalis Concilii examen serium, ac accuratum sanum, atque authenticum.

Quanti faciat Breviarium Romanum Emin. Domin. S. R. E. Card. Lambertinus dicemus infra.

SECTIO

SECTIO II.

Adſtruitur authoritas Breviarii Romani recogniti juſſu Urbani VIII. à rationum pondere.

2692 ASſertâ in primâ Sectione authoritate Breviarii Romani, recogniti juſſu Urbani VIII. ex teſtimoniis Authorum non tantum Hiſpanorum, ſed etiam ex aliis nationibus, ſequitur, ut eandem authoritatem confirmemus ex momentis rationum. Eruam igitur argumenta ex quinque cauſis ipſius Breviarii nempe ex cauſâ materiali, ex cauſâ formali, ex cauſâ finali, ex cauſâ efficiente, & denique ex cauſâ exemplari, & ideo hanc Sectionem partiendam duxi in quinque Aſſertiones, pro numero cauſarum.

ASSERTIO I.

Oſtenditur authoritas Breviarii Romani, ex ipſius cauſa materiali.

2693 CAuſa materialis cujuslibet Breviarii quoad res hiſtoricas, quæ non extant in Sacrâ Scripturâ, ſunt vel Acta Sanctorum, vel libri, & Authores, ex quibus cujuſque Breviarii Hiſtoriæ eruuntur. Acta autem Sanctorum, vel ſunt originalia, & ſincera, vel recentiora factis, quæ narrant, dummodo competentem habeant antiquitatem.

2694 De Actis originalibus, & ſinceris, eorumque fide,

fide, & de reverentiâ ipsis debitâ audiendus est verè Clarissimus Theodoricus Ruinart, Monachus Benedictinus Congregationis Sancti Mauri, in præclaro volumine inscripto *Acta primorum Martyrum* in Præfatione generali §. 1. num. 1. ubi ait:

> *Post Sacras Scripturas, quas Divini Spiritus afflatu editas nobis reliquerunt Sancti Dei homines, nihil nobis Sanctius, atque antiquius esse debet quam primigenia, & genuina Martyrum Acta, quæ veneranda nobis antiquitas hactenus illibata servavit. Cùm enim ex Divinis literis habeamus eorum dicta cùm ad Præsides sisterentur, superno instinctu pronunciata fuisse, fit, ut quæ in his Actis eorum ad Præsidum quæstiones responsa continentur pro sacris Oraculis merito habenda sint. Nec sane minori religione eorum facta, præsertim verò martyria accipienda sunt, ut quæ non nisi Spiritus Sancti impulsu suscipi, nedum consumari potuerint.*

2695 Hæc quidem de Actis; de Authoribus verò, ex quibus erutæ sunt historiæ hujus Breviarii, quales fuerint, apertè declarat idem Urbanus VIII. in Bullâ, quâ illud Breviarium confirmat, ait enim ibi:

> *Sanctorum Historiæ ex priscis, & probatis authoribus recognitæ.*

Quo jure igitur deroganda est fides historiis, quæ extant in Breviario, si prudenter negari non possunt ea, quæ prisci, & probati Authores scripsere, dummodo nullam involvant contradictionem; cùm enim sint Authores antiqui, pronum ipsis fuit à maioribus accepisse ea, quæ in libris suis tradidere. Et cùm jam sint probati, certum est eos judicatos fuisse à Sapientibus viris dignos fide, neque fabulis fuisse delectatos.

ASSER-

ASSERTIO II.

Oſtenditur authoritas Breviarii Urbani ex illius cauſâ formali.

2696 CAuſa formalis, ſeu forma Breviarii Urbani duplex eſt, alia totalis, alia partialis; (ut loquuntur Scholæ) forma totalis eſt apta diſpoſitio omnium partium inter; forma partialis eſt ratio debita unicuique parti ſingillatim ſumptæ. Alia enim eſt ratio Pſalmi, alia ratio Hymni, alia Lectionis, & ſic de cæteris partibus.

2697 Prætereo nunc reliquas Breviarii partes, de ſolis Lectionibus loquuturus. Lectio Breviarii ex antiquis, & probatis Authoribus deſumpta duplicem rationem habet, Hiſtoriæ ſcilicet, & Lectionis. Et ex utrâque ratione exigit ſibi præſtandam fidem. Lectionem, de quâ loquimur eſſe hiſtoriam, docet Urbanus VIII. dicens:

Sanctorum Hiſtoriæ ex priſcis, & probatis Authoribus recognitæ.

Imò idem demonſtrat res ipſa, cùm ſit præteritorum narratio; hanc autem narrationem eo Breviarii loco poſitam eſſe Lectionem indicat ipſius nomen. His poſitis.

2698 Lectio Breviarii quatenus eſt hiſtoria, debet conſtare veritate, aliàs enim eſſet fabula, non hiſtoria, cujus prima lex eſt (teſte Cicerone lib. 2. de Oratore) ut nihil falſi dicere audeat. Ergo Eccleſia in Lectionibus Breviarii nobis veras hiſtorias proponit, non verò confictas fabulas obtrudit. Ergo Eccleſia judicat eſſe vera, quæ in Lectionibus Breviarii collocari juſſit. Quâ ergo prudentiâ, quo ve jure poterit quiſpiam judicio Eccleſiæ reluctari?

Deinde

2699 Deinde Lectio Breviarii, ut Lectio est, continet materiam prædicandam, & credendam, quamque ipsa Ecclesia prædicari, & credi jubet, ut mox ostendam. Quis autem Catholicus non perhorrescet dicere Ecclesiam præcipere, ut prædicetur mendacium, jubere, ut credatur mendacio?

2700 In Lectionibus, de quibus sermo est contineri materiam prædicandam, & credendam, ex eo constat primo, quod Ecclesia punire non potest illum, qui prædicaverit ea, quæ in Lectionibus Romani Breviarii proponuntur. Neque potest meritò reprehendere hominem, qui crediderit prædicanti ea, quæ Ecclesia prædicari jubet; nam licèt hic non loquamur de iis, quæ creduntur ex fide Divinâ, tamen huc aptari potest illud Apostoli Rom. 10,

Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt?
Aut quomodo credent ei, in quem non audierunt?
Quomodo autem audient sine prædicante?
Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur?

Quemadmodum enim in his, quæ pertinent ad fidem Divinam, missionem sequitur prædicatio, prædicationem auditio, auditionem fides, fidem invocatio; sic in iis, quæ solùm spectant ad fidem humanam in Lectionibus Breviarii præcedit jussio Ecclesiæ, ut legantur, & prædicentur; prædicationem sequitur auditio, auditionem sequitur jussio Ecclesiæ, ut auditis præstetur fides.

2701 Secundo in Lectionibus, de quibus sermo est contineri materiam prædicandam, & credendam, constat ex Pontificali Romano, titulo *de ordinatione Lectorum*, ubi Pontifex admonet eos, qui initiandi sunt Lectores his verbis:

Quod autem ore legitis, corde credatis, opere compleatis.

Cùm autem Lectores ex vi muneris sui ore legant omnes Lectio-

Lectiones, quæ in Breviario præcedunt Lectionem ex sancto Euangelio, sive illæ sint desumptæ ex Sacrâ Scripturâ, sive ex Sanctis Patribus, sive ex historiis ab antiquis, probatisque Authoribus conscriptis; patet illis Pontificis verbis Lectores initiandos admoneri, ut corde credant non solùm iis, quæ legerint ex Sacrâ Scripturâ, sed etiam iis, quæ desumpta sunt ex Sanctis Patribus, & historiis erutis ex antiquis, probatisque Authoribus. Ita tamen, ut ea, quæ habentur ex testimoniis Divinis, credantur fide Divinâ, quæ verò deprompta ex testimoniis humanis, credantur solâ fide humanâ, dummodo credantur tanquam quid spectans ad mores, ut colligitur ex postremâ illius tituli Oratione, quæ sic habet:

> *Domine Sancte Pater Omnipotens Æterne Deus benedicere dignare hos famulos tuos in officium Lectorum, ut assiduitate Lectionum instructi sint, atque ordinati*, & agenda dicant, & dicta opere impleant, ut in utroque *Sanctæ Ecclesiæ exemplo sanctitatis suæ consulant.*

2702 Et quantâ fide dignas Ecclesia haberi velit Lectiones ex historiis depromptas, testatur vigilantia, quâ Summi Pontifices cavent, ne quid falsum in illas typographorum incuria, vel aliorum malitia irrepat, ut postea videbimus. Ergo quidquid in Breviario relictum est, tanquam verum retentum est, ac proinde extare quampiam historiam in Breviario, signum certissimum est illam ab Ecclesiâ judicatam fuisse veram.

ASSERTIO III.

Ostenditur authoritas Breviarii Urbani ex ipsius causâ finali.

2703 CAusa finalis seu finis, ob quem confectum est Breviarium Romanum, duplex est, nempè cultus Dei, & utilitas Ecclesiæ, seu fidelium Congregationis; hoc adeò certum est, ut nullâ indigeat probatione, id tamen latè probat Doctor Vincentius Sellan loco citato supra numero 2685. Ex utroque igitur hoc fine profluit eximia Urbani Breviarii authoritas, veritatisque illius historiarum comprobatio.

2704 Et quidem primo ex cultu Dei, nam mendaciis Deus non colitur, sed offenditur: ergo liber, quo Deus colitur, omni caret mendacio; sed Deus Breviario Urbani colitur, non offenditur, ergo in Urbani Breviario omnia sunt vera, nullumque mendacium invenitur.

2705 Deum mendacio non coli optimè probant illa verba S. Job, immerito contorta adversus propugnantes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi desumpta ex capite 13. Job vers. 7.

> *Nunquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos?*

Idem egregiè confirmat expositio Estii, etiam immerito contra asserentes istam Expeditionem adducta, ubi ait:

> *Rectè hoc usurpatur contra illos, qui falsa confingunt miracula, quasi pro honore Dei, & Sanctorum. Itemque contra eos, qui Sanctos quosdam in immensum laudant, tribuentes illis excellentiam, non quam constat eos habere,*

sed

sed quam libet eis affingere, sive ex indiscretâ devotione, sive ex alio affectu. Item contra eos, qui scripta Patrum, & inprimis Sacræ Scripturæ corrumpunt addendo, demendo, vel mutando aliquid, ut faciant libros loqui, quod ipsi volunt; quæ mendacia sunt perniciosa, & severâ animadversione digna.

2706 Dixi immerito contorqueri contra Assertores Hispanæ Expeditionis Sancti Jacobi ea verba S. Job, & expositionem Doctissimi Estii; quia illi nihil aliud faciunt, quàm asserere id, quod disertis verbis habetur in Breviario Urbani VIII. sed esset valdè à pietate alienum, piasque offenderet aures dicere Breviarium Urbani fidelibus proponere mendacia, fidelibus loqui dolos. Assertores illius Expeditionis non falsa configunt miracula, quasi pro honore Dei, & Sanctorum; sed dicunt de Sancto Jacobo ea, quæ didicere ex Breviario Urbani, in quo nulla configuntur miracula. Sancto Apostolo attribuunt excellentiam, quam illi non denegat, sed asserit Breviarium Romanum. Non corrumpunt scripta Patrum, aut Sacram Scripturam, nec faciunt libros loqui, quod ipsi volunt. Solùm enim dicunt, quæ dicit Breviarium Romanum, de quo dici non potest corrupisse scripta Patrum, aut Sacram Scripturam, addendo, demendo, vel mutando aliquid, ut faciat libros loqui, quod ipsum Breviarium vult; solùm affirmant ea, quæ de Sancto Jacobo affirmat Breviarium Romanum, de quo citra impietatem, luculentumque Religionis vulnus proferri non potest continere mendacia perniciosa, & severa reprehensione digna.

2707 Hinc est, quod illa loca S. Job, & Estii non possunt allegari contra Assertores Expeditionis Hispanæ Sancti Jacobi, cùm non possint intendi contra Breviarium Urbani, quod religiosissimè sequuntur, & venerantur.

2708 Aliud hominum genus illis verbis S. Job, perstringitur, ut ait celeberrimus illius patientissimi, fortissimique pugilis interpres Pineda ibidem:

> *Hic videntur notari advocatorum peccata videlicet mendax, & fraudulenta patrocinatio, acceptio personarum, oppressio pauperum; objecto falsorum criminum; rei dubiæ, & cujus vel tenuissima conjectura sit, firma & constans asseveratio.*

2709 Quæ optimè quadrant Natali Alexandro, & Tilemontio, dum patrocinantur sententiæ neganti Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, utentes falso manuscripto Toletano, producto à Loaysa, de quo alibi, quæ ego ideò libentius illis accommodo, quia in illo manuscripto introducitur Archiepiscopus Toletanus litigans; mos autem litigantium est (ut circa illud manuscriptum observavit P. Contador) ut fucatam exhibeant causam suam, omnia allegare, non tantum vera, sed etiam falsa, & veri speciem habentia.

2710 Redeundo igitur unde digressi sumus ex eo quod Breviarium Romanum habeat pro fine cultum Dei, dicendum est illud omni carere mendacio, in summoque humanæ authoritatis fastigio collocatum esse.

2711 Alter Romani Breviarii finis est utilitas Ecclesiæ; quantæ autem sit utilitatis Romanum Breviarium, habetur primo ex doctissimo Caramuele in Theologiâ Regulari, numero 3717. ibi:

> *Sunt diversa Breviaria, multi enim ordines sibi specialia confirmarunt. Romanum pulcherrimum est, ipsumque sufficiens, ut qui aliis libris careat, possit Philosophiam, & Theologiam addiscere, & in omni solemnitate concionari; quoniam præter Psalterium, & Euangelia, continet eam Bibliorum partem, quæ clariùs ad morum reformationem conducit: continet præterea HISTORIAS,*

ET

ET VITAS SANCTORUM NOBILISSIMAS; nec non pulcherrimas veterum Patrum Homilias, conceptibus moralibus plenas.

Quod Caramuel innuit fieri posse circa Conciones ex Breviario Romano re præstitit Paulinus à Sancto Josepho Augustinianus nudipes, qui ex Breviario, Missalique Romano edidit Italicè Bibliothecam occultam Prædicatorum Romæ anno 1700. in octavo. Audioque unum ex Patribus Congregationis Oratorii Ulyssiponensis simile opus, antequam librum prædictum legeret, Latino sermone adornasse, præloque paratum habere.

2712 Jacobus Voellus S. JESU edidit : *Indicem ad Breviarium Romanum ad Conciones formandas aptissimum.* Moguntiæ apud Petrum Henningium 1614. in 12. Quem librum postea auxit Joannes Vienotus Petit ejusdem Societatis, ediditque Coloniæ apud Henricum Kraft, anno 1641. item in 12. Lambertus Molæus ejusdem Societatis edidit Gallicè tacito suo nomine Breviarium, seu praxim legendi utiliter Horas, maximè pro Canonicis, & Monialibus linguæ Latinæ ignaris, Leodii apud Joannem Owerx 1633. in 12. Etiam Jacobus Tiran ejusdem Societatis manifestavit utilitatem Breviarii Romani in opere Latino, in plures tomos diviso, inscripto *Alphabetum Pastorale.*

2713 Habetur secundo utilitas Breviarii Romani ex doctrinâ Sancti Augustini lib. 9. Confessionum cap. 9. & lib. 10. cap. 33. ubi ait :

> *Cùm reminiscor lachrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipso commoveor non cantu, sed rebus, quæ cantantur magnam instituti hujus utilitatem rursus agnosco.*

2714 Sed hæc utilitas, quæ resultat ex auditione rerum, quæ cantantur ex Breviario in Officiis Ecclesiasticis

ticis, evanescit, nisi constiterit ea esse vera, quæ cantantur; ergo vera sunt, quæ canuntur ex Breviario Romano; quænam enim animorum utilitas prodire poterit ex mendacio, cum primorum hominum infelicitas ex mendacio orta fuerit in Paradiso, indeque in universum humanum genus derivata? Quomodo coletur Christus mendaciis? Nam ut ait Apostolus, quæ societas luci ad tenebras; quæ autem conventio Christi ad Belial? Quomodo coletur Christus, qui est ipsa veritas, mendacio, cujus pater est diabolus? Qui, ut ait Divus Augustinus lib. 14. de Civitate Dei cap. 3. primus est mentitus, & à quo peccatum ab illo cœpit esse mendacium.

2715 Quam utilitatem capient homines ex lectione libri, de cujus veritate dubitaverint? Cùm igitur certum sit Breviarium Romanum esse librum Ecclesiæ valdè utilem, tenendum est constare fidelibus de ipsius inconcussâ veritate; alioquin eâ utilitate careret, fraudareturque non minimâ parte finis, propter quem conscriptum fuit; si Breviarium Romanum fœdatum esset mendaciis, potiùs removeret homines à studio pietatis, quàm conduceret ad rectam morum formationem.

2716 Neque ad detrahendam de Breviario hanc utilitatem Ecclesiæ necesse esset ut ipsum scateret mendaciis, unum satis erat mendacium, ut omnibus illis historiis fides abrogaretur; proclivius enim erat, ut accideret Breviario continenti mendacium, quod obventurum esse libris sacræ paginæ, si in illis mendacium admitteretur, dixit sapientissimè, ut & verissimè Sanctus Augustinus Epistolâ 28. ubi ait:

Mihi enim videtur exi iosissimè credi aliquod in libris sanctis haberi mendacium id est, eos homines, per quos nobis illa scriptura ministrata est, atque conscripta, aliquid in libris suis esse mentitos. Alia quippe quæstio est,

sit

ſit ne aliquando mentiri viri boni ; & alia quæſtio eſt utrum Scriptorem Sanctarum Scripturarum mentiri oportuerit : imò verò non alia , ſed nulla quæſtio eſt. Admiſſo enim ſemel in tantum authoritatis faſtigium officioſo aliquo mendacio nulla illorum librorum particula remanebit , quæ non ut cuique videbitur , vel ad mores difficilis , vel ad fidem incredibilis , eadem pernicioſſima Regula ad mentientis Authoris conſilium , officiumque referatur.

Ergo ne tota intereat Breviarii Urbani fides, dicendum eſt in illo nullum reperiri mendacium , ſed omnia ea , quæ in illo leguntur eſſe , vel omnino certa, vel ut minimum communiori ſententiâ recepta ; quod ſatis ad amovendam à Breviario fœdam mendacii labem , & ut illi ſua ſtet authoritas. Quæ eſt doctrina Illuſtriſſimi noſtri Franciſci MARIÆ de Aſte, ex Clerico Regulari Archiepiſcopi Hydruntini , Salentinorum Primatis, in Diſceptationibus in Martyrologium Romanum ad diem 30. Maii, ibi :

Lectiones Breviarii ſunt Sanctorum Hiſtoriæ , adeoque ex partibus oppoſita aſſerentibus unam hiſtoriam tradere debent , ut eam quidem , quæ dum recenſetur , populari uſui accommodatur. Quamobrem Eccleſia Romana eam recipit ſententiam , quæ illo à pluribus inſcribitur.

Et hoc pacto omnia , quæ in Breviario collocata ſunt, ſortiri poſſunt utrumque finem , nempe cultum Dei , & utilitatem Eccleſiæ. Quarum rerum neutra poteſt mendaciis obtineri.

ASSER-

ASSERTIO IV.

Ostenditur authoritas Breviarii Urbani ex illius causâ efficiente.

2717 Causa efficiens Breviarii Urbani multiplex est; omnes enim Pontifices, omnesque viri sapientes, qui in emendando Breviario Romano desudarunt, dici possunt illius causa efficiens. Fateor me non posse exactam seriem correctorum Breviarii exhibere, plerosque ignoro; quos novi, hic proponam.

2718 Circa Breviarii Romani initium, primosque illius Authores variæ sunt Scriptorum sententiæ. Plerique hanc gloriam tribuunt Sancto Damaso Pontifici Maximo Lusitano, simulque Doctori Maximo Sancto Hieronymo, ante quos dicunt non visam esse in Ecclesiâ Romanâ certam Canonicarum precum formam; ita habetur ex Venerabili Beda, Walefrido Strabone, Radulpho Tungrensi, & Sigeberto Gemblacensi, quos refert, non tamen sequitur Oliverius Bonartius in eruditissimo opere de Horis Canonicis lib. 1. cap. 7. qui tamen Canonici Officii originem altius repetendam ostendit, utpote ab ipsis Apostolis derivatam.

2719 Huic sententiæ favet (inter alia) illud, quod scribitur in Clementis Romani Constitutionibus Apostolicis lib. 8. cap. 40. quo tradit, quibus Horis, & cur in eis orandum sit.

2720 Post Sanctos Damasum, & Hieronymum, eandem Spartam ornarunt Sanctus Gelasius ex Canonico Regulari, & Discipulo B. Augustini Pontifex Maximus, Sanctus Gregorius I. & Sanctus Gregorius VII. uter-

que

que ad Summum Pontificatum assumptus ex Ordine Sancti Benedicti.

2721 Objit Sanctus Gregorius VII. anno Domini 1085. exactis post ipsius mortem triginta quatuor annis, electus fuit Pontifex Maximus Callixtus II. anno Domini 1119. à quo creditur compositum Officium de Sancto Jacobo Maiori, quod legitur in Breviario Romano, ut ait Gavantus in Rubricas Breviarii Romani Sect. 7. cap. 9. ad diem 25. Julii.

2722 Innocentius III. ex Canonico Regulari Pontifex Maximus non nihil etiam circa Horas Canonicas effecisse censendus est, cùm constet ab ejus tempore nomen inditum Breviario, quod ante dicebatur Officium Capellare, ut ait Macri in Hierolexico, verbo *Breviarium.* Contra Macrum tamen est quod legitur apud Carolum Du Fresne Dominum Du Cange in Glossario Mediæ, & Infimæ Latinitatis, verbo *Breviarium*, ubi hoc nomen multo ante Innocentium III. reperitur inditum libro Divini Officii; quâ de re videndus etiam est Clarissimus Pater Franciscus de Berganza, aliàs à nobis laudatus tomo 2. Antiquitatum Hispaniæ lib. 7. cap. 5. §. 96.

2723 Progressu temporis corrumpi cœpit Romanum Breviarium, unde illius emendandi provinciam commisit Gregorius IX. Fr. Haymoni de Feversham, sexto Ordinis Minorum Generali, viro Doctissimo, aliisque viris, quos æquum est credere ob pietatem, & doctrinam fuisse dignos, quibus tantum opus à Sapientissimo Pontifice demandaretur.

2724 Brevi tractu temporis videtur iterum aliqua errata in Breviarium Romanum irrepsisse, solumque conservatum integrum, & incorruptum apud Patres Ordinis Sancti Francisci, qui primi Ordinum Religiosorum admiserant usum Breviarii Romani. Unde Nicolaus III.

præcepit, ut omnes Clerici uterentur Breviario Patrum Minorum.

2725 Cùm autem rursus hoc Breviarium apud sæculares Clericos corrumpi cœperit, fortassè imperitiâ describentium, & servaretur incorruptum apud Patres Minores, existimo decrevisse Sixtum IV. ut omnes Ecclesiastici sæculares uterentur Breviario Fratrum Minorum, hoc etenim non erat aliud, quàm Romanum incorruptum.

2726. Objit Sixtus IV. anno 1484. cui successere Innocentius VIII. eodem anno. Alexander VI. anno 1492. Pius III. anno 1503. eodemque anno Julius II. quos nescio quidpiam innovasse circa Breviarium Romanum. Anno verò 1513. successit Julio II. Leo X. cujus tempore tot errores irrepserunt in sacrum illud volumen, ut illius Hymnos emendandi provinciam imposuerit hic Pontifex Zachariæ Ferrrerio, patria Vicentino, qui ex Episcopo Sebasteno creatus fuit Episcopus Guardiensis in Regno Neapolitano, ut ipse Zacharias testatur in Præfatione in Hymnos Ecclesiasticos à se compositos, dicatosque Clementi VII. Romæ VI. Kalendas Decembris anno 1523. ubi ad Pontificem ait:

> *Leo X. Pontifex Maximus Patruelis tuus, Clemens Beatissime, quum esset rei Ecclesiasticæ studiosissimus, & ea, qua callebat humanas litteras sagacitate Odes, sive Hymnos, quibus in Dei Maximi laudes quotidie utimur à verâ latinitate, & metro aberrare perpenderet, adjecit animum, ut in melius reformarentur vel juxta rectam mensuram, & latinitatem, exclusâ barbarie, de novo excuderentur, idque oneris meis humeris imponendum censuit.*

Et post pauca subdit idem Zacharias Ferrerius:

> *Singulos quidem Hymnos, prout à me quotidie prodibant, perlegit Leo Pontifex, ac probavit.*

Clemen-

2727 Clementi autem VII. adeò arrisere Hymni à Zachariâ compositi, ut Pontificiis literis ad ipsum Zachariam datis die ultimâ Novembris anni 1523. eas maximè laudaverit, dicens à plerisque viris doctis, & à nonnullis ex S. R. E. Cardinalibus fuisse celebratos; & motu proprio, & ex certâ scientiâ concessit, *ut quilibet etiam sacerdos eosdem Hymnos etiam in Divinis legere, & eis uti possit.*

2728 Objit Zacharias Romæ anno 1524. anno verò 1525. prodiit Romæ impressum illius opus in ædibus Ludovici Vicentini, & Laurentii Perusini in 4. paginis 230. hoc titulo:

Zachariæ Ferrerii Vicent. Pont. Gardien. Hymni novi Ecclesiastici juxta veram metri, & latinitatis normam à Beatissi. Patre Clemente VII. Pont. Max. ut in Divinis quisque eis ut possit, approbati novis Ludovici Vicentini, ac Laurentii Perusini characteribus in lucem traditi, sanctum, ac necessarium opus.

2729 Nec solis Hymnis insudavit Zacharias, sed toti Breviario emendando, nam sub titulo libri Hymnorum hæc leguntur:

Breviarium Ecclesiasticum ab eodem Zach. Pont. longè brevius, & facilius redditum, & ab omni errore purgatum propediem exibit.

2730 An istud Breviarium Zachariæ prodierit me latet, & fortassè non placuit Romanæ Ecclesiæ ob nimiam brevitatem, quo ex capite displicuit Breviarium Cardinalis Quignonii: illud scio, quod quinque post annnis à morte Zachariæ, regnante eodem Clemente VII. tanta erat Romani Breviarii corruptio, ut de illo emendando cogitaverint nostri Ordinis Conditores Sanctus Caietanus Thienæus, & Joannes Petrus Carafa Episcopus Theatinus, ut disertè, eleganterquè exposuit politissimus nostrarum rerum Scriptor Josephus Silos, cujus narrationem, & si

longiusculam hîc duxi inserendam, cùm ad confirmanda nonnulla ex iis, quæ supra dixi, tum maximè ad sternendam leniorem viam demonstrandi authoritatem, quam Urbani Breviario conciliat illius causa efficiens, quod præsentis disputationis caput est. Silos igitur Historiarum Clericorum Regularium parte 1. libro 3. à pagina 94. de nostri Ordinis Conditoribus loquens, sic ait:

Jam qui ab ipsâ sodalitii institutione non suum tantummodo, aut paucorum profectum, verum commune etiam Ecclesiæ decus, & commodum spectarunt Patres, appulere anno insequenti animum ad opus planè laudatissimum, ac pulcherrimum, Romanæque Religioni, ac cultui pernecessarium. Sanè inter publicas, Sanctasque Ecclesiasticorum functiones, potissimum est diurnum Divinorum Officiorum pensum, quo labiorum vitulis, sacrarumque precum thure quotidianas statis horis adolemus, mactamusque numini victimas, Religione, cultuque animorum longè gratissimas. Pervetustum hoc fuit, vel ab ipsâ primævâ Ecclesiâ institutum psallendi, recitandique Dei preces; quibus formandis, vel reformandis sanctissimi quique, ac doctissimi omni ævo Patres noviter laborarunt; magnis, ac gravissimis curis suis dignum existimantes in id opus incumbere, ut ea recitandarum precum ratio in Ecclesiâ quam pulcherrimè constaret. Desudarunt successu temporum eo in opere Hieronymus, Alcuinus, Aimon Anglicus jussu Romanorum Pontificum Damasi, ac Adriani, sive Leonis Tertii, ac Alexandri Quarti. E' summis verò Pontificibus, inter præcipuas, ingentesque Ecclesiæ cogitationes hanc etiam curam versarunt Gregorius Primus, Leo Secundus, Gelasius Primus, Gregorius Magnus, & plerique alii. Etsi, quid sacrorum Principes, ac Ministros memoro, ad quos ea Divinorum procuratio jure Officii pertinet; quando, &

Reges

Reges ipsi, & Cæsares nec infra dignitatis maiestatem, nec supra regnorum molem id negotii ducentes, non curarunt modo impense, verum hisce studiis imperii curas distrahi per honorificum putarunt, ac dignum Principe; Carolum Magnum, Regem Gallorum, postea Cæsarem re bellica, ac pietate cum paucissimus spectatum, hanc præcipuè psallendi disciplinam, ritumque Ecclesiastici Officii recitandi restituisse, atque emendasse Author est Æginardus: ipsumque effecisse, ut Adrianus Pontifex hanc etiam laudem intenderet nova ad priscam, exactamque formam Officia cudendo Author est Amalarius Fortunatus. Ludovicus item Caroli filius, & Cæsar imperii fasces, ac studia hâc eâdem rite psallendi curâ honestavit; adnisus namque est ut Gallica Officia ad Romani ritus exemplar emendarentur misso Romam ad Summum Pontificem Amalario viro Ecclesiasticis institutis apprimè instructo, qui quos jam de Divinis Officiis libros composuerat ad Romanam amussim expolivit, adauxit concinnato inibi Commentario de Ordine Antiphonarii ad Gallicarum Ecclesiarum disciplinam, votumque Ludovici. Plane si recensere omnes, qui in id genus curis operam posuere, consilium esset, longè plures ex omni hominum censu clarissimos, ac eruditissimos viros laudari oporteret. Satis hos commemorasse, ut ex hâc celsorum capitum conditione intelligat quisque, haud parvi quidem momenti ac laudis esse, id aggredi voluisse. Quod cum Ecclesiasticis potissimum viris abundè pulchrum, ac decorum esse perspicerent nostri homines, quippe qui non modo Clerici, sed & Regularem Clericorum disciplinam instauraverant. Atque id sibi inprimis proposuerant, ut quæ ad Religionis, atque Ecclesiarum decentiam, nitoremque spectarent interiore curâ urgerent, totos se ad hanc diurnarum precum, Officiorumque emendationem convertere statuere.

Et

Et quidem indigere hoc Clericorum studio ejus tempestatis psalmodia videbatur. Enim verò, quod nullæ tunc essent preces inculpatæ, ac decoræ; plura in dies obtrudebantur Breviaria, non suis quæque nationibus, aut Provinciis, sed singulis ferè Ecclesiis, ablegatâ laudabili illâ in eisdem sacris recitandis, ac faciendis conspiratione, consensuque fidelium. Quod verò Romæ tunc temporis Breviarium terebatur nullis non erroribus, ac mendis plenum. Damnatæ ab Ecclesiâ memoriæ Authorum homiliæ: incertæ, nulliusque fidei passim historiæ: præposteræ, obsucræque admodum rubricæ: præter sermonis inconcinnitatem, plebeiamque plerisque in locis dictionem, quam suggillat, notatque merito Epistolâ ad Gibertum Carafa, qui & se stomacho iis recitandis affici affirmat, ac dedecere, sacrorum sive puritatem, sive maiestatem illam Officiorum inelegantiam, insertaque damnatorum capitum nomina, ac dubiam historiarum fidem. Ergo in hoc concilium Patres incumbere ac re constita transactum cum Clemente Pontifice, ut authoritatem operi, ac stimulos adderet: qui egregiam illam Regularium Clericorum mentem probavit prolixius, indulsitque ut quod ipsi moliri Breviarium decentiorem informam, atque ordinem statuissent, conficerent, & ut experimento, usuque expolirent in dies, quod lucubrassent uterentur per annum ea recitandi Officii methodo, rituque, exempti interea temporis ab aliorum Officiorum recitatione, demum absolutum suis numeris opus Sedi Apostolicæ afferrent approbandum.

Hæc Silos; deinde post exscriptas Clementis literas, subjungit:

Facta Pontificiis his literis facultate non impigrè gravissimum, atque operosum oppido munus aggressi Patres, non pauca immutare pleraque rejicere, explorare omnia

non

non pauca immutare, pleraque rejicere, explorare omnia ad prisci ritus calculos, quæ demum supra memoravimus scite, ac rite emendare. Abrogatæ quippe quamplures Martyrum historiæ, inductæ sanctorum, clarorumque Patrum homiliæ, expunctis, quæ ex Origene, & Eusebio Emisseno, aliisque suspecti nominis legebantur. Absona humanioribus auribus, cùm verba, tum hymnorum metra suis numeris, & elegantiæ reddita; aptæ, concimæque respondentes inter sese rubricæ appositæ: denique nihil prius fuit, quam ut opus pœne recoquerent. Planè ut dolendum fuerit, nullum consecutum subinde exitum, fructumque. Enim verò, ut alibi de Clementis Pontificis Septimi moribus statuimus, ejus illa indoles fuit, ut quantum judicii perspicacitate, ac præclaræ mentis acie in arduis, tum concipiendis, tum consultandis valeret, tantundem in eisdem expediendis lentus erat, incertusque animi: ut perrarò magnas curas continuaret, ac nimis cunctando dilabi sæpius præclara è manibus momenta sineret. Prolixa igitur ejus consilia ac moræ eam precum reformationem distulere; & quod Patres lucubrarant, gravi cum eorum sensu, domestico interim lare, sinuque delituit. Carafæ inprimis molestè id accidit, qui pro eo, quo incitabatur, zelo, perurgere nihilominus opus non destitit. Sane, ut non una egregium pectus ratio everberabat; tum incerta præsertim aliena, atque inconcinna illa, quæ Breviario Romano fœde irripserant usque adeo afficiebant, ut iis ineptiis, ac somniis recitandis tempus terere minus posset vir gravissimus. Testatur id ipse apertè, & candidè ad Gibertum, quem persæpe compositis ad eum litteris monuit, pulsavitque exquisitis precibus, ut dignum Religione suâ negotium ad Ecclesiæ totius dignitatem, ac bonum apud Pontificem curaret. At, enim verò, cùm frustra omnia ac rem pene conclamatam cerneret,

ret, prætextu quidem adversæ valetudinis, ac gravis ævi, re autem vera ut inepta, atque inerudita in eo Officio declinaret exemptionem à diurno eo penso exolvendo efflagitavit, ac mox obtinuit, præsertim quod, aut minore quidem stomacho dignum Breviarium illud erat, quod Sanctæ Crucis vulgò dicebatur, à Francisco Cardinali Quignonio compositum. Quod quidem ut à plerisque, & è Romanâ Aulâ ferè omnibus, quod breve admodum tribus solummodo psalmis absolveretur, usu receptum fuit; ita gravissimi quique viri, quod à priscæ Ecclesiæ ritu longè dissentiret, improbarunt, nec in animum inducere unquam potuere, ut illo uterentur. Quæ porrò errata, in perbrevi, recentique eo Breviario Author insperserat, notat Sotus diligenter.

Opportunum verò erit, quoniam materiam semel attigimus, rem totam, etsi alieno in loco absolvere, ac explicare, quem tandem ea nostrorum Patrum solertia, ac studium in sacrarum precum instauratione exitum habuerit. Resumptum igitur sæpius negotium, dilatumque subinde sæpius fuit, ac visa tandem digna Concilio Tridentino, ac sapientissimis iis Patribus cura. Verum cùm alia aliis succederent Religionis, Fideique in ea Synodo momenta, ut publicæ Antistitum consultationes in explicandis, confirmandisque Catholicis sententiis totæ essent, nihil sub maximis Pontificibus Paulo Tertio, & Julio Tertio hâc de re sancitum. Quousque adlectus Pontifex Cardinalis Theatinus, in id, quod satis diu consilium, votumque pectore gestaverat, manum ipse admovere, ac perficere suo Marte statuit. Quocirca proscripta statim Quignonii compendiaria ea orandi formula, quæ olim cum Thienæo, aliisque Patribus excogitaverat, ad examen iterum, ac lancem accuratè revocando; tum nova ipsemet, ac secundas veluti curas adjiciendo, rem penè confecit

fecit ducto ad calcem, ac limam opere. At verò ut obvia ſunt bonis conſiliis impedimenta, Campano eo bello, armiſque intempeſtivis interpellatus; tum profundæ ſenectutis incommodis prægravatus, proponere Orbi Chriſtiano meditatum pſallendi ritum minimè potuit: digeſtumque, ac penè abſolutum ſuccedaneæ Pontificum curæ opus legavit. Res itaque agitari iterum cœpta in Concilio Tridentino Pio IV. Pontifice, præcipuè, quod à cunctis expeti, ſummis precibus videbatur, ac Cæſar ipſe per Legatos ſuos id à Concilii Patribus etiam, atque etiam efflagitaret: ut datis ad noſtrum Bernardinum Schottum Cardinalem Tranenſem litteris, Thomas Golduellus item è noſtris Epiſcopus Aſaphenſis, qui in eo conventu aderat, ſignificavit. Ea propter egregios Pauli Quarti in reformando precum ritu labores cùm ſcirent Patres, ab eâ Paulini operis ideâ non diſcedendum putarunt. Demandata igitur Aſaphenſi res eſt, qui ſtatim cum Tranenſi Cardinali, cui id etiam à Pio IV. datum anteà negotium fuerat, pleriſque litteris egit, ut quæ Paulus accuraverat, Tridentum mitteret. Eam nempè eſſe Concilii mentem; exoptarique ſummis votis, cùm ab Italis, tum ab Hiſpanis, Galliſque Epiſcopis Breviarii emendationem. Res tamen in tanto graviſſimarum curarum æſtu prolixior adhuc viſa, quam ut poſſet pro dignitate examinari, inſtante præſertim Concilii exitu. Quare ad authoritatem, judiciumque Pontificis relatum iterum negotium eſt, ac tandem fauſtè abſolvit Pius V. qui in iis, quas in Romani Breviarii fronte litteras affixit, ſe, & Anteceſſores ſuos delineatum à Paulo IV. exemplar, ac poſthumas ejus curas teſtatur ſequutos, quam ſtudioſiſſimè fuiſſe, neque ab hâc mente Tridentinorum Patrum propoſitum diſcrepaſſe, iis verbis: Patres in illâ ſalutari reformatio à Concilio conſtituta

Kkkkkkk Bre-

Breviarium ex ipsâ Pauli Papæ Quarti ratione restituere cogitarunt.

Cæterùm, quæ præcipuè Paulus veteri in Breviario accuratè emendaverat, aut expunxerat ut Epistola ad Vincentium Massam è nostrâ Congregatione data refert Hieremias Isachinus Clericus item Regularis, qui ab intimo Pauli Pontificis cubiculo, ejusque in Horis Canonicis persolvendis comes fuit, ad hæc fermè capita revocantur. Origenis Homilias, aliorumque non integræ Religionis Authorum, non uno affixas loco, abrasit; inseruitque illibatam Sanctorum Patrum mentem, ac stylum. Graves ad Nocturnos benedictiones, pro ineptis, absurdisque apposuit. Incertas martyriorum narrationes, invectis, quæ probatissimæ, compertæque erant, obliteravit, D. Thomæ Cantuariensis germanam martyrii historiam attexuit. Votivos utrique Cruci dies Homiliis Sancti Leonis Papæ insignivit. Quæ solemni B. Agnetis die Lectiones recitantur, ex libro secundo Divi Ambrosii de virginibus excerptas voluit. Absonos quosdam in festis Transfigurationis, ac Sanctissimæ Trinitatis Hymnos abrogavit. Ad hæc statuit, ut cujusque Dominicæ ante, & post Pentecosten commemoratio nullo paulo prætermitteretur. Implicatas, confusasque in adventu Domini rubricas planiorem in modum explicavit. Primam ex Horis Canonicis aggestis Psalmis, quam longissimam Dominicis diebus cani solitam, contraxit. Ultimas item diei preces, ac Completorium reformavit. Scripsit hæc porro Isachinus ad Vincentium Massam, quod instantibus Romanis, ac Generalibus Comitiis anni sexagesimi primi supra sesquimillesimum cogitarent, tandem Patres ad id Pauli Quarti exemplar orandi formam nostris hominibus præscribere. Quodquidem collatis votis, ac re maturiùs in eo Capitulo discussâ, sancitum lege est, manavitque ordinatio

tio in hæc verba: Item placuit, ut circa Officium decantandum, exolvendumque ritus ille ſervetur, quem felicis recordationis Paulus Pontifex Quartus inſtituit, cùm id nobis facere privilegia noſtra permittant. *Quæ verò id nobis privilegia permittant, ea ſunt, quæ in ipſo ſodalitatis exortu Pontifex Clemens adnuit, nempe, ut ritus Eccleſiaſticos quoad Officia recitanda, Miſſaſque celebrandas immutare, ac ſuo accommodare inſtituto liceret noſtris, ut in eo diplomate videre eſt, quod ſupra adſcripſimus. Atque hæc quidem de illo in Breviario reſtituendo noſtratum ſtudio, quæ fuſiùs profectò enarravimus, ne poſteritatem eorum præclara mens lateat. Et verò, quod ad hanc Eccleſiaſtici ritus formam, ſplendoremque Romanum Orarium, diurnæque preces pervenerint, deberi noſtris hominibus magnæ laudis partem æquum eſt: quippe qui huic conſilio, curæque egregiè inſudarunt, præcipuè Carafa, cujus in pectore nunquam intermortua præclari operis, conficiendi, expoliendique cogitatio: adjecitque vel inter aſſidua, ac graviſſima Orbis negotia egregium ſtudium, ac ſtylum.*

Viri illi clariſſimi, quibus à Concilii Tridentini Patribus commiſſa eſt Romani Breviarii emendatio, fuere ſequentes.

2731 I. Fr. LEONARDUS DE MARINIS Ordinis Prædicatorum, Archiepiſcopus Lancianenſis, vir doctiſſimus, & ſcientiſſimus rerum Hiſpaniæ, ad quam bis venit Nuntius Apoſtolicus, cujus præclariſſima elogia habentur apud Ughellum tomo 4. Italiæ Sacræ Columna 293. ubi de Epiſcopis Albenſibus numero 47. ſecundæ editionis, & apud Altamuram in Bibliothecâ Dominicanâ pag. 356. & noviſſimè apud Jacobum Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum à pagina 228.

2732 II. Fr. ÆGIDIUS FOSCARARIUS ejuſdem Ordinis, Epiſcopus Mutinenſis, à Venerabili Domino

D. Fr. Bartholomæo de Martyribus Lusitano Archiepiscopo Bracharensi, & Hispaniarum Primate, cujus consuetudine usus fuerat mirificè laudatus. Vir fuit doctissimus: hujus egregia encomia extant apud Ughellum in Italiâ Sacrâ tomo 2. columna 137. editionis secundæ, ubi de Episcopis Mutinensibus numero 68. & apud Altamuram in Bibliothecâ Dominicanâ pagina 328. & novissimè apud Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum tomo 2. à pagina 184.

2733 III. Fr. FRANCISCUS FORERIUS Lusitanus ejusdem Ordinis, qui vir fuit ab eruditione celeberrimus, & à Sebastiano Lusitanorum Rege, cui erat à Sacris Concionibus, missus ad Concilium Tridentinum, utpote qui erat Theologus præstantissimus, in cujus laudes sese effundunt Authores, quotquot de illius ætatis Scriptoribus Ecclesiasticis meminere. De eo latè agit clarissimus Historicus Fr. Ludovicus de Sousa in Historia Ordinis Sancti Dominici Provinciæ Lusitanæ parte 3. libro 6. capite 8. Illius elogium texunt Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, Ambrosius de Altamura in Bibliothecâ Dominicanâ pagina 363. & Jacobus Quetif in Scriptoribus Ordinum Prædicatorum tomo 2. pag. 261. pluresque alii apud istos, & novissimè frequenter mentionem facit Magni Francisci Forerii Reverendissimus Pater Frater Petrus Monteiro ex Sapientissimo eodem Ordine Prædicatorum, Regalis Academiæ Socius, Sancti Officii Censor, Examinator Synodalis Archiepiscopatûs Ulyssiponis Orientalis, & Cratencis Prioratus, Concionatorque Serenissimi Domini D. Francisci Infantis Lusitaniæ in egregio, utilissimoque opere summo labore Lusitanè scripto, cui titulus *Claustro Dominicano*; & utinam similes libros edidissent omnes Sacri Ordines; in iis enim facillimè conspicerentur egregia cujusque decora, magnumque

que ſuppeditaretur auxilium ſcripturis Hiſtoriam Luſitanam, dum memorarent clariſſimos uniuſcujuſque Sacri cætûs viros, quorum geſtis maximopere illuſtrantur res Luſitanæ, quæ latent defectu ejuſmodi librorum.

2734 Huic eruditiſſimo Dominicanorum Patrum Triunviratui in hac ſacra Sparta ornanda poſtea præfuit juſſu Sancti Pii V. Pontificis Maximi GUILLIELMUS CARDINALIS SIRLETUS, Sancti Philippi Nerii, ejuſque Inſtituti admirator eximius, vir æquè morum ſanctitate, atque omnigenæ eruditionis laude clariſſimus, quem Pius IV. univerſo poſtulante ſacro Collegio Purpuratorum Patrum, eorum numero adſcripſerat; ut antea meditatus erat Paulus IV. & quem poſt mortem Pii IV. eligendum Pontificem Maximum ſtrenuè laboraverunt Sanctiſſimi Cardinales Carolus Borromæus, & Michael Ghislerius, qui in eo Conclavi aſſumptus eſt ad ſolium Sancti Petri, dicique voluit Pius V. quorum uterque jam in Sanctorum numerum relatus eſt. Luculentiſſimum Sirleti elogium habetur apud Ciaconium tomo 2. columna 974. editionis Romanæ anni 1677. ego autem ut teſter gratum animum noſtri Ordinis erga tantum virum, illud ſubjungo quod de eò ſcribit diſſertiſſimus noſter Silos tomo 1. Hiſtoriarum Clericorum Regularium libro xv. pagina. 639. ubi ait:

Hujus Pontificatus initio, hoc eſt, Novembri menſe ejus anni vir quidem noſtri Ordinis amantiſſimus, atque inter primas Auguſti Senatus Purpuras, magnique nominis Cardinalis, Romæ obiit. Fuit is Guilielmus Sirletus, ſæpè memoratus, inſerendus planè noſtris Commentariis, ſive beneficia, quæ à noſtris accepit, ſive quæ in nos contulit, numeres. Enim verò cùm in tenui quidem fortuna Romæ ageret, paucis, ac bonis notus, ſapientiſſimus noſtræ Congregationis Parens, veræque virtutis æſtima-

timator, Paulus Quartus, raptum ad Infulam, inter Protonotarios, quos Participantes vocant, adscripsit: eoque postea judicio, affectuque insignem viri virtutem, moresque incorruptos, ac præstantiam omnigenæ quà sacræ, quà profanæ eruditionis, cum exacta præcipuarum linguarum peritia conjunctæ, est prosecutus, ut destinaverit jam animo, tot meritorum nomina splendore Purpuræ honestare, quam secuta ejus mors distulit illi, non abstulit. Ac interim inter Pontificios familiares nullus Sirleto Paulo carior. Illum super mensam de divinis rebus, sacræque Scripturæ locis disserentem audire: illum privatis colloquiis in consiliorum, curarumque partem vocare: illum domestico in sacello ad alternam psalmodiam cum paucis adhibere. Eo uti magistro in sacrarum litterarum, linguarumque studiis Alphonsum Cardinalem Carafam, nepotem, & Antonium Carafam à poculis, postea item Cardinalem, voluit. Illum denique in extrema vitæ periodo adesse sibi novissimis officiis, piisque adhortamentis jussit. Quam beneficentissimi Pontificis voluntatem abundè conpensavit Sirletus singulari in nostram sodalitatem studio, acceptasque a Parente gratias, referre soboli voluit. Erudiendæ præsertim in Hebraicis, Græcisque litteris, sacrâque omni eruditione juventuti nostræ operam dedit in Quirinali domo, ubi à Pauli Quarti morte inter nostrates aliquandiù vixit, Præceptor Infulatus, ac victu, cultuque penè Clericus Regularis. Cùmque plerosque ex eâ pube præclara ejusmodi litteratura imbuerit, tùm Antonius Agellius ab ejus schola, ut diximus, prodiit, qui eximiis planè lucubrationibus suis Magistri nomen, doctrinamque apprimè commendat. Continuavit postea in Purpura, nunquam abrupto beneficiorum cursu, in nos, ac nostra humanitatem suam vir magnus; eâque affectione, atque ardore animi curabat res nostras, ac si è Theatinâ

tinâ

tinâ disciplinâ esset. Nostratum verò ejusmodi in illum observantia vicissim erat, ut communis nostræ familiæ Parens, ac Tutela videri posset. Is porrò, postquam plura in Catholicæ rei decus, nitoremque contulisset, consilio, studiis, vigiliis, exemplo etiam innocentissimæ vitæ, consensuque virtutum incredibili septuagenario maior vita fungitur, prosecutusque est funus communis mæror, ac persuasio, Purpuratos quidem alios posse à Pontifice subrogari, non autem Sirletos.

Hi sunt illi eruditionis Ecclesiasticæ Heroes, quos vocavit peritos viros Sanctissimus Pontifex Pius Quintus in Bullâ Breviario perfixâ, ubi ait:

Nos itaque Divinâ disponente clementiâ, licèt immerito ad Apostolatûs apicem assumpti cum sacrum opus, adhibitis etiam ad illud aliis peritis viris maximè urgeremus, magnâ in nos Dei benignitate (sicut accepimus) Romanum hoc Breviarium vidimus absolutum.

De viris illis ait Franciscus de Padilla Histor. Eccles. Hispan. parte 1. cent. 1. cap. 11.

Yo por averme hallado en Roma en tiempo, que se publico el dicho Breviario, y haver conocido las personas, que por mandado del dicho Pio V. lo ordenaron, soy buen testigo del gran cuidado, que se tuvo, de que no se puziesse en el dicho Breviario, especialmente en las Liciones de Maytines, cosa, que no fuesse muy authentica, cierta, y verdadera, y como tal se puso en el la Venida de Santiago a España, y aver predicado el Santo Euangelio en ella.

2735 Nec poterat Expeditio Hispanica Sancti Jacobi non esse in Breviario Romano recognito à Clarissimis iis tribus viris, qui erant rerum Hispanicarum scientissimi, ut jam adnotavi, & qui interfuerant Concilio Tridentino, in quod convenere plusquam triginta Episcopi Hispa-

Hispani, præter plures alios Doctissimos viros ejusdem nationis; cùm in eodem Concilio contigerit studiosè differi de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, ut ex P. Fr. Jaymio Ferrer Eremita Augustiniano diximus in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, num. 1734. Unde non poterat non esse perspectissimus Adventus Sancti Jacobi in Hispaniam doctissimo illi Triunviratui, cui commissa fuit recognitio Breviarii Romani. Præsertim cùm illi præfuerit Cardinalis Sirletus, qui tam assiduè, quàm refert P. Silos supra adductus, adstiterat Sapientissimo Pontifici Paulo IV. qui fuit assertor Adventus Sancti Jacobi in Hispaniam, ut constat ex illius literis, quas exhibuimus in Appendice I. numero 2542.

2736 Post annos quatuor supra viginta à correctione Breviarii, factâ à Sancto Pio V. reperti sunt nævi non pauci in Romanum Breviarium inducti, ut testatur Clemens VIII. his verbis:

> *Cùm vero progressu temporis Typographorum negligentia, & incuria, & nimia aliorum etiam, ea, quæ ad ipsos non pertinent, temerè sibi assumentium, audacia, ac licentia multi errores in illud irrepserint; ac tum in sacrâ Scripturâ, & Lectionibus Patrum, tum in vitis Sanctorum, & Rubricis, aliisque locis sine nostrâ, & Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum authoritate, pro cujusque arbitrio pleraque addita, & immuta fuerint, ita ut nulla jam reperiantur Breviaria, quæ à primâ editione ejusdem Pii in multis non discrepent, atque dissentiant, & aliquâ recognitione indigeant.*

Cui malo mederi volens Clemens, novam Breviarii correctionem instituit, ut ipse subjungit:

> *Nos, qui pro Pastorali nostrâ sollicitudine in eam curam præcipuè incumbimus, ut quæ à prædecessoribus nostris sanctè, ac piè instituta sunt perpetuò integra, & inviolata*

lata conserventur, quæ verò hominum culpâ immutata sunt, atque corrupta, & quæ recognitionem exigunt, in pristinum statum restituantur, & reformentur: mandavimus nonnullis piis, & eruditis viris, quorum consultatione, & opere, in hujusmodi rebus frequenter utimur, ut idem Breviarium novâ adhibitâ diligentiâ accuratiùs inspicerent, atquè examinarent, & ea, quæ depravata esse, & recognitione indigere, animadverterent pro suâ doctrinâ, & pietate restituerent, quod cùm ab illis exactè, ac profectò non mediocri cum emolumento præstitum sit, ita ut ex superiori illo incommodo per occasionem non parum utilitatis provenerit nos illud in nostrâ Typographiâ Vaticanâ quam emendatissimè imprimi, ac divulgari jussimus.

2737 Viri illi pii, & eruditi, quibus Clemens VIII. Breviarii recognitionem mandavit, fuere

2738 I. CÆSAR S. R. E. CARDINALIS BARONIUS Sancti Philippi Nerii, ejusque Congregationis Oratorii Romani filius, Historiæ Ecclesiasticæ Pater, cujus nomen est pro gravissimâ, atque ornatissimâ laudatione.

2739 II. SILVIUS S. R. E. CARDINALIS ANTONIANUS Romæ natus, qui ingenii, atque eruditionis miraculum creditus est, & charissimus fuit Pio IV. Pontifici Maximo, quo *Pontifice vitâ functo, cùm sanctioris vitæ studio totum se Philippo Nerio in disciplinam dedisset, ultrò à Pio V. in demortui Pontificis locum suffecto sacri Cardinalium Collegii à secretis munus ultrò sibi delatum accepit; quem locum quinque, & viginti annos summâ integritatis, prudentiæque cum laude tenuit*; ut ait Janus Nicius Erithræus in Pinacotheca 1. pag. 37. ubi elegans Antoniani elogium exaravit, S. R. E. Cardinalis creatus est à Clemente VIII. illius vita extat apud Ciaconium tom. 4.

column. 327. editionis Romanæ anni 1677. ubi legitur de Silvio Antoniano *ejus acri judicio viri doctissimi Cardinales præcipuè Veronæ, & Baronius ingenii monumenta excutienda, & expurganda subjicere solebant.* Quo nihil poterat accidere gloriosius, nisi ipsum objisse illibato tam corpore, quàm mente virginitatis flore, conservatâque gratiâ, quam in baptismo receperat, ut testatus est qui ejus confessiones diù exceperat Theophilus Sebasta Clericus Regularis ex nostris, & Sacerdos religiosissimus.

2740 III. ROBERTUS S. R. E. CARDINALIS BELLARMINUS Societatis Jesu grande decus, de quo non nihil dictum à nobis est in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi num. 472. illius vitam plures scripserunt Authores, sed vir fuit Bellarminus, qui numquam satis laudari potest.

2741 IV. LUDOVICUS DE TORRES Romanus, utriusque signaturæ Referendarius, qui Ceremoniale Episcoporum cum aliquibus aliis Romanæ Curiæ Præsulibus jussu Romani Pontificis ordinavit, & Cæsaris Cardinalis Baronii Annotationes in Martyrologium Romanum, antequam ederentur in lucem, recognovit, de quo hæc habet Cardinalis Baronius, relatus in vitâ hujus Cardinalis apud Ciaconii tom. 4. col. 901. *Reverendissimum Dominum Ludovicum de Torres, utriusque signaturæ Referendarium, ob ejus prudentiam, & pietatem mirificè colo, tantumque ei tribuo, ut ejus judicii statera hos meos libros priùs examinari voluerim, quàm in hominum conspectum prodierint.* A' Sixto V. creatus est Archiepiscopus Montis Regalis in Siciliâ; à Paulo V. in sacrum Cardinalium Collegium cooptatus, & inter Patres Congregationis Sacrorum Rituum ab eodem Pontifice collocatus, ipsique Bibliothecæ Vaticanæ cura demandata est. Ipsi jam Cardinali dedicavit Cæsar Cardinalis Baronius undecimum tomum Annalium Ecclesias-

clesiasticorum. Cardinalis Ludovici de Torres elogium habetur apud Ciaconium loco citato, & apud Rochum Pirrum in Notitiis Siciliensium Ecclesiarum volumine 1. parte 2. à pagina 435. De eo etiam agit amicus noster Eques Prosper Mandosius in Bibliothecâ Romanâ Centuria V. numero 6. ubi hunc Cardinalem vocat eruditissimum, optimisque virtutibus ornatum. Pluresque Authores refert de ipso loquentes.

2742 V. JOANNES BAPTISTA BANDINUS Canonicus Templi Vaticani, vir clarissimus, qui Secretarius fuit hujus Congregationis, recognoscendo Breviario Romano destinatæ, & qui liberalitate in nostram domum Florentinam universum Theatinum Ordinem sibi devinxit, perennatque illius memoria in nostris Historiis ab elegantissimo Josepho Silos scriptis, part. 2. lib. 1. pag. 37. ubi habetur:

Hæret, hærebitque in Florentina hâc domo Joannis Baptistæ Bandini Vaticani Templi Canonici memoria, viri quidem Romanâ in aulâ præcipui nominis à morum laude, famâque literaturæ celebratissimi. Bibliothecam longè opulentissimam voluminum supra quinques mille ex omni disciplinarum genere collegerat, librosque passim à suâ manu notis consignaverat. Hanc deinde Romæ moriens, cùm quidvis aliud cogitarent nostri, Florentinæ domui ex testamenti tabulis addixit; cui nihil profectò eruditâ hâc supellectili contingere aut pretio splendidiùs, aut utilitate opportunius potuit. Manuscripta, quæsitissima ea quidem, ac peregrina, Urbanus Pontifex Octavus, qui & Virum, & eruditionem, & librorum præstantiam noverat, addi, veluti quid pretiosiùs, Vaticanæ Bibliothecæ voluit. Porrò aureis hisce ingeniorum monumentis addidit & aurum Bandinus. Amplificandæ siquidem ejusdem domus substructioni quatuor aureorum millia,

lia, & eò ampliùs Patribus reliquit: hoc sanè laudabilior, quòd aberat: nihilque sibi è tanto munere decerpsere nostratum officia, ac studia. Quantùm viro laudatissimo debeat nostra sodalitas, nemo non videt. Debet illi & Patria, quàm qui moribus, ac literarum studiis ornaverat, honestare etiam librorum copia, delectuque voluit. Hæc Silos.

2743 VI. MICHAEL GHISLERIUS Clericus Regularis Romanus, non solùm nostri Ordinis, sed sui seculi, totiusque Reipublicæ literariæ ornamentum, nam celebre est à scriptis voluminibus nomen. Illius laudes habentur apud nostrum Josephum Silos in Historiis Clericorum Regulariùm part. 3. lib. 8. pag. 321. & sequentibus, & libro 12. ubi de Scriptoribus nostri Ordinis, pag. 617. de eo etiam agit ipsi fœdere amicitiæ conjunctus clarissimus Leo Allatius in Apibus Urbanis pag. 293. ubi plura affert aliorum testimonia in laudem ipsius Ghislerii.

2744 VII. BARTHOLOMÆUS GAVANTUS Clericus Regularis Sancti Pauli, inter præstantiores, qui de sacris ritibus scripsere, meritò numerandus, de quo frequens mentio reperitur apud Franciscum Ludovicum Barelli in utroque volumine Notitiarum Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli, quos Barnabitas vocant. Sed de Gavanto inferiùs redibit sermo.

2745 Quantâ autem cum sedulitate septem illi clarissimi Viri incubuerint recognoscendo Breviario, constare potest ex iis, quæ scribit Cardinalis Bellarminus, (qui eorum pars magna fuit) libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, in fine sæculi primi pag. 37. ubi loquens de Historiâ passionis Sancti Andræ, scriptâ à Presbyteris Achaiæ, ait:

Denique in Breviario Romano nuper recognito, historia hæc, cum de ea, inter viros doctos, & graves acriter dispu-

diſputatum eſſet, *omnium conſenſu approbata locum ſuum retinuit.*

2746 Non perfunctoriè igitur ſeſe geſſere, ſed ſummâ cum diligentiâ deſudarunt clariſſimi ii Viri, qui de Hiſtoriis in Breviario conſervandis, vel ab illo excludendis *acriter diſputabant.*

2747 Non dum octo ſupra viginti tranſactis annis, à Clementinâ recognitione Breviarii Romani, prodiit noviſſima Breviarii correctio ab Urbano VIII. feliciſſimè inſtituta. Cauſæ, quæ Urbanum impulere ad Breviarium denuò emendandum poſt iteratas prædeceſſorum curas illi operi impenſas, ipſe Pontifex conceptis verbis expoſuit, dicens:

Nos quoque in eandem cogitationem traxere, & ſolicitudo noſtra erga res ſacras, quas primam, & optimam partem muneris noſtri cenſemus, & piorum, doctorumque virorum judicia, & vota, conquerentium in eo contineri non pauca, quæ ſive à primo nitore inſtitutionis excidiſſent, ſive incboata potius, quàm perfecta forent ab aliis, certè à nobis ſupremam imponi manum deſiderarent. Nos itaque huic rei ſedulam operam navavimus, & juſſu noſtro aliquot eruditi, & ſapientes Viri ſuam ſerio curam contulerunt, quorum diligentiâ, ſtudioque perfectum opus eſt, quod gratum omnibus, Deoque, & Sanctæ Eccleſiæ honorificum fore ſperamus. Siquidem in eo Hymni (paucis exceptis) qui non metro, ſed ſolutâ oratione, aut etiam Rythmo conſtant, vel emendatioribus codicibus adhibitis, vel aliquâ factâ mutatione ad carminis, & latinitatis leges, ubi fieri potuit, de integro conditi ſunt; eadem tamen, quoad licuit, ſervata ſententia; reſtituta in Pſalmis, & Canticis interpunctio editionis vulgatæ, & canentium commoditati, ob quam eadem interpunctio mutata interdum fuerat additis Aſtericis

conſul-

consultum. Patrum Sermones, & Homiliæ collatæ cum pluribus impressis editionibus, & veteribus manuscriptis, ita multa suppleta, multa emendata, atque correcta. Sanctorum Historiæ ex priscis, & probatis Authoribus recognitæ. Rubricæ, detractis nonnullis, quibusdam adjectis clarius, & commodius explicatæ. Denique omnia magno, & longo labore diligenter, accuratèque ita disposita, & expolita, ut quod erat in votis, ad optatum exitum perductum sit. Cùm igitur tanta, tamque exacta Doctorum hominum industria, ne planè in irritum recidat, requirat Typographorum fidem, mandavimus dilecto filio Andrææ Brogiotto Typographiæ nostræ Apostolicæ Præfecto, procurationem hujus Breviarii in lucem primo edendi; quod exemplar, qui posthac Romanum Breviarium impresserint, sequi omnes teneantur.

Eruditi autem, & sapientes Viri, quorum magnum, & longum laborem, & exactam industriam in emendando Breviario laudat sapientissimus Pontifex, fuere

2748 I. ALOYSIUS S. R. E. CARDINALIS CAIETANUS vir doctus, & perspicacis, acutissimique ingenii, quibus addebat probam mentis intentionem, àc in dicendis sententiis summam integritatem. Ejus vita habetur apud Ciaconium tomo 4. columna 539. ejus meminit Ughellus in Italiâ Sacrâ tom. 6. col. 362. ubi de Capuanis Archiepiscopis num. 93. secundæ editionis.

2749 II. TIGRINUS TIGRINIUS, sive Tegrimus Tegrimius Lucensis, intimus Cubicularius Papæ Urbani VIII. unusque è Præsulibus, qui sacræ visitationis complent Senatum, ideoque Prælatus præcipuè existimationis apud omnes, ad Assisinatem Sedem provectus est ab eodem Pontifice anno 1630. Decessit Patriarcha Hierosolymitanus anno 1640. ut ait Ughellus in Italiâ Sacrâ tomo 1. de Episcopis Assisiensibus num. 53. Ex initio Bre-

Breviarii Romani constat ipsum fuisse Secretarium Sacræ Rituum Congregationis. Hunc vocat virum incomparabilem Gavantus in Commentariis in rubricas Breviarii Romani Sect. 7. cap. 12. num. 4.

2750 III. FORTUNATUS SCACCHUS Eremita Augustinianus, Apostolico Sacrario Præfectus, vir doctissimus, cujus insigne elogium habetur in Chron-historia de Apostolico Sacrario, quæ extat tomo primo operum Angeli Roccæ editionis Romanæ 1719. pag. 354. ubi legitur Scacchus: *Anno 1628. inter Consultores Sacræ Congregationis pro correctione Martyrologii, & Breviarii Romani ascitus, eruditas Animadversiones in Acta ejusdem Sacræ Congregationis exaravit.* Hir vir sapientissimus pluribus annis commoratus fuerat in Hispaniâ, plures edidit libros, à pluribus Authoribus laudatus est, ut legitur in citato elogio. De eo etiam agit Frater Antonius à Nativitate libro inscripto: *Montes de Coroas de Santo Agostinho*, pag. 543. num. 10.

2751 IV. NICOLAUS RICHARDUS Ordinis Prædicatorum, Magister Sacri Palatii creatus ab Urbano VIII. cum egregiâ ipsius commendatione, vir in Sacrâ Theologiâ doctissimus, & in Sacrâ eloquentiâ admirabilis adeo ut Matriti à Philippo III. Rege Catholico, coram quo concionabatur, appellatus fuerit *Monstrum.* Clarissimum hunc virum luculentissimis elogiis ornarunt plures Authores, ut sunt Leo Allatius in Apibus Urbanis, verbo *Nicolaus Ricchardius.* Janus Nicius Erithræus in Pinacotheca, pag. 43. & novissimè Jacobus Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum tomo 2. pag. 503. & alii apud ipsum.

2752 V. HIERONYMUS LANUVIUS, de quo nihil aliud compertum habeo, præterquam fuisse utriusque signaturæ Referendarium, quo gravissimo munere functi

functi sunt plures magni nominis viri, qui postea Sacro Collegio Cardinalium fuerunt adscripti, è quibus non pauci in solio Divi Petri sedere Pontifices Maximi. Unde Joannes Baptista Marchesanus in Praxi Commissionum, ac Rescriptorum utriusque signaturæ parte 1. cap. 1. num. 27. dixit:

> *Quàm innumeri, tum priscis, tum nostris temporibus ex sa-sacro Referendariorum consessu Patres Purpurati, & exinde Pontifices Optimi Maximi selecti fuere? Vidi ego Julium Tertium, Joannem Mariam de Monte Politiano, Pium illum IV. Mediceum Mediolanensem, Gregorium XIII. Hugonem Boncompagnum Bononiensem, Urbanum VIII.* (dicere voluit VII.) *Joannem Baptistam Castaneum Romanum, & Innocentium IX. ex Fachenetorum genere Bononiæ ortum, tandem sanctissimum Dominum Nostrum Clementem VIII. ex antiquissimâ, nobilissimâque familiâ Aldobrandinâ Florentinâ, ex quâ semper literatissimi viri flouerunt, quem ad sui nominis gloriam nobis diutissimè Dominus conservet.*

Post hæc enumerat Marchesanus novendecim Cardinales clarissimos, qui extiterant utriusque signaturæ Referendarii; unde conjicere licet quantus vir fuerit Hieronymus Lanuvius, tanto muneri adscriptus; sed quod, me judice, maximè illum commendat, est fuisse ab Urbano VIII. Pontifice Sapientissimo, & prudentissimo adjunctum gravissimis iis Viris, qui unà cum eodem Pontifice recognoscendo Breviario Romano incubuerunt.

2753 VI. HILARION RANCATUS Cistertiensis, vir omnigenâ eruditione clarissimus, qui Romæ extitit Moderator Abbatiæ Sanctæ Crucis in Hierusalem, & certè nunquam satis laudandus, æternâque memoriâ dignissimus, quippe qui per plures quam quinque, & viginti annos

annos à Summis Pontificibus Urbano VIII. & Innocentio X. in magnis quibusque negotiis, & Congregationibus adhibitus fuit. Præclarum illius elogium affert Visch in Bibliothecâ Ordinis Cistertiensis pag. 150.

2754 VII. JACOBUS VULPONIUS Adriensis Congregationis Oratorii Romani, quem *Ecclesiasten gravissimum* vocavit Joannes Baptista Laurus in suâ Orchestrâ Theatri Romani, sive Dialogo de viris ævi sui doctrinâ illustribus. De eo scribit Leo Allatius in Apibus Urbanis pag. 142. edidisse suppresso nomine: *Collationes in Martyrologio Romano cum Annalibus Baronii.*

2755 VIII. BARTHOLOMÆUS GAVANTUS ex Doctissimâ Congregatione Clericorum Regularium Sancti Pauli, quos vocant Barnabitas, patria Mediolanensis, ab Urbano VIII. adlectus in numerum Consultorum Sacræ Rituum Congregationis, Vir à scriptis voluminibus celebris, quem sæpius laudat Vir clarissimus Augustinus Barbosa tractatu de Canonicis, & in tractatu de Officio Porochi, & Andreas Victorellus in Recensione, relatus à Leone Allatio in Apibus Urbanis pag. 59. Illius opera sæpius recusa sunt, & plurimi fiunt ab omnibus, qui post ipsum de Sacris Ritibus scripserunt, Authorque à plurimis commendatus est, & meritò, nam teste Abbate Philippo Picinello in Athenæo Literatorum Mediolanensium pag. 69. pluribus linguis, pluribusque calamis opus esset ad laudandas virtutes, & decora Bartholomæi Gavanti.

2756 IX. TERENTIUS ALCIATUS Societatis Jesu, Italus, Patriâ Romanus, origine Mediolanensis, Vir doctissimus, qui Philosophiam quinquennio, Theologiam septendecim annis in Collegio Romano professus est, maximi à Cardinalibus, & Præsulibus ob eminentem doctrinam habitus, à Congregatione Sancti Officii in Censorem, seu

Qualificatorem adscitus est à Sacrâ Congregatione Rituum in Consultorem, quibus muneribus annos complures est perfunctus. De eo agit Joannes Baptista Laurus in Theatro Orchestræ Romanæ, Andreas Victorellus in Additionibus ad Ciaconium in vitâ Pii IV. tomo 2. editionis Romanæ, anno 1630. col. 1691. Philippus Alegambe, & Nathanael Sotuellus, uterque in Bibliothecâ Societatis Jesu, hic pag. 754. ille verò pag. 429. ubi gloriatur Alciatum habuisse professorem. Abbas Picinellus in Athenæo Literatorum Mediolanensium, pagina 501. & novissimè amicus noster eruditissimus Prosper Mandosius, Nobilis Romanus, Eques Sancti Stephani in Bibliothecâ Romanâ tomo 1. centuria 3. num. 52.

2757 X. LUCAS WANDINGUS Hibernus Waufordiensis, Ordinis Minorum Observantium, vota nuncupavit in Conventu Matosiniensi Beatissimæ Virginis Conceptioni dicato, Provinciæ Portugalliæ in Diœcesi Portuensi, anno 1605. vel sequenti, dictusque pro more Provinciæ Fr. Lucas à Sancto Francisco. Studuit Philosophiæ in Conventu Leiriensi, Theologiæ verò in Conventu Ulyssiponensi primò, quam tandem absolvit Conimbricæ in suæ Provinciæ Collegio Divi Bonaventuræ nomine insignito. Cùm jam esset Concionator, defendit publicè, summo cum splendore, Theses Ulyssipone in iis Comitiis Provincialibus, quibus præfuit Reverendissimus P. Fr. Antonius de Trejo, Ordinis Minorum Vicarius Generalis, qui eum duxit in suam Sancti Jacobi Provinciam, in quâ docuit Theologiam Legione, & Salmanticæ, hic in Comitiis Generalibus præfuit primis Thesibus; postea Romam se conferens, Sacram Theologiam ibi prælegit in Conventu Sancti Petri in Monte Aureo. Prædictus Antonius de Trejo, jam evectus ad Episcopatum Carthaginensem in Hispaniâ, missusque à Rege Catholico Legatus ad

Summum

Summum Pontificem pro definiendâ controversiâ Conceptionis B. Mariæ Virginis, Wandingum suum adlegit in Theologum; creatus deinde est Romæ Qualificator Inquisitionis Generalis, Consultor trium Congregationum, nempe Indicis, Propagandæ Fidei, & Sacrorum Rituum, adnumeratus ab Urbano VIII. Correctoribus Breviarii Romani. Plurimos edidit libros ad Ecclesiasticam Historiam, & Sacram eruditionem spectantes; Romæ condidit Collegium scholasticis Hibernis sui Ordinis, & Capranicæ Conventum pro eorum Tyrocinio, pluraque alia fecit laude dignissima. Tandem septuagenarius, vitam cum morte commutavit Romæ in eodem Collegio Sancti Isidori, die 18. Novembris anno 1657. ibique sepultus est. De eo scribit Leo Alatius in Apibus Urbanis pag. 182. ubi asserit Wandingum laudari à Joanne Thomeo, Francisco Buiario, Andrea Victorello, Vimbodino, Claudio Roberti, & Bartholomæo Gavanto. Ejus vitam latè scribit Franciscus Haroldus, Generalis Franciscani Ordinis Historiographus, & post ipsum amicus noster Reverendissimus P. Fr. Ferdinandus à Solitudine, Regalis Academiæ Socius (quem supra laudavi in nostrâ Appendice I. numero 2385.) in Historiâ Seraphicâ Fratrum Minorum Provinciæ Portugalliæ parte 3. lib. 10. cap. 52. à pag. 507. Et novissimè plurimis elogiis ornat Wandingum eruditissimus Author, Reverendissimus Pater Fr. Emmanuel à Sancto Damaso, Præfectus Bibliothecæ Regii Conventûs Sancti Francisci Ulyssipone Occidentali extantis, & Secretarius suæ Provinciæ Portugalliæ in suo egregio, elaboratissimoque opere, quod in lucem edidit hoc anno 1730. dicavitque primò Augustissimo Regi nostro, secundò verò Excellentissimis Dominis Censoribus Regalis Academiæ Historiæ Lusitanæ, quod opus Lusitano sermone conscriptum inscribitur *Verdade Elucidada*, & om-

nium eruditorum plausu exceptum est. Wandingi elogia refert Elucidat. 8. §. 3. num. 298.

2758 Quæ verò opera ediderit Clarissimus Wandingus, refert idemmet Author in Scriptoribus Ordinis Minorum à pag. 239. Eorundem Wandingi operum absolutum Catalogum texit supra citatus Haroldus.

2759 Præter hos decem viros, quorum operâ recognitum fuisse Breviarium Romanum jussu Urbani VIII. legitur in vestibulo Commentariorum Gavanti in Rubricas Breviarii Romani, editionis Venetæ anni 1689. quâ utor, me legisse memini, illi recognitioni etiam fuisse deputatum Præsulem quendam, nomine Franciscum Torniellum, qui postea fuit Episcopus Novariensis, deinde Patriarcha, in cujus locum successit nescio quis ex supra assignatis; sed libri, in quo id legerim, non recordor, fortassè id reperi in libro Michaelis Erze Ximenes, quem sæpius citavi in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi; sed Codicem illum nunc penes me non habeo. Neque in Italiâ Sacrâ Ughelli tomo 4. ubi de Episcopis Novariensibus, reperio hunc Franciscum Torniellum, invenio quidem Antonium Torniellum, qui prædecessor fuit Benedicti Odescalchi, qui possea fuit Sanctissimus Pontifex Maximus Innocentius XI. sed de hoc Torniello ibi non lego fuisse Patriarcham.

2760 Certè tunc collocavit operam suam in emendando Breviario, illique negotio vigilias suas contulit Clarissimus Author nostri Ordinis, à me laudatus num. 478. & à num. 1627. is fuit

2761 XI. ANTONIUS CARACCIOLUS Clericus Regularis, virtutibus, literis, & sanguinis splendore clarus, de quo (ut alia prætercam) illud ad rem nostram scribit Josephus Silos Histor. Cler. Regul. parte 3. lib. 7. pagina 264. de Caracciolo loquens:

Hac

Hàc ingenii contentione eruditissimus evasisse videri potuit, complexus sinu quodam mentis capacissimo omnigenam rerum notitiam: planè ut haud facilè alius quispiam sciret, quod nescivisset Caracciolus. Hinc inita cum doctis per Italiam viris passim necessitudo; ac mirabantur illi quidem tantam, tàm multiplicem, neque vulgarem in eo eruditionem. Quo tempore moratus Romæ est, comperta amplissimis perinde, ac sapientissimis Purpuris ejus studia: Cardinalibus nempe Bandino, Mellino, Montis Regalis, & Bellarmino, qui id in primis curarunt, ut sacrorum Rituum consultationibus, ac librorum, ut vocant, expurgandorum Indicis Congregationi à peracri viri judicio, solidâque doctrinâ momentum accederet. Et adjumento quidem iis fuit Caracciolus non mediocri, vel absens. Etenim cùm de novâ Romani Martyrologii, ac Breviarii editione, Urbano Pontifice VIII. ageretur, desudavit, is quidem Neapoli in gravissimo negotio, ac Notationes Romam misit, cum assensu, plausuque exceptas; quarum exemplar extat in nostro Sanctorum Apostolorum tabulario. Ut non tàm suo nomini, quàm posteritatis eruditioni consuleret, scripsit non pauca; ex quibus, quæ luci dederit, quæ serventer penes nos Manuscripta, in loco dicemus.

2762 Ex his constat quantâ cum sollicitudine, & diligentiâ peractum est negotium recognitionis Breviarii Romani, nam Patres, qui illam Romæ curarunt, etiam extra urbem quæsierunt sententiam Antonii Caraccioli, (& fortassè aliorum) sed quod maximum addit pondus illi recognitioni, est omnibus iis clarissimis Viris præluxisse Urbanum VIII. qui fuit Pontifex ter Maximus; Maximus dignitate, Maximus eruditione, & Maximus judicio, satisque foret ad asserendam authoritatem Breviario Romano, id, quod in Bullâ ipsi præfixâ dicit Pontifex: *Nos*

Nos itaque huic rei sedulam operam navavimus.

Cùm igitur tantus Pontifex emendando Breviario sedulam operam navaverit, cum eodem in opere desudaverint tot alii Viri eruditione, & sapientiâ clarissimi, quorum quisque dignus erat, cui crederetur, si historiam scriberet, qui longo labore, & exactâ industriâ suam seriò curam contulerunt, quorum diligentiâ, studioque perfectum opus est, ut testatur ad perpetuam rei memoriam ipse Urbanus VIII. quid ni dixerim hoc Breviarium habere summam authoritatem (infra Divinam) maximâque cum veneratione suscipiendas, & suspiciendas esse Sanctorum Historias, quæ in illo leguntur post diuturnum, severissimumque examen, maximèque ea, quæ de Sancti Jacobi maioris Expeditione Hispanicâ sæpius ad incudem revocata? Unde constat, quanta sit Urbani Breviarii authoritas hausta ex causâ illius efficiente.

2763 Huic authoritati adeo detulit Eminentissimus Dominus S. R. E. Cardinalis Lambertinus, cùm esset Fidei Promotor, ut ea legendo, noluerit negare Adventum Sancti Jacobi in Hispaniam, licèt hoc esset optimum medium ad oppugnandam concessionem Lectionum particularium in festo Dominæ Nostræ à Columnâ, quas ex Officio oppugnandas susceperat, ut constat ex illius Animadversionibus, quas allegavi num. 2250. sed hoc interest inter Criticos rectè discernentes, & Criticos morosos, hi enim cæcâ voluntate ducti judicant, illi verò lucem præferente ratione juxta sanctissimas leges Christianæ Critices sententiam ferunt, sapientes ad sobrietatem juxta illud præscriptum Doctoris Gentium in Epistolâ ad Romanos 12. 3.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

ASSER-

ASSERTIO V.

Ostenditur authoritas Breviarii Urbani ex illius causâ exemplari.

2764 PRo ornamento potiùs, quàm pro complemento hujus Sectionis dicendum est, Breviario Urbani maximam additam esse authoritatem ab illius causâ exemplari.

2765 Exemplar secundum quod Urbanus VIII. hoc Breviarium concinnavit, aliud non fuit, quàm beatarum mentium concentus. Urbanum ipsum audiamus:

Divinam Psalmodiam sponsæ consolantis in hoc exilio absentiam suam à sponso cœlesti decet esse non habentem rugam, neque maculam, quippe cùm sit ejus Hymnodiæ filia, quæ cantatur assiduè ante sedem Dei, & Agni, ut illi similior prodeat, nihil, quantum fieri potest præferre debet, quod psallentium animos, Deo, ac Divinis rebus, ut convenit, attentos avocare aliò, ac distrahere possit: qualia sunt si quæ interdum in sententiis, aut verbis occurrant non tam aptè, concinnèque disposita, ut tantum, tantique obsequiis, ac ministerii opus exigeret.

2766 Non potuit Urbanus nobilius sibi exemplar præfigere, cui adamussim conformaretur novum Breviarium, quàm Canticum illud novum, de quo Joannes in Apocalypsi cap. 5. vers. 8. ait:

Et cùm aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno habentes singuli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum, & cantabant canticum novum

novum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram.

2767 In quem locum audiendus est Andreas Cæsariensis, Sancti Basilii in Episcopatu successor, capite xii. Commentarii in Apocalypsim, quod extat tom. 5. Bibliothecæ Patrum editionis Anissonianæ pag. 598. col. 2. ubi ait:

Cytharæ concinnam, suaveque sonantem Dei laudem, rerumque Divinarum celebrationem demonstrant.

Sapientissimè quidem, & sanctissimè Urbanus in hâc Breviarii editione cœlestem quandam perfectionem æmulatus fuit. Ita enim æquum erat, quoniam Ecclesia alternis vocibus in Choro canendo, Angelos imitata est, ut testatur Socrates Historiæ Ecclesiasticæ lib. 6. cap. 8. ibi.

Dicendum porro est, unde consuetudo illa Hymnos in Ecclesiâ alternis canendi, initium sumpserit. Ignatius Antiochiæ in Syriâ Episcopus, post Apostolum Petrum ordine tertius, qui, & cum Apostolis familiariter versatus est, vidit aliquando Angelos Hymnis alternatim decantatis Sanctam Trinitatem celebrantes; & canendi rationem, quam in illâ visione animadverterat, Ecclesiæ Antiochensi tradidit. Unde ista traditio ad omnes postea Ecclesias permanavit. Et hæc quidem de Antiphonario Hymnorum cantu accepimus.

2768 Purissimum sit necesse est, omnique, vel minimâ labe carens illud Breviarium, cujus recitatione Angelos æmulamur; namque ut ait Oliverius Bonartius de Horis Canonicis, lib 1. cap. 1. num. item 1.

Precationes Canonicas vel maximè commendat Angelicæ imitatio. In nullâ enim re magis æmulam se præbet ter-

restris

reſtris hæc, & inferior Hieruſalem cœleſti illi, & ſuperiori, quam in aſſiduâ communis Dei, & Domini laudatione.

Et infra in fine ejuſdem numeri:

Quam poteſt proximo intervallo Eccleſiaſtica Reſpublica, & Hierarchia ſequitur cœleſtem, idque omnium præcipuè, ut prælocutus ſum in continuanda, & perpetuanda Dei laude.

2769 Cùm igitur Romanum Urbani Breviarium habuerit pro exemplari canticum novum cœleſtis chori, dicendum eſt ipſum à ſuâ cauſâ exemplari eximiam accepiſſe perfectionem, & ſummam authoritatem. Unde mirum non eſt hoc Breviarium dictum fuiſſe à Caramuele, *Pulcherrimum*, & à Gavanto nullum eſſe Breviarium tot numeris abſolutum.

SECTIO III.

Aſſeritur authoritas Breviarii Romani juſſu Urbani VIII. recogniti ex ſolutione argumentorum, quibus illud impetunt Critici moroſi.

2770 CUM Critici moroſi toti ſint in abolendis Traditionibus piis, omnes vires impendunt ad deſtruendam authoritatem Patrum circa illas, hinc nullum non movent lapidem, ut debilitent illarum probationes eductas ex Martyrologiis, & Breviariis, quæ ſunt monumenta, quæ nobis conſervavere has antiquas Traditiones, ſed quod maiori contentione hujuſmodi Critici ſuſcepere, eſt detrahi fidem Breviario Romano,

quod ipsis visum est objectum dignius illorum zelo, ut iis succenset sapientissimus Hilarius à Sanctâ MARIA in Reflexionibus super regulis, & usu Critices lib. 1. Dissertatione 2. art. 4. §. 3. pag. 78.

2771 Ex triplici pharetrâ educunt morosi Critici sagittas, quas contra Breviarium Urbani VIII. emittunt. Prima est origo hujus Breviarii, secunda illius progressus, tertia illius status. Argumenta ex triplici hoc fonte eruta, triplici Assertione dissolvam. Nec quis mihi succenseat proponi à me Criticorum argumenta in formâ dialecticâ in hujusdomi dissertationibus minus usitatâ, nam cùm Critici morosi sint captiosissimum genus hominum, oportet eos continere intra logicos cancellos, ne sibi solitis tergiversationibus, elabantur.

ASSERTIO I.

Solvuntur argumenta deducta ex origine Breviarii.

2772 Contendunt Critici morosi denegandam esse fidem historiis relatis in Breviario Urbani VIII. quia indigna est fide origo talium historiarum; primo, quia quæ eruta sunt ex Authoribus incognitis, sunt indigna fide; sed historiæ illius Breviarii sunt erutæ ex Authoribus incognitis: ergo historiæ illius Breviarii sunt indignæ fide.

2773 Antequam respondeam, supponendum est, hîc non esse sermonem de fide divinâ, sed tantum de fide humanâ; nam neque Critici negant fidem divinam iis, quæ Breviarium habet ex scriptura revelata, neque nos haberi volumus fidem divinam iis, quæ in Breviario continentur

tinentur, & eruta non sunt ex scripturâ revelatâ. Unde immerito quis inferet me velle eandem fidem haberi Breviario, atque Euangelio. Hoc supposito.

2774 Respondeo negando esse indigna fide humanâ omnia ea, quæ eruuntur ex Authoribus incognitis, alioquin enim inutiles essent omnes Authores Anonymi, vel Pseudonymi, omnesque libri historici, quorum Authores ignorantur, quod nemo doctus concedet; si fidem non merentur Authores Anonymi, opus est fateri tempus perdidisse omnes, qui scripserunt, & omnes, qui legerunt, multoque magis omnes, qui notis illustrarunt scripta Anonymorum, vel Pseudonymorum. Tempus inutiliter consumpsit Cardinalis Baronius, Heribertus Rosweidus, Joannes Bollandus, Daniel Papebrochius, Godefridus Henschenius, milleque alii, qui insudarunt, insudantque in legendis, & illustrandis scriptis anonymis, ut prætercam Vincentium Placcium Protestantem, qui scripsit vastissimum volumen, quod inscripsit Theatrum Anonymorum, & Pseudonymorum, quod editum fuit Amburgi anno 1708. in folio, constatque paginis 1540. Non detrahit igitur fidem libro, ignorari ipsius Authorem, unde æquè sanctè, ac doctè scripsit Author librorum de Imitatione Christi lib. 1. cap. 5.

Non te offendat authoritas scribentis, utrum parvæ, vel magnæ literaturæ fuerit, sed amor puræ veritatis te trahat ad legendum. Non quæras quis hoc dixerit; sed quid dicatur, attende.

2775 Quid si dixerim digniores fide esse aliquot Authores antiquos, qui nomen proprium celavere, præ aliis, qui sua nomina prodidere? Illi enim propriâ gloriâ contemptâ soli veritati, Deique gloriæ dicaverunt labores in libris scribendis exantlatos, hi verò nonnumquam gloriolæ servierunt.

2776 Opponunt secundo, Authores, ex quibus desumptæ sunt historiæ Sanctorum in Breviario positæ, non raro esse ipsis Sanctis longè recentiores. Unde indigni sunt fide, juxta illud Criticorum effatum: *Quod de rebus antiquis non possit quid certo credi, nisi ab antiquis Authoribus fuerit scripto mandatum.*

2777 Respondeo falsitatem illius effati Criticorum jam à nobis demonstratam esse Assertione 44. à numero 964. & prius à numero 946. unde licet nihil addendum videatur, nihilominus subjicere placet, quæ Doctissimus Franciscus Dinus scribit in Vindiciis Martyrologii, ac Breviarii Romani adversus Patrem Danielem Papebrochium pag. 83. ubi proposito superiori argumento, ait:

2778 *Respondet Avitus Viennensis Antistes* (de laudibus Virginitatis libro 6.) *Eugeniam Virginem, & Martyrem ubique terrarum suo tempore celeberrimam fuisse, nullam tamen de ejus laudibus homiliam apud Patres occurrere, nullam de Sancta Tecla Martyrum Antesignana, nullam de Xisto Episcopo; probatque latiùs P. Ruinart* (in Præf. fol. 22.)

2779 Probatâ igitur falsitate illius effati Critici, cui innititur argumentum, hoc ruat, necesse est. Certumque maneat nihil officere veritati historiarum fuisse scriptas ab Authoribus, qui aliquot sæculis vixerunt post facta, quæ narrant, cum illa accepisse potuerint à maiorum traditionibus, quasi per manus ad se delatis.

2780 Opponunt tertio morosi Critici Acta, ex quibus erutæ sunt historiæ relatæ in Breviario, non esse sincera, sed corrupta, quæ proinde nullam fidem merentur.

2781 Respondet P. Bollandus in Præfatione Generali ad Acta Sanctorum capite 3. loquens de Authore Authorum: *Authorem profero, qui asserit, habes qui neget? Si habes, utri potior fides? Si non habes, & fieri posse fateris, vide ne temerarium sit negare esse factum.* Quando igitur nulla authoritas,

thoritas, nulla ratio inevitabilis resistit, quare non habebimus fidem? interrogat loco citato Franciscus Dinus.

2782 Novissimè defenduntur antiqua Acta latissimè in opere inscripto Acta Sanctorum Christi Martyrum, vindicata ab Odoacre Ilbachio, edito Romæ anno 1723. duobus voluminibus in quarto, ubi de fide illis Actis debita eruditissimè agitur ab eruditissimo Authore, qui sub eo nomine latere voluit, & licet me non lateat verum illius nomen, illud non prodo, ut hoc dem amicitiæ, quæ nos olim Romæ conjunxit, ubi illius colloquiis, eruditioneque sæpius usus sum, & à quo pluribus voluminibus à se editis donatus sum, cujus beneficii memoriam nulla delebit oblivio, neque ulla, quæcumque sit, sententiarum discordia.

2783 Satisfactum est singulis argumentis contra originem Historiarum Breviarii singulis solutionibus, nunc juvat addere unicam responsionem, quæ sola omnia jugulat argumenta proposita. Dico etenim omnes Authores, ex quibus erutæ sunt Historiæ, quæ in Breviario recognito jussu Urbani VIII. esse priscos, & probatos, dicente eodem Pontifice in Bullâ, quæ præfixa est ipsi Breviario, ibi:

> *Sanctorum Historiæ ex priscis, & probatis Authoribus recognitæ.*

Quo jure igitur dicentur recentes Authores, quos Christi Vicarius dicit esse priscos? Quâ pietate dicentur reprobandi, quos Caput Ecclesiæ Catholicæ non tamquam particularis Doctor, sed quatenus Summus Pontifex in Bullâ pro totâ Ecclesiâ clamat esse probatos?

ASSER-

ASSERTIO II.

Diluuntur argumenta ex progressu Breviarii Romani.

2784 PRogressum Breviarii Romani voco diversas illius emendationes, quibus successione temporum pervenit ad eam perfectionem, quam ipsi contulit postrema illius recognitio facta jussu Urbani VIII. Pontificis Maximi: ex pluribus his emendationibus videtur non malè inferri plura in Breviario fuisse menda.

2785 Negare non possum, nec si possem, vellem, sæpius Breviarium Romanum fuisse emendatum; id, inquam, negare non possum, qui à num. 2717. retuli plures correctiones Breviarii Romani diversis temporibus. Nec si id negare possem, negare vellem, quia ex illis nullo pacto imminuitur authoritas Breviarii, quod suscepi defendendum: imò potiùs inde illi gravius accedit pondus, & maior, illustriorque commendatio. Sed jam morosos Criticos audiamus.

2786 Opponunt igitur primo clarissimum virum Nicolaum Antonium, qui in Bibliothecâ Veteri Hispanâ tom. 1. lib. 5. cap. 1. num. 16. asserit se non vereri de relatione Breviariorum dubitare, quia non quidquid continent, vero mancipant, quin sæpissimè incerta, imò & falsa quædam, absurdaque in iis legantur. Idque firmat testimonio Ludovici Vives, Melchioris Cani, Papyrii Massoni, & Ambrosii Morales: ergo citra piaculum recedere possumus à sententiâ approbante omnes historias contentas in Breviario Romano.

Hoc

2787 Hoc argumentum pluribus dilui poteſt ſolutionibus; ſed una, vel altera contentus ero. Hinc.

2788 Reſpondeo primo Nicolaum Antonium eo in loco non agere de Breviario Romanæ Eccleſiæ, ſed de Breviariis particularium Eccleſiarum, ut conſtat ex eodem capite, nam olim ſingulæ Metropoles, imò ſinguli Epiſcopatus habuere ſingula Breviaria, ut teſtatur Cardinalis Bona libro de Divina Pſalmodia cap. 18. §. 1. Et S. Pius V. in Bulla Breviario præfixa; imò & diverſa Monaſteria diverſis uſa ſunt Breviariis ut ſcribit Reverendiſſimus, & eruditiſſimus Pater Fr. Franciſcus de Bergantia, Benedictini Cœli clariſſimum ſidus, in egregio opere de Antiquitatibus Hiſpaniæ tomo 2. lib. 7. cap. 5. num. 97. unde pronum fuit non paucos introduci errores in Breviaria, quæ fuerunt in uſu, antequam inventa eſſet ars Typographica, cùm enim omnia eſſent manuſcripta, mirum eſſet non pluribus repleta fuiſſe mendis, ex erroribus autem Breviariorum particularium nihil inferri poteſt contra fidem adhibendam Breviario Romano.

2789 Reſpondeo 2. Etiam ſi Nicolaus Antonius loqueretur eo loco de Breviario Romano, (de quo utique non loquitur) nunquam eſſe intelligendum tangere Breviarium Urbani VIII. pro cujus authoritate hîc certamus, nam ibi loquitur de Breviario, vel de Breviariis, de quibus loquuti ſunt Authores, quos ibidem allegat, nempe Ludovicus Vives, Melchior Canus, Ambroſius Morales, Papyrius Maſſonus; nullus autem ex his quatuor Authoribus loquutus eſt de Breviario Urbani VIII. quod approbatum à Romano Pontifice fuit die 25. Januarii anno 1631. neque de hoc Breviario loqui poterant, quia non fuere prophetæ, & multis ante annis amiſerant lucis uſuram, quàm ederetur in lucem Urbanum Breviarium. Nam Papyrius Maſſonus objit menſe Januario anni 1611.

Ambro-

Ambrosius Morales anno 1590. Melchior Canus anno 1560. Joannes Ludovicus Vives anno 1537. circiter, ut ex Antonio Possevino testatur Nicolaus Antonius; vulnera autem inflicta Breviariis antiquioribus non possunt lædere Breviarium Urbani, quod est recentius, à quo absunt nævi, qui in Breviariis antiquioribus observabantur intrusi negligentia Typographorum, vel aliorum.

2790 Opponunt secundo Critici morosi Breviarium Romanum sæpius fuisse emendatum, multaque in eo mutata fuisse progressu temporis, ac proinde illud non esse erroris immune, consequenterque nutare illius fidem.

2791 Responderi potest primò, Breviarium nunquam fuisse emendatum in iis, quæ jussu Summorum Pontificum in ipso posita erant, sed in iis, quæ quorundam imprudentiâ, & aliorum temeritate in Breviarium Romanum intrusa fuerant, ut habetur ex Bulla Sancti Pii V. Breviario Romano præfixâ: ubi ait huic malo occurrisse Paulum IV. Sanctissimum Pontificem (qui ut jam dixi numero 2175. fuit unus ex quatuor nostri Ordinis Conditoribus:) *Provisione adhibita ne ulla in posterum novi Breviarii licentia permitteretur.* Idem ferè habetur in Bulla Clementis VIII. pariter præfixâ Breviario Romano, ubi ait:

> *Cùm vero progressu temporis, Typographorum negligentia, & incuriâ*, & nimia aliorum etiam, ea, quæ ad ipsos non pertinent, temere sibi assumentium, audacia, ac licentia *multi errores in illud* (Breviarium intelligit) *irrepserint, ac tum in sacra Scriptura, & Lectionibus Patrum, tum in vitis Sanctorum, & Rubricis, aliisque locis sine nostra, & Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum authoritate* pro cujusque arbitrio pleraque addita, & immutata fuerint, *ita ut nulla jam reperiantur Breviaria, quæ à prima*

primâ editione ejusdem Pii in multis non discrepent, atque dissentiant, & aliquâ recognitione indigeant.

2792 Quodnam igitur argumentum fieri potest ex Breviariis privatâ malitiâ, vel negligentiâ corruptis ad Breviarium Urbani VIII. Pontificiâ authoritate recognitum?

2793 Respondeo tamen, quod etiam si illa Breviaria nihil haberent privatâ oscitantiâ, vel temeritate intrusum, sed extarent, ut fuere approbata à Summis Pontificibus, adhuc ex illorum erroribus non posset argui contra Breviarium Urbani VIII. quod summâ sollicitudine, & diligentiâ impressum est, sublatis omnibus, quæ approbata non fuerunt.

2794 Hinc est, quod ego supra dixerim numero 2785. tantum abesse, ut priores emendationes Breviarii veteris, officerent authoritati Breviarii novi Urbani VIII. ut potiùs ipsi pondus augerent.

2795 Accedit & illud, Breviaria vetera correcta fuisse non Criticorum audaciâ sibi assumentium, quæ ad eos non pertinent, sed authoritate Summorum Pontificum, penes quos jus est emendandi Breviarium, quod quandiu non fecerint Romani Pontifices, standum est historiis Breviarii ab Urbano VIII. approbati abhinc ferè centum annis.

2796 Post illud Breviarium editum, vixit Urbanus VIII. tredecim annis; eo ad superos evecto, successit Innocentius X. qui regnavit decem annis; post ipsum regnavit duodecim annis Alexander VII. Pontifex eruditissimus. Hujus successor fuit Clemens IX. Pontifex æquè eruditione, ac pietate insignis, qui rexit Ecclesiam annos duos, menses quinque, & dies viginti. Post ipsum regnavit sex annis Clemens X. Illi successit Innocentius XI. zelo, & morum sanctitate insignis, qui tenuit Cathedram

D. Petri tredecim annis. Post ipsum Ecclesiam administravit anno uno, & mensibus ferè quatuor Alexander VIII. Illius successor fuit Innocentius XII. vigilantissimus Ecclesiæ Pastor per annos novem. Post ipsum tenuit Sedem Apostolicam Clemens XI. per annos viginti, menses tres, & dies viginti quatuor: fuit Pontifex eruditissimus, & rectæ Critices scientissimus. Eo è vivis sublato, creatus est Summus Pontifex Innocentius XIII. qui regnavit annos duos, menses novem, dies viginti octo, cui successor datus est Benedictus XIII. die 29. Maii anno 1724. & sedit in Solio Apostolico, annis 5. mensibus 8. diebus 24. & vitam cum morte commutavit die 22. Februarii hujus anni 1730. in cujus locum nuper successit die 12. Julii ejudem anni Sanctissimus Dominus Noster Clemens XII. qui feliciter transgrediatur dies Petri; & toto hoc tempore octo & nonaginta annorum perseveravit incorruptum Breviarium Urbani VIII. Cùm Breviarium Sancti Pii V. intra triginta & quatuor annos fuerit pluribus erroribus deformatum, ut testatur Clemens VIII. verbis supra adductis. Nullum igitur argumentum potest fieri ex erroribus præcedentium Breviariorum, contra authoritatem Breviarii Urbani VIII. cujus Pontificis providentiâ factum est, ut Breviarium conservaretur incorruptum, datâ formâ illius imprimendi in toto Orbe Christiano juxta exemplar editum ex Typographiâ Apostolicâ, ut videre est in Bullâ ejusdem Urbani Breviario Romano præfixâ.

2797 Ex quibus videre est, quàm immeritò Critici morosi ex erroribus Breviariorum, quæ nullus Romanus Pontifex approbavit, denegant fidem Breviario à duodecim Summis Pontificibus approbato, & assiduo illorum usu, & recitatione per centum pene annos confirmato.

ASSER-

ASSERTIO III.

Diluuntur argumenta eruta ex præsenti statu Breviarii Romani.

2798 ETsi Romanum Breviarium ab Urbano VIII. redactum sit ad eam perfectionem, quam de ipso prædicant clarissimi, doctissimique viri Bartholomæus Gavantus, & Episcopi Andræas Saussay, & Joannes Caramuel, ut supra vidimus, non cessant moroli Critici ipsi obloqui, aliquotque nævos imponere, dicentes aliquot historias in eo extare à veritate alienas, & dignas, quæ ex Breviario expungantur, ut expuncta est causa secessûs Sancti Brunonis in eremum ex quintâ Lectione ipsius Officii ad diem *6.* Octobris; ut sunt adventus Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Massiliam; Apostolatus Sancti Dionysii in Gallia; casus Sancti Marcellini Papæ, & Martyris; Historia Sanctæ Catharinæ; & Sancti Venantii; Baptismus Constantino Magno Romæ collatus à Sancto Silvestro Pontifice Maximo; Canonicatus Regularis Ordinis Sancti Augustini, assertus Sancto Ubaldo Episcopo Eugubino; Translatio corporis Sancti Bartholomæi Romam ad Insulam Lycaoniam, ex Benevento.

2799 Negare non possumus causam secessûs Sancti Brunonis detractam fuisse à Breviario in recognitione Urbani VIII. jussu factâ; sed hæc detractio nihil detrahit de authoritate Breviarii Urbani VIII. imò potiùs illam confirmat, maiusque pondus ipsi addit. Pro quo sciendum est anno *1623.* appositum fuisse Breviario Romano ad diem *6.* Octobris Officium Sancti Brunonis

nonis Sanctissimi Ordinis Carthusiani Patriarchæ sub ritu semiduplici, in cujus Lectione 5. legebatur:

Anno Domini supra millesimum octogesimo secundo, memorabili spectaculo apud Parisios interfuit; cùm enim ad celeberrimi cujusdam Magistri funus triduo celebrandum, tota fere civitas convenisset, accidit ut ad illa verba psallentium Responde mihi, *prima die se accusatum, secunda judicatum, tertia condemnatum ore proprio Defunctus exclamaverit. Rei novitate, ac certæ damnationis sententia perculsus inter alios, Bruno, cum sex aliis familiaribus mundo renuntians, Sanctum Ugonem Episcopum Gratianopolitanum adiit, qui causâ eorum adventûs cognitâ, &c.*

2800 Elapsis octo annis, jussit Urbanus recognosci Breviarium Romanum, & detracta est illa historia, quia fortasse observatum est non expedire ibi legi, ex quo sequitur crevisse authoritatem Breviarii Romani denuò recogniti, quod sic ostendo.

2801 Vel illa historia est incerta, vel est certa? Si est incerta, & ideò amota fuit à Breviario, signum est omnes alias historias, quæ non fuere amotæ à Breviario, judicatas esse certas juxta illud Jurisconsultorum.

Exceptio firmat regulam in contrarium.

Si verò ea historia est certa, & nihilominus detracta fuit Breviario, apertè ostenditur diligentia eorum, qui Breviarium emendavere. Nam qui amoverunt à Breviario historiam quandam certam, sed quam in Ecclesiâ legi non expediebat, maiori sollicitudine invigilasse necesse est, ne relinqueretur in illo Breviario historia quæpiam incerta: ergo omnes historiæ, quæ reperiuntur in Breviario Urbani VIII. sunt maximè certæ.

2802 Et quamvis ad salvandam authoritatem Breviarii Urbani VIII. (quod hîc intendimus) nihil interfit, sit

ſit ne illa hiſtoria certa, incertave, cùm in illo Breviario non inveniatur, quia tamen ea ſemper eſt in ore volentium deprimere authoritatem Breviarii, operæ pretium me facturum eſſe exiſtimavi ſi nonnulla circa illam animadvertero.

2803 Primum eſt illam hiſtoriam non fuiſſe in Breviario Romano Sancti Pii V. juſſu edito, & approbato anno 1568. Neque in Breviario approbato à Clemente VIII. anno 1602. ſed die 6. Maii 1623. ad Relationem Cardinalis Muti approbatas fuiſſe illas Lectiones à Sacrâ Rituum Congregatione, ab ipſâque decretum fuiſſe illas Lectiones fore inſerendas Breviario Romano, cùm de novo excudi eveniſſet, ut conſtat ex ipſius Congregationis decreto cum ipſis Lectionibus impreſſo. Poſtremò non fuit illa hiſtoria in Breviario Urbani VIII. juſſu recognito.

2804 Secundum eſt hiſtoriam illam de Defuncto accuſato, judicato, & damnato, idque è feretro teſtante fuiſſe veram, id enim diſertè, & efficaciter probat ineluctabilibus argumentis Joannes Columbus Societatis Jeſu in Diſſertatione de Carthuſianorum initiis, quam ſcripſit contra Joannis Launoii librum de verâ cauſâ ſeceſſûs Sancti Brunonis.

2805 Tertium eſt ipſam hiſtoriam non expunctam fuiſſe ex Breviario propter defectum veritatis, vel certitudinis, ſed aliis de cauſis, quas refert idem Columbus in eâdem Diſſertatione numero 8. quibus addenda eſt ea cauſa, quæ legitur apud Danielem Papebrochium parte 2. Reſponſionis ad exhibitionem errorum, articulo 15. §. 20. numero 288. ubi dicitur eam hiſtoriam fuiſſe expunctam *ad inſtantiam Academiæ Pariſienſis*; nam hæc procul-dubio non poterat non procurare, ut ea expungerentur, quæ ſibi minus glorioſa extarent in Romano Breviario, &

& tantò altiore silentio premerentur, quantò veriora erant. Crediderim etiam Capitulum Ecclesiæ Pariensis operam navavisse, ut ea historia deleretur, non enim defuit qui suspicaretur, & quod peius est, qui affirmaret infelicem illum accusatum, judicatum, damnatum fuisse Doctorem in illâ Academiâ, vel Canonicum in eo Capitulo.

2806 Hinc colliges non bene inferri ex eo quod historia quæpiam expuncta fuerit ex Breviario Romano, ipsam historiam esse falsam, vel incertam, nam manente illibatâ historiæ certitudine, potest expungi ex Breviario quodlibet factum, si ita visum fuerit viris, quibus Sedes Apostolica demandat identidem recognitionem librorum Ecclesiasticorum, ut non uno in loco factum est ab iis, qui jussu Urbani VIII. Breviarium recognovere, quod apertè constabit conferenti plures Lectiones antiquas cum recentioribus. His suppositis, superest nunc respondere iis, quæ supra dixi à morosis Criticis opponi Breviario, quo nunc utitur Ecclesia Romana.

2807 Octo (inter alia) peccata historica contra veritatem exprobant morosi Critici Breviario Urbani VIII. quæ sunt, ut jam innuimus, accessus Sanctorum Lazari, Marthæ, & Mariæ Magdalenæ ad Massiliam. II. Apostolatus Sancti Dionysii Areopagitæ in Gallia. III. Casus Sancti Marcellini Papæ, & Martyris. IV. Historia Sancti Venantii Martyris. V. Historia Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris. VI. Baptismus collatus Romæ Constantino Magno à Sancto Silvestro Papa. VII. Canonicatus Regularis Ordinis Sancti Augustini, assertus Sancto Ubaldo Episcopo Eugubino. VIII. Translatio corporis Sancti Bartholomæi Apostoli Romam, in Insulam Lycaoniam, quæ omnia falsitatis arguunt.

2808 De iis, quæ spectant ad casum Sancti Marcellini

lini, cùm hic nobis objectus fuerit ab Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi Neoterico Adversario (cujus anima requiescat in pace; jam enim viam universæ carnis est ingressus) abundè dictum est in nostrâ Dissertatione quatuor abhinc annis impressâ à numero 1957. Ibi dictis nihil addere placet, nisi eas difficultates, quæ visæ sunt Neoterico Adversario insuperabiles, nullius momenti visas fuisse Illustrissimo Episcopo Antonio Godæo (vulgo Godeau) in Historia Ecclesiastica tom. 1. libro 4. pag. 501. dicit enim mirum non esse negasse fidem ore tenus, successorem Sancti Petri, qui negaverat Christum.

2809 De Baptismo Constantini ab eodem Neoterico Adversario nobis opposito dictum est satis in eâdem Dissertatione à numero 1967. illic tamen dictis duo juvat adjungere, unum est Melchiorem Canum emunctissimæ naris Criticum, egregiè propugnare Constantinum Magnum fuisse Romæ salutari aqua ablutum à Sancto Silvestro Pontifice Maximo, ut videre est in præclaro Cani opere de locis Theologicis lib. 11. cap. 5. pag. 359. mihi. Alterum est Clementem VIII. contemptâ Ciaconii censurâ non solùm jussisse conservari in Breviario Romano historiam de Baptismo collato à Sancto Sylvestro Constantino Imperatori, sed etiam mandavisse, *ut historia eadem pictis coloribus in Lateranensis Basilicæ parietibus exprimeretur*; testante Odoacre Ilbachio in Actis SS. Martyrum vindicatis tom. 2. lib. 6. cap. 11. pag. 225.

2810 De Canonicatu Regulari Augustiniano asserto Sancto Ubaldo Episcopo Eugubino, nobisque etiam opposito ab eodem Neoterico Adversario, dictum pariter est in eâdem nostrâ Dissertatione, numero 1969.

2811 Circa Apostolatum Sancti Dionysii Areopagitæ in Gallia, nihil dixi in Dissertatione, quia nobis non fuit objectus à Neoterico Adversario, cui eâ respondebamus

bamus, illum tamen oppugnantibus contra Breviarium Romanum nunc respondeo, Apostolatum illum multis argumentis probari à Petro Halloix Societatis Jesu Dissertatione de Sancti Dionysii Areopagitæ vita, & operibus quæst. 1. & à Petro Lansselio ejusdem Societatis in Disputatione Apologetica de Sancti Dionysio, quæ extant tomo 2. operum Sancti Dionisii editionis Parisiensis anno 1634. pag. 380. & pag. 469. A' Simone Germano Millet Congregationis Sancti Mauri in Vindicata Ecclesiæ Gallicanæ de suo Dionysio Areopagita Gloria, editâ Parisiis 1638. in 8. Et in Responsione ad Dissertationem de duobus Dionysiis, editâ Parisiis 1642. in 8. Et à Nicolao Ugone Menardo ejusdem Congregationis in Diatriba de unico Dionysio Areopagita Athenarum, & Parisiorum Episcopo adversus Joannis Launoii Discussionem Milletianæ Responsionis, edita Parisis anno 1644. in 8. Et novissimè à Natali Alexandro, severissimo alioquin Critico, in Dissertatione 16. sæculi primi, propositione 2.

2812 De Accessu etiam Sanctorum Lazari, Marthæ, & Mariæ Magdalenæ ad Massiliam nihil dictum est in nostrâ Dissertatione, quia nobis oppositus non fuit à Neoterico Adversario, nunc pro responsione sufficiet scire, eundem Natalem Alexandrum eum accessum validissimè probare totâ Dissertatione 17. primi sæculi.

2813 Quoad Sancti Venantii historiam, quæ legitur in Breviario Romano die 18. Maii dicere possem illam non extare in Breviario recognito jussu Urbani VIII. sed additam ipsi post exactos novem super triginta annos, ut habetur apud Gavantum in Thesauro Sacrorum Rituum tomo 2. Sectione 7. capite 7. de festis Sanctorum mense Maio, ibi:

> 18. *Venantii Martyris semid. à Clemente X. cum oratione, Lectionibus secundi Nocturni cum Hymnis in primis*

mis vesperis, ad Matutinum, & Laudes die 18. *Novembris* 1670. *in gratiam hujus Sancti Patroni Civitatis Camerini, in qua ipse* (scilicet Clemens X.) *fuit Episcopus.*

Cùm autem hoc Officium sit recentius Urbanâ recognitione Breviarii non cadit sub Urbani approbatione Breviarii, quod hâc lucubratione suscepi defendendum. Nihilominus teneo hanc historiam esse certissimam, quia Officium illud insertum est Breviario Romano eo tempore, quo maximè vigebat usus Critices, quo Roma abundabat viris eruditissimis, & approbatum fuit à Clemente X. qui cùm fuisset antea Episcopus Civitatis Camerini, non poterat non esse scientissimus historiæ Ecclesiasticæ suæ Diœcesis, unde creatus Pontifex Maximus minimè permitteret introduci in illud Officium quidpiam, quod non fuisset exploratissimum, maximèque certum. Veritatem Actorum, ex quibus eruta est historia, quæ legitur in Officio Sancti Venantii eruditè probat Franciscus Dinus in Vindiciis Martyrologii Romani adversus Danielem Papebrochium, editis Venetiis anno 1701.

2814 Ad Sanctam Catharinam quod attinet, dicendum est, nihil in illius Officii Lectionibus inveniri, quod merito possit argui falsitatis, nihilque, quod tamquam apertæ veritati repugnans, rejici debeat.

2815 Non me latet Acta, seu Legendam (ut vocant) Sanctæ Catharinæ maximè displicere Danieli Papebrochio; sed morosos Criticos nihil moror, scio enim, quantâ cum prudentiæ, & pietatis laude scripserit de similibus Legendis Honoratus à Sanctâ MARIA in Reflexionibus super regulis, & usu Critices tomo 2. lib. 1. Dissertatione 2. art. 1. §. 4. quo respondet difficultati, quæ fieri potest super Legendis dubiis, & efficaciter probat eas retinendas esse, quandiu certiores non inveniuntur.

2816 Contemnendi igitur sunt morosi illi Critici, qui sibi arrogant supremam illam omnia judicandi authoritatem, quæ adoranda est in solo Deo, cui dicebat Sanctus Propheta David Psalm. 142. vers. 2.

> *Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

A morosis enim Criticis traducuntur, vel ipsa Acta sincera antiquorum Martyrum, quæ collegit diligentissimè, eruditisque notis illustravit Theodoricus Ruinart, ut notat Doctissimus Honoratus eodem loco pag. *99*. & latiùs tomo 1. Dissertatione 4. articulo 3. 4. & 5.

2817 Miraculis, quibus Catharina in cœlum recepta non desinit de mortalibus bene mereri, effecit, ut ipsius cultum asseruerit Criticorum severissimus Papebrochius; dicente eodem in Responsione ad exhibitionem errorum, Articuli XI. ad Accusationem XIV. num. *79*. ibi:

> *Legitimum vero utriusque* (Sanctæ Catharinæ, & Sanctæ Barbaræ) *cultum post inventa corpora conor stabilire per miracula, quæ utramque Sanctam fecerunt Ecclesiis tam Orientis quam Occidentis celeberrimam.*

Sed mox genii, morisque sui non oblitus, subjungit Papebrochius:

> *Cui autem non merito suspecta sint Acta post corporum inventionem composita; cùm antea illæ nec apud Græcos, nec apud Latinos nominarentur?*

Sed jam in Dissertatione nostra, Sectione VI. per sex Assertiones abundè probavimus, quàm nullius ponderis sit argumentum inficiale, seu abnutivum, hoc est, ab authoritate negatâ, seu negativum, nempe à silentio antiquiorum. Ibi dictis nunc addimus, Doctissimum Theodoricum Ruinart in Præfatione Generali in Acta Martyrum egregiè confutasse Henrici Dodweli Angli argumenta negativa, quibus ille Heterodoxus intendit probare paucos fuisse

ſe Eccleſiæ Catholicæ Martyres. Ruinart igitur in eâ Præfatione Generali §. 2. num. 16. probat.

Primo. *Quod ſingulæ Eccleſiæ ſuum ſibi proprium, & ab aliis diverſum Kalendarium habuerint (quale eſt illud Romanum à Bucherio editum) quibus pauciſſimi ex alienis Eccleſiis, etiam vicinioribus, Martyres inſcripti erant.*

Secundo. *Quod nec in iſtis Kalendariis ſingula omnium Martyrum, qui in propriâ Urbe, aut Provinciâ paſſi erant, nomina recenſentur.*

Tertio. *Denique cum ex iſtis Kalendariis, quæ ſuperſunt, aliquot Martyres, alias nobis ex probis monumentis ignoti, innoteſcant; colligendum eſt longè plures, qui modo ignoti ſunt, aut defectu idoneæ authoritatis obſcuri, nobis cognitos futuros fuiſſe; ſi quidem ſingularum Eccleſiarum Kalendaria præ manibus haberemus.*

2818 Hinc ſequitur primo: non poſſe dici, quemlibet Sanctum non fuiſſe cujuſpiam Eccleſiæ, cujus non habuerimus Kalendarium. Si autem non habemus Kalendarium Eccleſiæ Alexandrinæ, quomodo poſſumus aſſerere Sanctam Catharinam non fuiſſe Martyrem Eccleſiæ Alexandrinæ?

2819 Sequitur ſecundo: etiamſi haberemus Kalendarium Eccleſiæ Alexandrinæ, & in illo non extaret nomen Sanctæ Catharinæ, non ideo poſſe negari Sanctam Catharinam fuiſſe Martyrem Alexandrinam, cum Kalendaria cujuslibet Eccleſiæ non habeant omnes Sanctos ipſius Eccleſiæ. Quænam ergo vis ineſt argumento à ſilentio Kalendarii cujuſpiam Eccleſiæ, ſi plures Sancti ipſius Eccleſiæ ſolent abeſſe ab Eccleſiæ patriæ Kalendario?

2820 Illud igitur conſtans, inconcuſſum, firmumque principium eſſe debet, nempe argumentum inficiale, ſeu negativum nihil probare, niſi demonſtretur, vel ſal-

tem probetur ſeptuplex caput. Primum eſt Authores antiquos omnia facta ſciviſſe. Secundum illos omnia, quæ ſciverant, meminiſſe. Tertium eos, omnia, quorum meminerant, ſcribere voluiſſe. Quartum eos, omnia, quæ voluerant, ſcripſiſſe. Quintum, omnia, quæ illi ſcripſerunt, ad tempus præſens perveniſſe. Sextum, omnia, quæ extant ab antiquis ſcripta, ab arguente lecta eſſe. Septimum denique arguentem omnia, quæ legit, memoria retinere. Quolibet ex his deficiente, inutile erit argumentum negativum, & tamen nullum ex his ſeptem capitibus probari poteſt. Nullas igitur vires habet creber ille Criticorum aries, argumentum ſcilicet abnutivum, inficiale, & ab authoritate negatâ.

2821 De ſilentio autem Euſebii circa geſta Sanctæ Catharinæ audiendus eſt Sanctorius in XII. Virginibus, & Martyribus, in Sanctâ Catharinâ, quæ eſt illarum undecima, pagina 280. ibi:

At apud Euſebium Cæſarienſem, non ignobilem illorum temporum Scriptorem, non modo tantæ geſta Victricis, ſed ne nomen quidem faſtis adſcriptum reperitur, licèt memoretur ab eo puella quædam inæſtimabilis pulchritudinis clariſſimi nominis, maximarumque opum, à Maximino in exilium pulſa, occupatis fortunis teterrima illa crudelitate vultus fulgore proſtrata,

2822 Ut ſilentii Euſebiani rationem reddat Sanctorius, de Euſebio ſubjungit:

En Arrii fautor, a Pamphili Martyris, in cujus cognomen tranſierat fortitudine degener quanta nobis Græco livore ſubtraxit; revolutus in laudem ſuorum, atque potentum Romano tacitè culmini iraſcens, vel Magni Conſtantini rebus in Italiâ, urbeque geſtis ingrato ſilentio ſuppreſſis in Boſphori decus, famamque, nec ſatis hoc furenti Cæſarienſi viſum, niſi Sanctum pectus, Religionis

nis domicilium, aramque numinis inuſtis impietatis notis fœde cruentaſſet.

2823 Exiſtimavit Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 307. num. 31. Sanctam noſtram, antequam luſtrali aquâ proluerctur, dictam fuiſſe Hecaterinam; ait enim:

Nomen Hecaterinæ, quod ab Hecate derivatum eſſe videtur, inditum illi fuiſſe apparet, cum adhuc Gentilis eſſet; factam autem Chriſtianam (ut de multis accidit) mutaſſe nomen.

Contra Baronium tamen reponit Papebrochius loco citato, numero 106.

Certè haud facilè eſt ſæculis illis invenire exempla eorum, qui nomen in Baptiſmo mutarint.

Quibus verbis apertè cernitur genius Papebrochii ſemper contradicendi aliis, & ſupprimendi ea, quibus ſuæ animadverſiones refelluntur; (quod commune, ſolemneque eſt moroſis Criticis) nam mutati nominis in antiquorum baptiſmis, multa ſunt exempla, ut ait Sapientiſſimus Cardinalis, & docet Joſephus Vicecomes lib. 2. de antiquis Baptiſmi Ritibus, cap. 13. ubi ait:

Adultis vetus nomen retinere, vel mutare fas erat, ſicuti multa veterum exempla demonſtrant.

Deinde productis pluribus exemplis mutati nominis in Baptiſmo, ſubdit:

Quæ conſuetudo, ut frequentior, ita circumciſioni Hæbræorum ſimilior fuit.

Ex quibus conſtat, quàm parum fidendum ſit ſententiis Papebrochii, ſimiliumque hypercriticorum, de certis dubitantium, incertaque, ſeu potiùs falſa aſſerentium.

2824 Quæ Breviarium dicit de Nobilitate, & ſapientiâ Sanctæ Catharinæ, nempe:

Brevi ad eam ſanctitatis, & doctrinæ perfectionem pervenit,

venit, ut decem, & octo annos nata, eruditissimum quemque superaret.

Consona sunt iis, quæ Eusebius libro 8. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 14. juxta versionem Valesii:

Mulier una Christiana inter alias Alexandrinas tum ob splendorem generis, ac divitias, tum ob singularem doctrinam celeberrima.

2825 Doctam hanc fœminam fuisse Sanctam Catharinam non solus credidit Cardinalis Baronius, sed & alii, quos suppressis nominibus citat clarissimus Ruinart in notis ad Acta Martyrum sincera pag. 316. num. 32. dicens:

Hunc locum de celebri Martyre Catharina, seu ut Græci scribunt, Hæcatherina, nonnulli intelligunt, quæ opinio aliis non placet.

2826 De pluribus Philosophis à Sanctâ Catharinâ devictis loquitur Breviarium Lectione 5. dicens:

Nam plures Philosophi, qui ad eam coarguendam convenerant, vi, ac subtilitate ejus disputationis tanto JESU Christi amore sunt incensi, ut pro illo mori non dubitaverint.

Papebrochius tamen loco citato num. 93. dicit parum fidei mereri hanc disputationem Sanctæ Catharinæ cum Philosophis, cùm sit desumpta ex Authore continente errorem Chronologicum. Non dicit Breviarium eos Philosophos fuisse quinquaginta, ut dicunt Acta Sanctæ Catharinæ, quæ Critici exagitant. Sed habemus firmiorem propheticum sermonem, quo illa disputatio, quinquagenariusque ille numerus probatur; legimus enim in Revelationibus Sanctæ Gertrudis lib. 4. cap. 69. ab hâc Sanctâ visam fuisse Sanctam Catharinam cum illis quinquaginta infra ipsam, ibi:

Apparebant etiam infra eam quinquaginta illi Oratores,

quos

quos ipsa Spiritu Divinæ sapientiæ superatos direxit ad cœlum.

2827 Circa tyrannum, qui occidi jussit Sanctam Catharinam, quem Breviarium Romanum dixit fuisse Maximinum, nullum est dubium; constat enim, hunc Alexandriæ magnam edidisse Christianorum stragem, id testante Eusebio lib. 8. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 15. & 27. & Rufino cap. 17.

2828 De instrumento parato ad torquendam Sanctam Catharinam loquitur Breviarium Romanum dicens:

Rota expeditur crebris, & acutis præfixa gladiis, ut Virginis corpus crudelissimè dilaceraretur.

Non in unius Divæ Catharinæ martyrio mentio est rotæ ut videre est apud Antonium Gallonium eruditissimum Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii alumnum, in libro de Sanctorum Martyrum cruciatibus cap. 2.

2829 Rotam Sanctæ Catharinæ vocat Papebrochius loco citato num. 87. *rotariam machinam*, de quâ dubitant Critici pro libito, sed ego lego apud Sanctam Mechtildem lib. 1. Spiritualis gratiæ cap. 58.

In festo eximiæ Catharinæ Virginis apparuit ei ipsa Virgo in veste, quæ aureis rotis tota erat repleta.

2830 Has duas Revelationes, Sanctæ scilicet Gertrudis, & Sanctæ Mechtildis (poteram & producere alias Sanctæ Franciscæ Romanæ) libentius apposui, quia Papebrochius irridens Authorem Historiæ Sanctæ Catharinæ, loco citato numero 82. ait:

An autem credemus tunc cùm hoc inventum est, inventam quoque Historiam vitæ, ac passionis, eatenus ignotæ? An vero revelatione divinâ Authori illius facta innotuisse omnia?

2831 Quidquid dicat Papebrochius, multa revelata sunt de gestis Sanctorum, quæ antea in historiis non legeban-

gebantur, ut jam animadverti in Dissertatione à numero 2062. Per illas rotas à Sanctâ Mechtilde visas nihil aliud intelligo nisi signa illius rotæ, quæ est notissimum insigne Sanctæ Catharinæ, quæ sine rotâ pingi non solet, adeo ut illa rota novaculis armata se sola ingerat Sanctæ Catharinæ memoriam; hâc de causâ Georgius Cardinalis Costa Lusitanus, ut Religionem suam erga Sanctam Catharinam testaretur, *Symbolum sibi desumpsit D. Catharinæ Virginis, & Martyris rotam*, ut ait Antonius Macedo in Lusitaniâ Infulatâ, & Purpuratâ p. 215. Idem imitati sunt alii ejusdem Cardinalis consanguinei. Hâc etiam de causâ Alvarus Castrius, filius clarissimi Herois Joannis Castrii Tertii Indiæ Pro-Regis, eandem rotam addidit stemmati gentilitio, ut ait disertissimus parentis Historicus Hyacinthus Freire de Andrade, Lusitanè scribens, quem elegantissimè latinè loquentem fecit Reverendissimus Pater Franciscus MARIA del Rosso, nostræ Regiæ Academiæ Socius Provincialis, qui de hâc rotâ agens lib. 1. n. 20. ait:

Ex hoc, in quo consederant, loco intuentibus Sinæ montis prospectus patuit, ubi in illustrissimo monumento Angelorum manibus excitato, pretiosum Catharinæ Virginis Sanctissimæ ac Martyris invictissimæ corpus ferunt collocatum. E regione hujus loci Stephanus à Gama, Alvaro Joannis filio, collatis insignibus equestrem contulit dignitatem. Is verò ad conservandam loci, factique illustris memoriam, novum gentilitio stemmati symbolum addidit rotam gladiis armatam, quam ad hæc usque tempora illustres nepotes colunt, & ornant religiosissimè.

2832 Dubitant Critici morosi de asportatione corporis Sanctæ Catharinæ in montem Sinai ministerio Angelorum, quæ legitur non solùm in sextâ Lectione, sed etiam in Oratione Officii ejusdem Sanctæ; obtenduntque id non esse verisimile.

Jam

2833 Jam dudum Sapientissimus Theologus Ambrosius Morales, nobilis Historicus, & non infimæ notæ Criticus, acriùs invectus est contra hujusmodi dubitationem tomo 1. Chronici Generalis Hispaniæ, Dissertatione post finem octavi libri, & ante initium noni, folio 214. Ipsum audiamus Hispano sermone loquentem:

La Oracion, que se reza en la fiesta del Santo, tiene un poco mas de reverencia, y acatamiento, que se le deve, por ser cosa en cierta manera más publica, y que en el Officio, y en la Missa se propone mas en general. Y en el rezado parece preparacion todo lo de màs para la Oracion; y que las Antifonas, los Psalmos, y los Hymnos, y lo dèmas sirve para que al fin se suplique a Nuestro Señor còn más devocion, y aparejo espiritual lo que en la Oracion se le pide, haziendole santa pompa, y magestad todo lo que ha precedido. No ay duda, sino, que todo esto engrandece mucho a la Oracion, y la haze digna de gran reverencia. Por esto quando tiene algo, que toque a la historia del Santo, se le deve dar más credito, siendo más notable offensa de Dios querer desdeñar aquello, y tenerlo por incierto, y dudoso sin aver porque, ni para que. Canta la Iglesia en la Oracion de S. Nicolas, que Nuestro Señor le adornó, y esclareció con innumerables milagros: refiere de Santa Catalina, que por ministerio, y manos de los Angeles fuè llevada a sepultar en el monte Sinay: el no querer dar uno credito a esto, y tenerlo por tal como otra cosa, que se cuenta de los Santos, a que se puede con más libertad contradezir, quando ay buen fin, y razon probable para hazerlo, seria perder aun más, que en lo passado, la reverencia, y acatamiento, que a las cosas sagradas se deve (lo qual no se haze sin mucha offensa de Dios,) y seria tambien offender los oidos, y dar escandalo a los buenos Christianos, que con sujecion, y devocion reverencian todo

lo que en el Officio Divino, y en la Missa se les lee, y oyendo lo dicho, de la Oracion sentirian más el no estimarla..

2834 Sed quia morosi Critici contemnunt Criticos Hispanos, utpote pietati indulgentes, libet ipsis opponere Criticum Gallum, eumque sapientissimum, & eruditissimum, Honoratum nempe à Sancta MARIA, qui tomo 1. Reflexionum super regulis, & usu Critices, Dissertatione 7. articulo 8. §. 3. pag. 279. rejicit Criticos negantes miraculosam illam sacri corporis per Angelos asportationem, quia, ut ipsi dicunt, res est non verisimilis. Illius verba ex Gallico latinè reddo:

Quia dicere id non esse verisimile, non est probatio, neque responsio digna magnis istis geniis, fortibusque ingeniis sibi blandientibus, seque jactantibus à se nullum factum recipi, nullumque rejici, nisi habeant optimas rationes. Et tamen quales probationes adducunt ad oppositum statuendum? Haberet ne rationes satis convincentes ad probandum Papam Felicem Secundum non mereri insertum esse Martyrologio, aut esse falsum id, quod dicitur in Oratione Sanctæ Catharinæ? Beneficium apud nos ponent, si illas produxerint.

Nescio, quid de hâc Angelicâ asportatione loquens sibi velit Daniel Papebrochius loco citato, numero 105. dicens:

Fateor tamen me laborare in applicandis Sanctæ Catharinæ locis Eusebii, atque Rufini, non obstante tam explicita nominis Dorotheæ, *non* Catharinæ *nuncupatione, & commoditate plurium Arabiæ montium, multo viciniorum, ac Saracenorum incursibus magis expositorum.*

Nescio, inquam, quid sibi hoc velit Papebrochius, dum loquitur de montibus vicinioribus, nam non magis lassarentur Angeli portantes illud sacrum pignus per longam itinerum

itinerum intercapedinem, quam per breve ſpatium terræ. Neſcio etiam quorſum meminit montium magis expoſitorum Saracenorum incurſibus, ſed hæc eſt conſuetudo moroſis Criticis, nodum ſcilicet in ſcirpo quærere.

2835 Non de ſolo funere Sanctæ Catharinæ legitur curatum fuiſſe ab Angelis. Nam apud noſtrum Joannem Bonifacium Bagattam (vel potius Aloyſium Novarinum) in Admirandis Orbis Chriſtiani tomo 1. libro 1. capite 2. §. quartus inſcribitur: *Angeli exuvias ſervorum Dei ſepulturæ dantes*: ubi præter Sanctæ Catharinæ exemplum, quod narrat quinto loco, quinque ſuper viginti alia exibet exempla, inter eaque refert corpus Sanctæ Euphemiæ ex Chalcedonia in Italiam per Angelos aſportatum fuiſſe. Quam hiſtoriam refert Ughellus in Italiâ Sacrâ tomo 5. ubi de Epiſcopis Parentinis, columna 395. & multo magis diſtat Iſtria à Chalcedonia, quam mons Sina ab Alexandria.

2836 Rationem cur corpus Sanctæ Catharinæ debuerit educi ex Alexandria, affert Diſertiſſimus Joannes Baptiſta Maſculus, in Gladio, ac Pugione impietatis, cum de perſecutione Maximini Jovii Cæſaris pag. 75. ubi ait:

> *Operæ pretium autem eſt indagare cauſam tam eximii honoris; nam præter illam, quæ afferri poteſt de celſitudine animi, ob quam Catharina meruit in excelſum ejus montis cacumen attolli, videtur afferri poſſe altera, ut nimirum Sanctiſſimum Virginis cadaver ſubtraheretur etiam poſt mortem Maximini furori; quippe hic non contentus nece noſtrorum, ſæviri ſolebat etiam in mortuos; ita enim belluinam acuerat rabiem, atque adeo extra naturæ leges egreſſus erat, ut exanimatis quoque ſepulturam ipſam invideret, ac propterea cadavera ſub dio, ut à beſtiis dilaniarentur, projici juberet.*

Et infra addit pag. 76.

Opportunè, & divinitus factum est, ut Catharinæ corpus post necem ejusmodi lanienæ subtraheretur.

2837 Sepultam fuisse Sanctam Catharinam ab Angelis in monte Sina, testatur, hodieque sacellum in summitate illius montis constructum, in loco, in quo dicitur trecentis annis jacuisse Sacræ illius Virginis corpus, unde translatum fuit in Monasterium, ad radices ipsius montis ædificatum, ut post alios scripsit Doctissimus Benedictinus Congregationis SS. Vannis, & Hydulphi Augustinus Calmet in Dictionario Biblico, verbo *Sinai.*

2838 Cur autem Deus, qui dedit legem Moysi in summitate montis Sinai, in eodem loco per Sanctos Angelos suos corpus B. Catharinæ Virginis, & Martyris suæ mirabiliter collocaverit, ut canit Ecclesia in Oratione Officii, non est hominis investigare; cuique enim mortalium dicit Spiritus Sanctus Eccli. 3. 22. 23. 24.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. Non est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in plurimis operibus ejus non eris curiosus.

2839 Deveniendo denique ad translationem corporis Sancti Bartholomæi Apostoli ex Urbe Beneventana Romam, & in Insulâ Lycaoniâ sepulti, quam oppugnavit Basilius Jannellus opere Italicè scripto, editoque Beneventi anno 1695. in quarto, & alii Recentiores, dicendum est immerito cecinisse victoriam Pompeium Sarnellium Episcopum Vigiliensem in Epigrammate præfixo Jannelli libro, quod est de controversia, quæ est inter Romanos, & Beneventanos de corpore Sancti Bartholomæi Apostoli, quo ait:

Roma-

Romanos pugna Beneventum distinet annis
Centum; sed tandem dat studiosa manus.
Bartholomæus adit Beneventum; pugna revixit
Per tot sæcla; manus det modò Roma suas.

2840 Dixi Sarnellium immeritò cecinisse victoriam, quia pro Româ, Insulâque Lycaoniâ prodiit Francisci Dini Dissertatio Historico-Critica de Translatione, & Collocatione corporis Sancti Bartholomæi Apostoli Romæ in Insulâ Lycaoniâ, seu Vinditiæ Breviarii Romani adversus Dissertationes Episcopi Mascambruni, Marii Viperæ Vicarii Capitularis Beneventani, aliorumque Recentissimorum, ac Decreta in Concilio Beneventano coram Eminentissimo, ac Reverendissimo Vincentio Maria Cardinali Ursino Archiepiscopo lata, quæ impressa fuit Venetiis typis Dominici Lovisæ, anno 1701. in quarto.

2841 Et tantum abest, ut Roma dederit manus suas, ut Sarnellius sperabat, quin potius Clemens XI. Pontifex Maximus silentium imposuerit eidem Cardinali Ursino, aliisque negantibus corpus Sancti Bartholomæi Apostoli extare Romæ. Unde sarcta, tectaque remansit authoritas Breviarii Romani id asserentis, & quod magis est, observationeque dignissimum, ipse Cardinalis Ursinus ad Summum Pontificatum evectus, assumpto nomine Benedicti XIII. nullam mutationem fieri jussit in Romano Breviario, qui licèt Pontificatum tenuerit usque ad sextum annum, fueritque Pontifex rerum Ecclesiasticarum maximè sollicitus, nullique labori parcens in iis, quæ ad sacros ritus, Ecclesiasticamque disciplinam spectant.

2842 Ex dictis manifestè cognoscitur, nihil esse repugnans, nihil absonum in Lectionibus, & historiis insertis Breviario recognito jussu Urbani VIII. & omnia, quæ à morosis Criticis opponuntur illi, superstrui levissimo fundamento argumenti inficialis, seu ab authoritate negatâ,

gatâ, quod quam debile sit, satis ostensum est in Dissertatione nostrâ superiore à numero 829. ad 975. & omnia, quæ habet Breviarium Romanum, simulatque, recognitum est jussu Summi Pontificis credi debere probabiliora, quam ea, quæ opponuntur, utpote ab eruditis, prudentibus, & Catholicis Breviarii censoribus, ut talia judicata, & postea accedente approbatione Pontificiâ, maius etiam iis historiis accedit pondus: cùm nemo Catholicus ea possit à Breviario propriâ authoritate expungere.

2843 Hanc Appendicem claudo amænissimâ animadversione Doctissimi Honorati à Sancta MARIA, postquam recensuerat Regulas recentium Criticorum pro reformandis Breviariis tomo 1. Reflexionum super regulis, & usu Critices lib. 1. Dissertatione 2. articulo 5. §. 2. quam latinè profero; ait igitur Honoratus:

Nihil sciverim, nisi laudare pulchras has maximas nostrorum sapientum. Sed si illi videntur adeo scrupulosi, in theoria; erunt ne æque anxii in praxi? Sequuntur ne illi in suis sacris, Horariisque precibus, principia, quæ stabiliverunt in suis scriptis? Quid responderent, si etiam num in vivis essent Domini Launoius, Tillemontius, Bailletius, Thiersius, & plures alii, quorum Critice fastidiosa tam frequenter oppugnavit fidem Martyrologiorum, accurationemque Breviariorum? Quid etiam num dicerent Domini Fleury, Dupin, & alii sapientes circa materiam falsarum Legendarum. Dum ante illorum oculos exponeretur illorum pietatem nutriri lectione Authorum incertorum, & historiarum fabulis scatentium? Hæc certè est quædam consecutio, quam hi Domini negare nescirent, quandiu illorum principia starent.

Hi Docti Ecclesiastici tenentur ad recitationem Divini Officii, & ad illud quotidie legendum juxta ritum Diœcesis Parisiensis, vel cujusvis alius. Sed in omnibus his

bis Breviariis satis multæ reperiuntur Lectiones, quæ certè non sunt erutæ ex Authoribus originalibus, & coætaneis, & qui non vixerint, nisi plura sæcula post facta, quæ narrant. An non ibi reperiuntur ex testimonio Patrum plura de Beatissima Virgine MARIA, quorum nulla mentio est in Euangelio? Notantur ne in libris Sacrarum precum origo, & antiquitas omnium piarum Traditionum, quæ constituunt partem Divini Officii? Tandem ne persequar regulas, quas præscribunt nostri illustrati Critici, non superest in Breviariis factum quodpiam, quod non sit certum, & infallibile?

Hi Domini sunt illustratiores, quam ut audeant contrarium defendere. Tamen juxta illorum principia debent numerari inter narrationes fabulosas facta Ecclesiastica, & ea, quæ piè credunt fideles, quæ non cohærent hujusmodi Criticorum regulis. Videtur non posse non concludi, nostros sapientes Ecclesiasticos habere pro objecto propriæ ipsorum pietatis plura, quæ non sunt digna majestate, & pulchritudine Ecclesiæ, consonaque illius spiritui. In Breviario namque, quod & ipsi quotidie recitant (utpote, qui sunt Ecclesiastici) extant plura, quæ debent esse recognita, tamquam parum tuta; & etiam falsa juxta principia, quæ ipsi statuerunt ad reformandam Historiam Ecclesiasticam, eamque expurgandam ab innoxiis erroribus, Traditionibusque vulgaribus.

An hi Domini hoc unquam scrupulo puncti sunt? Si illi sibi persuasum habent juxta suas regulas, Legendas Breviarii esse plenas defectibus, qui non consoni sunt majestati Ecclesiæ; unde est, illos non edere unum Breviarium ad placitum suum, & juxta maximas à se ipsis præscriptas, quo se separent à turba, quæ juxta hujusmodi Criticorum sententiam non orat in spiritu, & veritate? Si illi existimant, ut scribunt, extare in Breviario Parisiensi res

non

non tantum dubias, sed etiam falsas, fabulosasque, videtur eos non posse sibi temperare, quin aut forment aliud Breviarium, aut desinant recitare illud, quo utitur eorum Ecclesia.

Sed si illos circa hoc nullus urget morsus conscientiæ, qua de causa statuunt principia, quæ eruunt à fundamentis venerabiliores libros destinatos ad sacras Ecclesiæ preces, quas ipsi tenentur quotidie recitare? Oh qualis subtilitas forsan usque ad præsens tempus incognita! Angi scrupulo ne relinquatur in Historia Ecclesiastica factum quodpiam, si illud non est consonum regulis, quas sibi proposuere in Præfationibus suorum voluminum, & in recitatione Officii, in quo agitur de Divino cultu adoptare illas ipsas Legendas, quas illa principia, seu regulæ jam in libris proscripsere.

Hæc acutissimè Honoratus, cui nihil addendum duxi:

Loquuti sunt timentes Dominum
Unusquisque cum proximo suo
Et attendit Dominus, & audivit
Et scriptus est liber monumenti coram eo
Timentibus Dominum,
Et cogitantibus nomen ejus.
Malachiæ 3. 16.

FINIS.

SYLLO-

SYLLOGE AUTHORUM

OMNIUM GENTIUM,

omniumque ordinum, qui Expeditionem Hiſpanicam

SANCTI JACOBI MAIORIS

ASSERUERUNT.

SEU

APPENDIX III.

Ad Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi Maioris aſſertam.

PROLOGUS.

2844 CUM in more poſitum ſit, ut Scriptores, qui Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi Maioris ſuſcepere aſſerendam, Tractatibus ſuis attexant collectionem Authorum, qui ante ipſos eandem ſententiam tenuere, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi eorum veſtigiis inhærendo, meæ de eodem celeberrimo argumento Diſſertationi adjungerem non parvam manum clariſſimorum hominum, qui contemptis, ut par erat, moroſis Criticis, eandem Expeditionem aſſeruere, quam nemo negare poteſt, niſi per veram, vel ſimula-

mulatam Hiſtoriæ ignorantiam, culpandumve ſapientioris Criticæ neglectum, ut jam dixi numero 31.

2845 Sed priuſquam hanc fortiſſimorum militum aciem explicem, lubet nonnulla præfari de hujus Opuſculi titulo, de Authoribus, per quos profeci, eorum opera utens in colligendis aſſertoribus Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi. De numero militum delectorum ad illam Expeditionem tuendam. De fine mihi præſcripto in hâc lucubratione concinnandâ; & denique de rectâ totius hujus Sylloges diſpoſitione.

§. I.

De titulo hujus Opuſculi.

2846 DUm meditatus ſum producere in aciem hanc propugnatorum copiam hâc tertiâ noſtræ Diſſertationis Appendice, diu perpendi quem titulum ipſi præfigerem; cùm verò obſervaviſſem plùſquam octoginta titulos, quos Authores indidere ſimilibus lucubrationibus, (ut videre eſt in duplici volumine operis, quod inſcribitur Catalogus Catalogorum, Authore Antonio Teiſſerio) mihi inter omnes ex illis maximè arriſit huic Appendici præfigendus titulus *Sylloge* propter hujus nominis ſignificationes, quæ maximè conſentaneæ ſunt fini, propter quem iſtam ſcriptiunculam adornare volui; quem infra aperiam.

2847 Sciendum igitur eſt, Syllogen eſſe nomen Græcum, quod Latinè plura ſignificat, nempe Hominum frequentiam, Concilium, Judicium, ut habetur in Lexico Græco-Latino Roberti Conſtantini, verbo *Sylloge.* Significat etiam quendam Magiſtratum, teſte Suida, tomo 2. pag. 824. verbo *Sylloge.* Significat denique Delectum, ut docet

docet Reverendissimus Pater Nicolaus du Mortier in Etymologiis sacris Græco-Latinis, verbo *Sylloge.* Dum Sylloge significat Hominum frequentiam, aptum est hoc nomen ad explicandum copiosum numerum Authorum, & testium, quos hîc producemus. Quatenus Sylloge significat Concilium, rectè imponitur hoc nomen cætui eruditissimorum capitum, in unam, eandemque sententiam euntium. Quatenus Sylloge significat Judicium, aptè accommodatur conventui integerrimorum Judicum, qui censuere Sanctum Jacobum Maiorem in Hispaniam venisse, in hâcque Provinciâ Euangelium prædicasse. Huc etiam tendit significatio Magistratus, de qua Suidas, nam ad Magistratum spectat ferre sententiam de quâlibet re controversâ, & ad ipsum delatâ, Authores autem hîc collecti omnes tulere sententiam contra morosos Criticos pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi. Dum denique Sylloge significat Delectum, optimè explicat modum, quem tenuimus in recensendis in istâ Appendice Authoribus asserentibus Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, non enim protulimus quotquot invenimus pro hâc sententiâ, sed habito delectu eos adduximus, quorum celebrius est nomen in Republicâ literariâ.

2848 Neque novum est inscribi *Sylloges* hujusmodi collectiones, nam plures Scriptores, indito eo titulo, opusculis suis nobis exemplo præivere; nam extat *Sylloge* variorum tractatuum, quibus Caroli Britanniæ Regis innocentia illustratur, edita anno 1649. in 8. Extat *Sylloge* Operum Isagogicorum ad jus sacrum, edita Parisiis anno 1671. in 12. Ab Erycio Puteano scripta est, licèt non edita, inscriptionum *Sylloge*, teste Valerio Andrea in Bibliothecâ Belgicâ. A' Nicolao Reusnero edita est Sylloge Ænigmatum, & Gryphorum Convivalium Francofurti, anno 1602. in 8. A' Petro Mullero edita est *Sylloge* Scripto-

rum in jure privato, & publico. Jenæ 1678. Joannes Mollerus Flensburgensis promisit se editurum Syllogen Scriptorum Cimbris falso annumeratorum, ut scribit Antonius Teisserius in Catalogi Catalogorum Auctario (hoc est, volumine 2. pag. 162. Denique à Joanne Friderico Korbero edita est *Sylloge*, & Notitia Variorum Authorum in Philologia, & Philosophia secundum seriem disciplinarum instituta, Jenæ 1675. in 8. Quæ septem exempla sufficere possunt ne nos in usurpando Sylloges titulo novitatis insimulemur.

§. II.

De Authoribus, qui collegerunt, inieruntque numerum asserentium Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, per quos profeci.

2849 CUm res historicæ eò maiorem fidem mereantur, quo à pluribus probatis Authoribus asseruntur, hinc factum est, ut plerique ex iis, qui Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi suscepere affirmandam sententiam suam, plurium, graviumque Authorum testimonio stabiliverint.

2850 Inter eos, qui texuere Catalogos Authorum asserentium Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, magis diligentiam suam probavere (quos noverim) omnino tredecim. Agmen ducit Bartholomæus Laurentius, sive Llorent, cujus memini numero 1564. qui Authores recensuit 70. Alii plures addidere, nam Ferdinandus de Oxea, Ordinis Prædicatorum, protulit 80. Magnus Franciscus de Macedo, Ordinis Minorum, & Lusitaniæ nostræ

træ decus, produxit 86. Joannes de Marieta, Ordinis Prædicatorum, affert 100. Joannes de Salazar, cujus memini num. 1625. protulit. 110. Franciscus de Jesu Xodar, Ordinis Carmelitarum, de quo egi numero 1592. adduxit 120. Christophorus Granados de los Rios, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, protulit 144. ut lego apud Alphonsum de Requena in tractatu de prædicatione Sancti Pauli in Hispaniâ, capite 7. pagina 47. Reverendissimus Pater Hyacinthus de Aranaz, Ordinis Carmelitani, cujus memini num. 1702. nominat 151. Reverendissimus Pater Ludovicus Urquiòla, Ordinis Minorum, cujus memini numero 1715. profert 171. Reverendissimus Pater Josephus Nicolaus Cavero, Regalis, & Militaris Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede splendor eximius, de quo diximus numero 2457. licèt plusquam quadringentos collegisset, contentus est producere 188. Josephus Pellicer, de quo egi numero 1634. retulit 250. Hyeronymus Pardo, doctissimi Ordinis Clericorum Regularium Minorum, de quo egi numero 1655. produxit 470. testes asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi. Novissimè hanc spartam ornavit Clarissimus Vir Doctor D. Petrus Hieronymus Hernandez Marzo, cujus memini num. 2668. qui protulit 480. Authores, succrescente semper numero Authorum testantium Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Maioris.

2851 Tredecim hi diligentissimi Collectores Authorum pro Sancto Jacobo pugnantium, sunt veluti tredecim illi præcipui Equites Militiæ Jacobææ, electi ab Ordinis Magistro, illiusque comitiis generalibus, de quibus loquitur Sebastianus Covasrubias Orosco in Thesauro Linguæ Castellanæ, verbo *Trece.*

2852 Advertendum tamen est, ex tredecim his Authoribus tres non intendisse enumerare omnes Scriptores,

qui

qui asseruere Sanctum Jacobum venisse in Hispaniam, sed eos tantummodo, qui testati sunt ipsum Apostolum fundavisse Sacellum Cæsaraugustanum, illudque Deo dicavisse in honorem MATRIS ADMIRABILIS adhuc viventis, quæ dum in terris ageret, ipsi Apostolo apparuit ad ripam fluminis Iberi supra columnam, eique præcepit, ut ædificaret sacellum, quod deinde nuncupatum est à COLUMNA. Et est firmissimum monumentum Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi. Hi tres sunt Sapientissimi Patres Aranaz, & Urquiòla, & D. Petrus Hieronymus Hernandes Marzo.

2853 Illud etiam ignorari nolo, me scilicet ex his tredecim Authoribus, duos non legisse, sed ab aliis relatos protulisse, hi sunt Bartholomæus Laurentius, & Christophorus Granados de los Rios; licèt autem olim legerim Catalogum Authorum Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi testantium, cujus memini numero 1581. tamen, quia hodie illum non habeo penes me, idcirco illius hic mentionem non feci, cùm olim Authores in eo Catalogo adductos non numeraverim.

2854 Postremò moneo me ex iis Authoribus, à quibus dixi plures pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi fuisse collectos, nunc non habere ad manum, nisi solum decem, ex quibus selegi maximam partem testium, quos in hâc Sylloge produco, illi autem recensiti ordine Chronologico, juxta annos, quibus opera sua in lucem edidere, sunt sequentes.

Primus est Joannes de Marieta, qui objit anno 1611.

Secundus Franciscus de Jesu Xodar, cujus liber impressus est anno 1612.

Tertius Ferdinandus de Oxea, cujus liber editus est anno 1615.

Quartus Josephus Pellicer, cujus liber editus est anno 1630.

Quin-

Quintus Hieronymus Pardo, cujus liber editus eſt anno 1657.

Sextus Franciſcus Macedo, cujus liber editus eſt anno 1662.

Septimus Hyacinthus Aranaz, cujus volumen ſcriptum eſt anno 1722.

Octavus Joſephus Nicolaus Cavero, cujus ſcripta edita ſunt anno 1723.

Nonus Ludovicus Urquiòla, cujus liber prodiit in lucem anno 1724.

Decimus denique eſt Doctor D. Petrus Hieronymus Hernandes Marzo, qui anno 1729. edidit Catalogum omnium ampliſſimum defendentium fundationem ſacelli Cæſarauguſtani, à Sancto Jacobo Maiore conſtructi, ac proinde Expeditionem Hiſpanicam ejuſdem Apoſtoli, & decimus hic Author eſt hâc in re fluctus verè decumanus, qui dictus eſt omnium maximus, illique quadrat illud Ovidii lib. 1. Triſtium Elegia 2.

Qui venit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes.
Poſterior nono eſt, undecimoque prior.

Catalogus hic Marzi, cùm ſit ampliſſimus, eſt ampliſſimum ſcutum noſtræ ſententiæ, ſcutum verè decumanum, ut fuere ſcuta Marſorum, de quibus Natalis Alexander lib. 6. cap. 22. ait: *Marſis ampliſſima* (ſcuta ſcilicet) *quæ decumana dicta ſunt.*

2855 Authores, quorum libros legi, produco indicatis libri paginis, exceptis tantum Joanne de Salazar, & Michaele Erze Ximenes, quos nunc penes me non habeo, licèt utrumque olim legerim non oſcitanter, quando mihi commodati fuerunt; primus à Reverendiſſimo Patre Auguſtino à Sancta Maria, cujus ſæpius memini, & præcipuè numero 2303. ſecundus verò à Reverendiſſimo Patre Fr. Emmanuele Guillielmo Ordinis Prædica-

dicatorum, qui cum fuerit editis voluminibus optimè meritus de Republicâ litterariâ, & cum constructa publica, amplissimaque Bibliotheca egregiè consuluerit eruditioni studiosorum hominum Ulyssipone commorantium, & cum (quod nobis hîc præcipuum est) ægerrimè tulerit in dubium revocari Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, dignissimus planè est, qui hoc in opusculo præ aliis accuratius laudetur.

2856 Fuit igitur Reverendissimus Pater Fr. Emmanuel Guillielmus natione Lusitanus, patria Ulyssiponensis, professione Ordinis Prædicatorum, qui editus in lucem die 25. Novembris anno 1658. postquam religiosè, pièque vixerat, seseque totum dederat convertendis in meliorem frugem, dirigendisque fidelibus in viam vitæ æternæ, hanc ingressus est piè, Ecclesiæque Sacramentis munitus hoc anno 1730. die 16. Augusti sacra Sancto Hyacintho, uni ex ejusdem Ordinis Thaumaturgis, quem imitatus fuerat, tam in Religiosarum legum observantia, quàm in zelo salutis animarum, tam in veneratione Augustissimi Sacramenti, quàm in cultu Augustissimæ Virginis. Et vir fuit erga suum Ulyssiponense Monasterium beneficentissimus, quippe qui multo plura, quàm centum aureorum millia in illius utilitatem expendit tam in ornando sacello Dominæ nostræ de Scala, quàm in picturis, quibus decoravit, conclave, quod ostium Monasterii excipit, & illud, quod aditum choro aperit, cujus etiam parietes opere tessellato pulcherrimè contexuit. Marmoreis scalis in superiorem Monasterii partem ascensum præbuit, Dormitoria, (ut vocant) opere tessellato convestivit. Donavit sex Divorum statuas argenteas aræ maximæ imponendas, Authepsam odorariam argenteam ingentis molis, radiata diademata duo capitibus statuarum Sanctorum Dominici, & Francisci imponenda, non

exigui

exigui ponderis argenteam crucem, quam oſtentat ſtatua Sancti Franciſci. Duos pluteos argenteos choro dedit, unum portatile, aliud immobile, maioribus libris ſuſtentandis. Duodecim aureorum millia reliquit, ut ex perpetuo eorum cenſu religioſo Auguſtiſſimi Sacramenti cultui ſemper proſpiceretur. Parem ſummam reliquit, ut conſervaretur, & indies augeretur publica Monaſterii, quam diximus, Bibliotheca, deſignato etiam annuo cenſu Religioſo Viro illi Præfecto, & Fratri Laico illius adjutori, ne interiret utiliſſimum opus ab illo conſtructum, & inſtructum omni neceſſariâ ſupellectile, nempe copioſiſſima illa Bibliotheca, cujus pulcherrimos pluteos, comparatis quamplurimis libris implevit, illiſque impoſuit pergulam, quæ ſecundam, copioſioremque conficit Bibliothecam, & utrique tertiam addidit, quæ duo occupat conclavia libris plena. In hæc expendit Pater Fr. Emmanuel Guillielmus quidquid lucratus eſt per ferè quinquaginta annos ad frequentiſſimum populum Orationes Euangelicas habens, per aliquot annos Theologiam Moralem prælegens in Regali Collegio Dominæ noſtræ de Scalâ, & plures libros edendo; nempe opera ſpiritualia V. P. Fr. Ludovici Granatenſis in folio; quatuor volumina Agiologii Dominicani, item in folio; tria volumina operis, cui titulus *Conſiliarius Fidelis* in quarto; Vitam Sanctæ Gertrudis Magnæ in quarto; Scalam Miſticam Jacobi in octavo, ſæpius recuſam; Epiſtolas ſpirituales in octavo; Auxilium moribundorum in octavo, qui liber cùm fuerit poſtremum Authoris opus, nulli antè inſerviit, quàm ipſi poſt illius editionem ſtatim decedenti; præter plures conciones ſeparatim impreſſas, pluresque libellos fovendæ novemdiali pietati accommodatos, omnia hæc Luſitano ſermone. Ex quibus conſtat Religioſiſſimum hunc Virum confeciſſe opera im-

mortalitate digna tot numero, ut ea vix creditura ſit poſteritas.

2857 Authores verò, quorum libros nanciſci non potui, acceptos refero antiquiori cuique ex prædictis decem collectoribus, apud quem primò ipſos citatos inveni, ut meæ citationis fideijuſſorem adducam. Eorum autem, quos legi, non ſolùm capita, ſed paginas adnotabo.

§. III.

De numero Authorum teſtantium Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, qui hac Sylloge referuntur.

2858 EX dictis ſuperiore §. videre eſt collectores Authorum Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi aſſerentium, ſemper plerumque ſtuduiſſe, augendo illorum numero, edendiſque copioſioribus Catalogis. Unde mihi nunc poſt omnes ſcribenti laborandum fuit, ut in lucem darem hujuſmodi Authorum Syllabum præcedentibus ampliorem. Non ideo tamen in hâc Sylloge adnotabo omnes ab aliis relatos, quia, ut dixi, *Sylloge* idem eſt atque *Delectus*, & ego mihi propoſui Illuſtrium Authorum delectum adhibere, non omnes tumultuariè congerere. Selegi ex omnibus tantummodo ſex centurias aſſerentium Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, quas opponerem impietati Centuriatorum Magdeburgenſium, à quibus primò ortum duxiſſe negationem Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi dixi numero 21. Si autem apud Romanos centum viralis judicii tanta erat authoritas, ut ab eo ad nullum judicium daretur provocatio, quantum erit pondus judicii non ſolùm centum

tum virorum, sed virorum sexies centum? Quo jure negari potest id, quod non solum à centum, sed à sexcentis testibus affirmatur? Quo jure refragari licebit sententiæ non solum centum Judicum, sed sexcentorum?

2859 Accedit, numerum sexcentesimum apud Authores, tam sacros, quàm profanos accipi pro eo, cui nihil addi potest, ut ait Petrus Bongus de numero DC. pag. 623. ibi:

> *Habet autem sexcentesimus numerus quoddam perfectionis symbolum; cùm enim procedat à senario primo perfecto, cum Græci, tum Latini eo utuntur, ubi rem, cui nihil addi potest, amplificare contendunt.*

Idque probat authoritate S. Gregorii Nazianzeni, & Plutarchi ex Græcis, Ciceronis, Martialis & Plauti ex Latinis.

2860 Hic numerus me allicere posset, ad vocandum Triarios hos sexcentos Authores, nam Polybius libro 2. docet Triarios fuisse numero sexcentos, sed memini me olim audivisse Neotericum adversarium nobis minitatum fuisse, se educturum Triarios adversus nos, & memini etiam me tunc rependisse: ergo jam adversarius noster causam suam agnoscit esse desperatam; Triarii enim non producebantur, nisi *rebus desperatis, & cum nulla spes reliqua*, ut tradit Dionysius Halicarnasseus lib. 5. & 8. Nostræ autem res nullo pacto sunt desperatæ; unde Triariis opus non habemus: hinc Triariorum nomen non indo his Authoribus, quamvis sint sexcenti, ut olim erant Triarii.

2861 Hos autem sexcentos propugnatores Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi dividere placuit in duo agmina, quorum quodlibet trecentis omnino constat. Qui numerus pro patriâ, & maximè pro Dei gloriâ pugnantibus solet esse auspicatissimus, nam Leonides Spartanorum Rex, patriam defendens, delevit Xerxis exercitum

quingentorum millium, cum solis sexcentis viris, ut ait Justinus lib. 2. cap. 11. numero 15. vel potiùs cum solis trecentis, ut ait Cicero lib. 2. de Finibus. Et Seneca Pater suasoria 2. Et in Sacris literis, Judicum c. 7. legimus Gedeonem solis trecentis viris stipatum devicisse innumerabiles Madianitas Israelis, seu Jacobi populo, verique Dei gloriæ adversantes, cujus victoriæ admirandæ narrationem dum legisset in Sacra pagina Alphonsus I. Rex noster in agro Orichiensi in pervigilio Sancti Jacobi, spem concepit reportandi victoriam de innumerabili exercitu hostium veritatis, (quos sæpius fuderat Sanctus Jacobus,) quam gloriosissimè consequutus est die sequenti, eidem Apostolo dedicata.

2862 Et licèt hæc ita sint, non ideo tamen spero morosos Criticos venturos in sententiam horum sexcentorum Judicum, nam hujusmodi Critici in hâc saltem quæstione sunt veræ Critices negligentes, Historiæ ignorantia vel laborant, vel laborare se simulant, suntque jurati hostes veritatis, licèt glorientur se illam solam inquirere, illam solum adamare, illam solum venerari. Attamen mearum partium esse duxi illos tam densâ nube testium obruere, quando nolunt oculos attollere in veritatis lucem; quod tamen mirum non est, cùm Critici morosi non ducantur lumine intellectus, sed solo rapiantur impetu voluntatis; unde ex hoc etiam capite merito vocantur Critici voluntarii, unde solida, veraque gloria est nostræ sententiæ, ab ejusmodi Criticis oppugnari.

§. IV.

§. IV.

De fine, quem nobis præfiximus in hac Sylloge conſcribenda.

2863 OMnes, qui contra Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi ſcribunt, vel loquuntur, pugnare ſolent more Andabatarum, de quibus Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 22. ait:

> *Andabatæ, niſi obſcuro cœlo, novo, & inuſitato genere clauſis, & conniventibus oculis, aut in caligine, & tenebris pugnant.*

Moroſi enim Critici pugnant obſcuro cœlo, quia veritatis ſolem non vident. Novum amant genus pugnandi, quia ſunt veterum Traditionum (ſaltem humanarum) contemptores, profanarum (hoc eſt, non ſanarum) novitatum avidi, ſeſe omnibus hominibus opponentes; unde à Davide Abercrombio (in Præfatione *Furis Academici*) vocati ſunt *Myſantropi*, hoc eſt, Oſores generis humani, & verè ſunt falſi nominis ſcientiæ ambitioſi, & utuntur inuſitato pugnandi genere, quia utuntur argumentis negativis, quibus non utuntur, imò uti prohibent artis argumentandi Magiſtri, qui omnes docent ex ſolis negativis nihil inferri poſſe.

2864 Pugnant clauſis, & conniventibus oculis, quia nonnulla nolunt videre; ideoque claudunt oculos, alia ſimulant ſe non videre, ideo conniventes oculos in ea dirigunt, ne, ſi vidiſſe fateantur, cogantur ſe victos profiteri, & canere palinodiam. Pugnant in caligine, & tenebris affectantes eam ſapientiam, de quâ Sanctus Gregorius Magnus lib. 10. Moralium cap. 16. in cap. 12. Job, ait:

Hujus

Hujus mundi ſapientia eſt, cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt, vera oſtendere, quæ vera ſunt, falſa demonſtrare.

Nam moroſi Critici tenebricoſis, & cæcis ambagibus obducunt veritatem, confundentes Traditiones humanas, & Eccleſiaſticas cum Apoſtolicis, & Divinis, fidem humanam cum fide Divinâ, certitudinem moralem cum metaphyſicâ, ut his involucris obtecti incautos decipiant.

2865 Ut apertè conſtet impugnatores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi Andabatarum more pugnare, animadvertendum eſt, alium ex iis dicere ſolitum eam à ſolis Authoribus dubiæ fidei affirmari; unde cum vidit, à Regiâ Academiâ rejici apocryphos Chronicorum Authores, alioſque Scriptores ejuſdem furfuris, ſtatim pronuntiavit ſine illis Authoribus non poſſe defendi Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi. Alius dixit eam Expeditionem à ſolis Hiſpanis ſcribi. Alius à ſolis Recentioribus tradi. Alius denique affirmavit, eam à ſolis Monachis, & aliis Regularibus defendi. Et his dictis perſuaſerunt Neoterico Adverſario, ut impugnaret Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, licèt noſtram ſententiam meliùs, & tutiùs propugnari probe ſciret, ut plures ſe ab ipſo Neoterico audiviſſe teſtantur, & ipſo etiam vivente non ſemel patefecere.

2866 His de cauſis ſcripſi hanc Syllogen Authorum omnium gentium, omniumque Ordinum, qui Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi Maioris aſſeruere, in quâ nullus Author ex rejectis à Regali Academiâ profertur, & plurimi præter Hiſpanos adducuntur, plures antiqui, plures nulli Regularium cœtui addicti. Unde finis hujus opuſculi non eſt probare Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, hoc enim ſatis, ſuperque effectum eſt in noſtrâ Diſſertatione Hiſtorico-Critica. Finis igitur, quem

quem mihi præſcripſi, fuit palam facere, quam immeritò dicatur noſtram ſententiam non placere niſi Authoribus dubiæ fidei, vel Recentioribus, vel Hiſpanis, vel Regularibus. Quo, depulſis tenebris, tolletur moroſis Criticis libertas Andabatarum more pugnandi.

§. V.

Sylloges diſpoſitio.

2867 SYllogen iſtam ſexcentorum militum pro Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi pugnantium quadrupliciter, ſeu in quatuor partes dividendam putavi. Nam primâ produco trecentos Authores, non Hiſpanos, ſed ex aliis Orbis Regionibus collectos, & per nationes diviſos, & hâc parte demonſtratur non ſolos Hiſpanos eſſe Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi, ut dicunt moroſi Critici, contra quos pro hâc veritate pugnat Orbis terrarum.

2868 Secundâ adduco alios trecentos Authores Hiſpanos, tam ex ſubditis Auguſtiſſimo noſtro Luſitanorum Regi quàm ex ſubditis Regi Catholico.

2869 Tertiâ omnes illos ſexcentos Authores diſtribuo juxta ordinem Eccleſiaſticum, vel politicum, ad quem unuſquiſque eorum pertinet, quo oſtenditur produci Authores omnium Ordinum, aſſerentes Expeditionem Sancti Jacobi, non verò ſolos Regulares.

2870 Quartâ conficio duplicem indicem omnium, quos protuli, Authorum. Primum Chronologicum, ſecundum verò Alphabeticum, ut faciliùs noſci poſſit quiſnam Author adſit in hâc Sylloge, vel ab illâ abſit.

2871 Et ſi nuſquam invenerim ſimul quatuor hos modos diſponendi Authores aſſerentes Expeditionem Hiſpa-

Hiſpanicam Sanĉti Jacobi, tamen in unoquoque eorum habeo quos ſequar duces. Nam per nationes digeſſere Authores Reverendiſſimi PP. Cavero, & Urquiòla; per ordines Eccleſiaſticos Illuſtriſſimus Aranaz; ordine Chronologico PP. Xodar, & Macedo. Ordine tandem Alphabetico P. Hieronymus Pardus, & Vir clariſſimus Doctor D. Petrus Hieronymus Hernandes Marzo, quibus debetur maxima pars Authorum omnium, quos hîc produco.

2872 Licèt nunc hâc Sylloge non producam, niſi ſexcentos Authores pro Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi, tamen, ſi Deus mihi conceſſerit aliquot vitæ annos, ultra ſeptuageſimum ſecundum, quem ago, adnotabo omnes, quos repeṙero aſſeruiſſe ſacellum à Columnâ dictum, à Sancto Jacobo fuiſſe conſtructum, & honori MATRIS ADMIRABILIS in terris viventis dicatum, & fortaſſe tot Authores hujus argumenti colligam, ut ſperare liceat, me editurum Bibliothecam Mariano-Jacobæam, quam potero ampliorem.

PARS I.

Proferuntur trecenti Authores non Hiſpani, aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

2873 CUm magna pars Orbis immani, atque intoleranda barbarie oppreſſa ſit, nemo à me poſtulet Authores earum gentium, quæ modo literas ignorant. Unde intra anguſtiſſimos fines concluditur orbis eruditus, qui nobis ſuppetit probatos Authores de illâ Expeditione diſſerentes; cui accedit penuria librorum, de quâ conquerendi frequentiſſimè ſeſe offert occaſio

ſcribere

ſcribere volentibus quidpiam ad eruditionem, ſive ſacram, ſive profanam ſpectans. Hinc eſt ſolùm mihi licere producere Authores non Hiſpanos, ex Italiâ, Galliâ, Belgio, & Germaniâ maiori numero, paucos verò ex Poloniâ, Hungariâ, Dalmatiâ, Græciâ, Armeniâ, & Arabiâ, & nonnullos ex Siciliâ, Sardiniâ, & ex tribus Britanniæ inſulis.

CAPUT I.

Proferuntur Authores Itali, aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

2874 PRincipium duco ab Italiâ, ubi eſt Roma, Caput totius Orbis Chriſtiani, à quâ provenit maximè noſtræ ſententiæ certitudo, & à quâ neceſſe eſt in totum Orbem, omneſque gentes fuiſſe diffuſam, dicente S. Leone Magno (Sermone 1. de SS. Apoſtolis Petro, & Paulo) *Quæ uſquam gentes ignorarent, quod Roma didiciſſet?*

2875 Italorum agmen, imò totius Orbis nationum exercitum, ducat totius Chriſtiani Orbis Pater Romanus Pontifex

I. PAULUS IV.

Is fuit ſecundus ex noſtri Ordinis Conditoribus, qui ſe ſocium junxit Sanctiſſimo Parenti noſtro Caietano Thienæo, qui cùm eſſet Epiſcopus Theatinus, occaſionem dedit, ut nos vulgò dicamur Clerici Regulares Theatini, ut non ſemel animadvertiſſe me memini, & eâdem de cauſâ in hâc Sylloge à me, Theatino homine, elaboratâ, æquum

erat primum obtinuiſſe locum extra ordinem alphabeticum, ut poſt S. Caietanum primum Parentem noſtrum, ſortitus eſt ſtationem ſecundam, tam in Albo profeſſorum noſtri Ordinis, quàm in Cathalogo Scriptorum Congregationis Clericorum Regularium, quem ſcripſit Diſertiſſimus Joſephus Silos noſter lib. 12. tertiæ partis Hiſtoriarum Clericorum Regularium.

PAULUS etenim IV. aſſeruit Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, & Apoſtolicam fundationem ſacelli Cæſarauguſtani, jubente Sanctiſſimâ Virgine conſtructi, ut conſtat ex Maximi hujus Pontificis Bullâ, quam dedimus integram numero 2542.

II. ALOYSIUS LIPPOMANUS, nobilis Venetus, creatus Epiſcopus Veronenſis à Julio III. & Bergomenſis à Paulo IV. olim Nuntius Apoſtolicus in Luſitaniâ, in Vitis Sanctorum parte 1. pag. 361. edit. Lovanii 1571. in fol. Lippomani inſigne elogium habet Ughellus in Italia Sacra tom. 4. ubi de Epiſcopis Bergomenſibus col. 497. edit. Venetiis, 1719. in folio.

III. ANDREAS MASTELLONUS, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, part. 3. lib. 5. *ſopra le Letanie della Vergine*, Lettione 42. §. 9. p. 147. edit. Neapoli 1694. in 4.

IV. ANONYMUS Italus in Genealogia Regum Hiſpaniæ, quæ reperitur tomo 1. Hiſpaniæ Illuſtratæ pag. 1184. edit. Francofurti, 1603. in folio.

V. ANTERUS MARIA DE S. BONAVENTURA, Genuenſis, Ordinis Excalceatorum S. Auguſtini, in Acta Apoſtolorum, cap. 12. pag. 224. edit. Genuæ, 1681. fol.

VI. S. ANTONINUS, Ordinis Prædicatorum, Archiepiſcopus Florentinus, in Hiſtoria parte 1. titulo 6. cap. 7. pagina 405. col. 1. edit. Lugduni, 1586. in fol.

VII. ANTONIUS CARACCIOLUS, Neapolitanus, Clericus Regularis, de quo dixi num. 1627. & ſeqq.

ANTO-

VIII. ANTONIUS MARIA BONUCCIUS S.J. mihi fœdere amicitiæ conjunctus, cujus consuetudine usus sum, & Ulyssipone, & Romæ, plurium voluminum Author, in Epitome Chronologica pag. 124. edit. Ulyssipone 1706. in quarto.

IX. ANTONIUS POSSEVINUS S.J. Mantuanus, in Bibliothecâ selectâ tomo 1. lib. 4. capite 2. num. 11. pagina 156. edit. Coloniæ Agrippinæ 1607. in fol.

X. AUGUSTINUS MANNUS Cantianensis, Congregationis Oratorii, de quo dixi numero 1552. & sequentibus.

XI. AUGUSTINUS MATTHÆUCCIUS Ordinis Minorum, in opere dogmatico Controv. 4. c. 3. n. 13. relatus à Marzo in Opusculo Hispano-Latino Mariano-Jacobæo, num. 252.

XII. AUGUSTINUS PAOLETUS Eremita Augustinianus Montalcinensis in *Sanctuario*, Sermone de Sancto Jacobo Maiore, cujus Thema est illud Isaiæ 55. *Ecce testem populi dedi eum ducem, & præceptorem Gentibus*, pag. 315. & 319. edit. Venetiis 1678. in quarto.

XIII. BAPTISTA MANTUANUS Prior Generalis, (cui muneri sponte cessit) Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, quem protuli numero 1526. Hujus clarissimi Authoris elogia plures scripsere, quos refert Possevinus in Apparatu sacro tom. 1. pag. 168. ubi dicit illius corpus extare Mantuæ integrum apud Carmelitanos. De eodem agit Vossius de Historicis Latinis lib. 3. pag. 595.

XIV. BARTHOLOMÆUS DONATI S.J. Panegyrico 57. §. 9. & 10. edit. Parmæ 1710.

XV. BARTHOLOMÆUS FERRO Comaclensis Clericus Regularis, de quo loquutus sum numero 1693.

BENEDICTUS XIII. Pontifex Maximus. Vide Vincentius Maria S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Ursinus.

XVI. CÆSAR S. R. E. CARDINALIS BARONIUS Soranus, Congregationis Oratorii, qui retractavit, quæ ſcripſerat dubitans de Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi, quam retractationem teſtatur poſt alios D. D. Petrus Hieronymus Hernandez Marzo, in Opuſculo Hiſpano-Latino Mariano-Jacobæo, à numero 276. & ipſe Cardinalis citatur pro Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam à Joſepho Manſo, Præsbytero ejuſdem Congregationis Oratorii, in Promptuario Sacro part. 3. diſcurſu 1. de Sancto Jacobo Apoſtolo.

XVII. CÆSAR FRANCIOTTUS Ordinis Clericorum Regularium Matris Dei, part. 6. Meditationum folio 82. col. 2. obſervat. circa feſtum Sancti Jacobi Maioris, edit. Venetiis 1622. in quarto.

XVIII. CAIETANUS GENNI Piſtorienſis Præſbyter *in Primatu Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ vindicato* parte 1. capite 10. numero 36. relatus à Marzo, in Nota ad calcem Opuſculi Hiſpano-Latini Mariano-Jacobæi.

XIX. CAROLUS ANTONIUS BOTILIERIUS J. C. Neapolitanus in *Diſſertationibus Forenſibus* Diſſert. 7. num. 7. & ſeq. pag. 50. edit. Neapoli 1682. in fol.

XX. CAROLUS BARTHOLOMÆUS PIAZZA Mediolanenſis, in Hemerologio Romano ad diem 25. Julii pag. . . . . & in *Eferide Vaticana* ad diem 25. Julii pag. 439. edit. Romæ 1687. in 4. Hunc Authorem virum graviſſimum, eruditione, & pietate inſignem ſæpius alloquutus ſum Romæ annis 1710. & 1711. cum jam plura volumina ediderat, & jam ante quadraginta annos meruerat eximias laudes, quibus eum ornat Abbas Philippus Picinellus in opere inſcripto *Ateneo de' letterati Milaneſi*, pag. 106. edit. Mediolani 1670. in quarto.

XXI. CAROLUS HYACINTHUS DE S. MARIA Auguſtinianus Nudipes, in libro inſcripto *Mater*

Amabilis

Amabilis, overo motivi per amare la gran Madre de Dio, Motivo 359. pag. 381. edit. Genuæ 1710.

XXII. CLEMENS VIII. qui non juſſit deleri ex Breviario Romano Traditionem de Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam, ut immeritò ſcripſit Neotericus Adverſarius, ſed apponi illa verba *Mox Hiſpaniam adiiſſe* (S. Jacobum Maiorem) *Eccleſiarum illius provinciæ traditio eſt*; quod abſtergit omnem dubitationem de Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam, ut dixit Sapientiſſimus P. Thomas Maluenda, cujus teſtimonium produxi numero 569.

XXIII. COCCINUS COCCINI Auditorum Sacræ Rotæ Romanæ Decanus, in Deciſione data in cauſa Cæſarauguſtana Cathedralitatis die 1. menſis Martii 1630. cujus exemplar extat apud Lezanam in *Conſultis variis*, ſeu in hujus operum tom. 4. à pag. 549. edit. Lugduni 1656. in fol.

XXIV. COELIUS BICHIUS Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, in Deciſione data in cauſa Cæſarauguſtana Cathedralitatis, die Lunæ 21. Junii 1655. ubi ſubſcribit Deciſioni Coccini ſupra citatæ, & extat in eodem volumine Lezanæ pag. 564.

XXV. DOMINICUS GRAVINA Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum tomo 3. Catholicarum Præſcriptionum, parte 2. pag. 118. col. 1. Neapoli 1632. in folio. Quantus vir fuerit Gravina, brevi elogio dici non poteſt: legatur Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum tomo 2. pag. 582. edit. Pariſiis 1721. in fol.

XXVI. REVERENDISSIMUS P. FERDINANDUS ZUCCONUS Societatis Jeſu, in opere inſcripto *Lezioni ſacre ſopra la Divina Scrittura*, tom. 3. lection. 65. ſuper Actis Apoſtolorum cap. 12. pag. 458. edit. Venetiis 1714. in quarto.

XXVII. FRANCISCUS GEORGIUS Venetus, Ordi-

Ordinis Minorum, in Harmonia Mundi, cantico 2. tono 7. cap. 11. fol. 311. verſo edit. Venetiis 1525.

XXVIII. FRANCISCUS LONGUS à Coriolano Capuccinorum Miniſter Provincialis in *Breviario Chronologico*, anno Domini 44. pag. 11. edit. Lugduni 1623. in fol. Fuit iſte Author *vir doctrina, & eleganti ſapientia prææornatus*, ut de eo ſcribit Dionyſius Genuenſis in Bibliothecâ Scriptorum Capuccinorum pag. 116. edit. Genuæ 1691. in fol. ubi dicit ejuſdem meminiſſe Marraccium, Wadingum, & Torrecillam.

XXIX. FRANCISCUS MARCHESIUS Romanus, Congregationis Oratorii, in Diario Sacro Mariano ad diem 25. Julii tom. 3. pag. 119. edit. Veneriis 1678. in 12. Marcheſii Elogium texuit Eques Mandoſius in Bibliothecâ Romanâ, volumine 2. Centuria 9. num. 29. pag. 233. edit. Romæ 1692. in quarto.

XXX. FRANCISCUS PANIGAROLA Mediolanenſis, Ordinis Minorum, Epiſcopus Aſtenſis, in Compendio primi voluminis Annalium Cardinalis Baronii, ad annum Chriſti 44. Hujus Authoris luculentum elogium habetur apud Wadingum in Scriptoribus Ordinis Minorum, & apud Picinellum in Atheneo litteratorum Mediolanenſium pagina 214.

XXXI. Fr. FRANCISCUS QUARESMIUS Laudenſis, Ordinis Minorum, in Elucidatione Terræ Sanctæ, tomo 2. lib. 6. cap. 8. pag. 636. columna 1. edition. Antuerpiæ 1639. in fol.

XXXII. GABRIEL LOTHERIUS Clericus Regularis, de quo loquutus ſum numero 1731.

XXXIII. GABRIEL PENNOTUS Canonicus Regularis in *Hiſtoria Tripartita*, lib. 2. cap. 11. num. 3. pag. 262. col. 1. & cap. 30. num. 1. pag. 327. col. 1. & num. 9. pag. 336. col. 1. edit. Romæ 1624.

GOFRI-

XXXIV. GOFRIDUS VITERBIENSIS, in Chronic. part. 14. capite 7. & part. 15. anno Christi 44.

XXXV. HIERONYMUS COLUMBUS, Perusinus, in Opere de Nativitate Christi, pag. 80.

XXXVI. HIERONYMUS FAVELA, Neapolitanus, in *Philippica*, productus à Pellicer, edit. Neapoli, 1626. in quarto.

XXXVII. HIPPOLYTHUS MARRACCIUS, Lucensis, Clericus Regularis Matris Dei, verè Scriptor Marianus, quippe qui plura volumina scripsit in laudem Beatissimæ Virginis, in *Apostolis Marianis*, cap. 5. edit. Romæ, 1645. in octavo.

XXXVIII. JACOBUS PHILIPPUS BERGOMENSIS, Eremita Augustinianus, in Supplemento Chronicorum, lib. 8. capite 43. folio 170. verso. Edit. Venetiis, 1503. in fol.

XXXIX. JACOBUS DE VORAGINE, Ordinis Prædicatorum Archiepiscopus Genuensis, in *Legenda Sanctorum*, cap. 94. relatus à Xodar.

XL. INNOCENTIUS XIII. Pontifex Maximus, sub quo novissimè, & acerrimè discussa, & postremò decisa est causa non solùm Adventûs Sancti Jacobi in Hispaniam, sed constructi ab eo sacelli Cæsaraugustani, cùm validiùs oppugnata erat à Doctissimo Critico Hispaniæ, cujus argumenta omnia in Sacra Rituum Congregatione perpensa sunt, & nihilominus jussa est apponi in Lectione 6. Dedicationis Ecclesiæ Cæsaraugustanæ nostra Traditio, & declaratum est hanc esse *Piam, & antiquam.* Omnia hæc approbante Optimo Maximo Pontifice Innocentio XIII. ut latiùs enarravi num. 2233. & seqq. qui etiam approbavit, in Universaque Ecclesia præcepit recitari Officium de S. Isidoro Hispalensi, in quo refertur Expedio Hispanica Sancti Jacobi.

JOAN-

XLI. JOANNES ANTONIUS DE TAPIA ET ROBLES, Taurinenſis, (utpote qui natus eſt Taurini) in Opere inſcripto *Iluſtracion del Renombre de Grande*, Elogio 1. in Notis, num. 51. edit. Matriti, 1658. in quarto.

XLII. JOANNES BAPTISTA CANCELLOTUS, S.J. Septempedanus in Annalibus Marianis, parte 1. ad annum Virginis 51. n. 1. pag. 399. edit. Romæ, 1661. in fol.

XLIII. JOANNES BAPTISTA JUSTINIANUS, Clericus Regularis, Genuenſis, in Opere inſcripto *Tempio Lauretano*, parte 3. Lettione 5. pag. 100. edit. Genuæ, 1655. in quarto.

XLIV. JOANNES BAPTISTA MARINUS, Neapolitanus, Eques Militaris Ordinis Sanctorum Lazari, & Mauritii, in *Lyra*, parte 3. pag. 135.

XLV. JOANNES BAPTISTA MARTINENGUS, S.J. in Opere cui titulus *Tramontana della divotione della B. Vergine*, Italicè cap. 10. n. 14. pag. 118. edit. Venetiis, 1629. in quarto, quod opus edidit præfixo nomine Fratris ſui Comitis Marci Antonii Martinengi, ut ſcribit Alegambe in Bibliotheca Societatis Jeſu.

XLVI. JOANNES BAPTISTA MASCULUS, Societatis Jeſu, Neapolitanus, lib. 9. Lyricorum Ode 11. pag. 407.

XLVII. JOANNES BAPTISTA RICCIOLIUS, S.J. Ferrarienſis, in Chronologiâ Reformatâ, lib. 9. ad annum Chriſti 36.

XLVIII. JOANNES BAPTISTA TURRICELLUS, tractatu *de Eccleſiis Cathedralibus*, pag. 2. edit. Romæ, 1656. citatus ab Urquiôla.

XLIX. JOANNES S.R.E. CARDINALIS BONA, Pedemontanus, Ciſtertienſis Congregationis Fulienſium, lib.

lib. 1. Rerum Liturgicarum, cap. 7. num. 3. pag. 350. edit. Antuerpiæ, 1677. in quarto.

L. JOANNES BONIFACIUS BAGATTA, Clericus Regularis, Veronensis, in *Admirandis Orbis Christiani*, tom. 2. lib. 8. cap. 1. §. 2. num. 1. pag. 518. edit. Venetiis, 1680. in fol. 2. vol.

LI. JOANNES CIAMPINUS, Romanus, *Veterum Monumentorum*, parte 1. cap. 18. pagina 155. Quis, & quantus fuerit Ciampinus, habetur apud Clarissimum Prosperum Mendosium Amicum nostrum in Bibliothecâ Romanâ, volumine 2. Centuria 10. Elogio 41. pag. 302.

LII. JOANNES CLERICATUS, in Opere inscripto *Spicche raccolte*, parte 1. verbo *Chiese*, fol. 71. n. 111.

LIII. JOANNES DOMINICUS MUSANTIUS, S. J. in *Face Chronologicâ ad Omnigenam Historiam*, sæculo 1. num. 8. pagina 125. edit. Pistorii, 1707. in octavo.

LIV. JOANNES FELIX ASTOLPHUS, Canonicus Regularis Sancti Salvatoris, in *Historia Universale delle imagini miracolose della gran Madre de Dio riverite in tutte le parti del Mondo*, lib. 1. fol. 4. edit. Venetiis, 1624. in quarto.

LV. JOANNES GABRIEL BISCIOLA, Societatis Jesu, Mutinensis, in *Epitome Annalium Cardinalis Baronii*, ad annum Christi 44. pag. 21. edit. Lugduni, 1604. in quarto.

LVI. JOANNES HORATIUS SCOGLIUS, Histor. Ecclesiastic. tom. 1. anno 44. fol. 36.

LVII. JOANNES LAURENTIUS DE ANAGNIA, in *Fabricâ universali Mundi*, tract. 1. pag. 25. relatus à Castillo.

LVIII. JOANNES LUDOVICUS VIVALDUS, Ordinis Prædicatorum, Pedemontanus, Episcopus Arbensis, quem retuli numero 1526.

LIX. JOANNES PETRUS CRESCENTIUS, in *Presidio Romano*, lib. 1. pag. 126. edit. Placentiæ, 1648.

LX. JOANNES STEPHANUS MENOCHIUS, Societatis Jesu, Papiensis, in Opere inscripto *Trattenimenti Eruditi*, tom. 1. Centuria 4. cap. 56. pag. 610. & latiùs tomo 2. Centuria 5. cap. 21. pag. 36.

XLI. JOANNES THOMAS CASTALDUS DE ALASIO, Ordinis Prædicatorum, De potestate Angelica, tom. 2. Disp. 5. quæst. 2. Art. 3. n. 43. apud Aranaz.

LXII. JOANNES TARCAGNOTA, *Historia del Mondo*, parte 2. lib. 1. profertur à Xodar.

LXIII. JOSEPHUS MALATESTA GARUFFI, Archipresbyter, & Parochus Ariminensis, in Opere, cui titulus: *Il Parocho all' altare*, pag. 306. edit. Venetiis, 1722. in octavo.

LXIV. JOSEPHUS MANSUS, Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii, in *Promptuario Sacro*, parte 3. discursu 1. de S. Jacobo, num. 2. & 3. pag. 359. & discursu 2. num. 1. & 2. pag. 361. edit. Venetiis, 1722. in folio.

LXV. JOSEPHUS MARIA DE TURRE, Genuensis, Ordinis Prædicatorum, *Institutionum ad Verbi Dei scripti intelligentiam*, tomo 4. tract. 4. post quæstionem 4. in Appendice de Antichristo, §. n. 39. pagina 105. edit. Parmæ, 1711. in fol.

LXVI. JOSEPHUS SILOS, Clericus Regularis, Bituntinus, *Historiarum Clericorum Regularium*, part. 1. lib. 2. pag. 48. De disertissimo hoc Viro latè agit R. P. Apollinaris à S. Caietano, Carmelita Nudipes, in Opere inscripto *Il Cavaliere Romito*, lib. 1. cap. 1. à pagina 17. usque ad paginam 45. edit. Neapoli, 1694. in quarto.

LXVII. LAURENTIUS S. R. E. CARDINALIS BRANCATUS DE LAUREA, productus à Reverendissimo

dissimo P. Urquiòla, pag. 141. Hujus sapientissimi Cardinalis Ordinis Minorum, quos Conventuales vocant, insigne Elogium exhibet Joannes Franchinus in Bibliosophia Franciscanorum Conventualium, §. 244. à pag. 387. edit. Mutinæ, 1693. in quarto.

LXVIII. LAURENTIUS MASELLUS, Societatis Jesus, Neapolitanus, *Vita della Vergine*, lib. 10. cap. 11. pag. 843. edit. Neapoli, 1606.

LXIX. LEONARDUS DE UTINO, Ordinis Prædicatorum, tomo 2. Sermone 43. §. 4. relatus à Xodar, pag. 87. & Pellicer, pag. 651. Hunc Authorem vocat Leonardum Matthæum de Utino, Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum tomo 1. pag. 845. ad annum 1470. ubi plura de ipso refert.

LXX. LUCAS DE MONTIFORTI, Ordinis Minorum, in *Domo sapientiæ*, col. 1. num. 945. pag. 652. edit. Neapoli, 1653. in fol.

LXXI. LUDOVICUS AYROLA, Neapolitanus, *l' Arco Celeste, overo il Trono e suoi Miracoli*, lib. 1. fol. 39. edit. Neapoli, 1688.

MARCUS ANTONIUS MARTINENGUS. Vide Joannes Baptista Martinengus.

LXXII. MARCUS MASELUS, Monachus Congregationis Montis Virginis, Theologus, illiusque Procurator, Neapolitanus, in *Iconologia della Madre de Dio*, lib. 1. cap. 13. num. 10. fol. 67. edit. Neapoli, 1654. in quarto.

LXXIII. MARIUS BIGNONUS, Capuccinus Venetus, in Elogiis Sacris, Elogio 22. pag. 363. edit. Venetiis, 1652. in quarto. De eo agit Dionysius de Genua in Bibliothecâ Capuccinorum, pag. 235.

LXXIV. MAXIMUS SANTORIUS TUBITUS, Presbyter Altamuranus, in *Theatro Divino*, parte 5.

tract.2. num. 146. pag. 559. col.1. litera A, edit. Neapoli, 1702.

LXXV. MICHAEL ANGELUS LUALDUS, Romanus, de quo loquutus sum numero 1650. Illius elogium videre est in Bibliothecâ Romanâ Prosperi Mandosii, Centuria 3. num. 38.

LXXVI. MICHAEL MONACHUS, Canonicus Capuanus, (de quo Toppius in Bibliothecâ Neapolitanâ, pag. 216.) in *Sanctuario Capuano* in Notis ad Kalendarium, fol. 523. edit. Neapoli, 1630. in quarto.

LXXVII. NICOLAUS DOGLIONUS, in Compendio Historico, parte 2. pag. 118. relatus à Pardo.

LXXVIII. ODORICUS RINALDUS, Tarvisanus, Congregationis Oratorii, in Annalibus Ecclesiasticis, sermone Italico, tom. 1. ad annum Christi 44. n. 1. pag. 167. edit. Romæ, 1656. in quarto.

LXXIX. PAULUS ARESIUS, Mediolanensis, Clericus Regularis, Episcopus Derthonensis, dictus Trismegistus, hoc est, ter Maximus; fuit enim Maximus Philosophus, Maximus Orator, Maximus Theologus; in celeberrimo Opere dicto *Imprese*, lib. 4. *Impresa* 53. num. 26. & sequent. pag. 447. Hujus Authoris Elogium habet Picinellus in Athenæo Litteratorum Mediolanensium, pag. 449.

LXXX. PAULUS SEGNERI, S.J. origine Romanus, patriâ Neptunensis, Author pietate, & sacra eloquentia celeberrimus, in Opusculo inscripto Italicè *Il Divoto di Maria*, cap. 4. §. 2. quod extat tom. 1. Operum P. Segnavi, editorum Parmæ, 1714. tribus voluminibus in folio, tomo 1. extat vita Authoris; illud verò Opusculum translatum fuit in linguam Lusitanam: & in Panegyricis, Panegyrico 19. pag. 485.

LXXXI. FR. PAULUS UBAN, Nobilis Concionator

nator Patavii (ut ait Marieta in Catalogo, num.*92*.) in Sermone de Sancto Jacobo, relato à Pellicer.

LXXXII. PETRUS ANTONIUS SPINELLUS, S. J. Neapolitanus, morum Sanctitate, & in Augustissimam Virginem pietate insignis, in Opere inscripto *Maria Deipara Thronus Dei*, cap.*39*. num.30. pag.387. col.2. edit. Coloniæ Agrippinæ, *1663*. in quarto.

LXXXIII. PETRUS FRANCISCUS A' CONCEPTIONE B. VIRGINIS, Bononiensis, Clericorum Regularium, Scholarum piarum Præpositus Generalis, in Polygraphia Sacra, verbo *Jacobus*, num.1. pag.13. edit. Augustæ Vindelicorum, anno 1724. in fol.

LXXXIV. PETRUS GALESINIUS, Anconitanus, Protonotarius Apostolicus, in *Notationibus ad Martyrologium Romanum*, duodecimo Kalendas Februarii, hoc est, die 21. Januarii, §. *Tarracone in Hispania*, fol.43. edit. Venetiis, anno 1578. in quarto. Hujus Authoris opera enumerat Possevinus in Apparatu Sacro, tomo 2. pag.255. & Gregorius XIII. in Bullâ illius Martyrologio præfixâ. Ubi etiam legitur Epistola Patris Emmanuelis Sâ, Lusitani Clarissimi Societatis Jesus, ad Galesinium data, illiusque elogiis plena, quorum non est ultimum operam dedisse Sancto Carolo Borromæo in restituendâ Ecclesiasticâ disciplinâ, & diligentissimè elaborasse ad ornamentum Ecclesiæ Mediolanensis.

LXXXV. PETRUS DE NATALIBUS, Venetus, Episcopus Equilinus, in Catalogo Sanctorum, lib.*6*. cap.133. fol.125. edit. Lugduni, 1543. in quarto. Hujus Authoris veritatem, & diligentiam laudat Vossius, lib. 3. de Historicis Latinis, cap. 8. pag. 543. laudatur etiam hic Episcopus in Italiæ Sacræ tomo X. col. 87. num.20.

LXXXVI. PHILIPPUS PICINELLUS, Mediolanensis,

lanenſis, Canonicus Regularis S. Auguſtini, in *Mundo Symbolico*, lib.2. num.237. pag.92. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1695. in fol. Latinè reddito ab Auguſtino Erath, Canonico Regulari, in Wettenhauſem in Collegio Imperiali B.V.

LXXXVII. S. PIUS V. Ordinis Prædicatorum, Pontifex Maximus, qui approbavit Breviarium Romanum, in quo aſſeritur Expeditio Hiſpanica Sancti Jacobi.

LXXXVIII. EMINENTIS. D. PROSPER S.R.E. CARDINALIS LAMBERTINUS, de quo ſcripſi numero 2251.

LXXXIX. ROBERTUS CARACCIOLUS, ex Ordine Minorum, Epiſcopus Licienſis, Clariſſimus Concionator, & ideò dictus *Secundus Paulus*, de quo videndus Wadingus in Scriptoribus Ordinis Minorum. Sermone 36. relatus à Xodar. Obiit 1495.

XC. RUTILIUS BENZONIUS, ex Congregatione Oratorii, Epiſcopus Lauretanus, lib.6. *de Anno Sancto Jubilæi*, cap.25. pagina 692. edit. Venetiis, 1599. in fol. Hujus Clariſſimi Epiſcopi Elogium ſcripſit Abbas Ughellus in Italia Sacra, tom.1. col.770. edit. 1717.

XCI. THOMAS AURIEMA, S.J. Neapolitanus, *Affetti ſcambievoli tra la Vergine Santiſſima e ſuoi Divoti*, parte 2. cap.1. pag.9. edit. Venetiis, 1699. in 12.

XCII. THOMAS BOZIUS, Eugubinus, Congregationis Oratorii, cujus memini numero 1549. & ſequentibus. Præclarum hujus Authoris Elogium habet Janus Nicius Erythræus in Pinacotheca, pag.93. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1643. in octavo.

XCIII. THOMAS CACCINUS, Ordinis Prædicatorum, Florentinus, in *Hiſtoria Eccleſiaſtica*, cap.9. pagina 220. edit. Florentiæ, 1639. in fol.

XCIV. THOMAS STROZZA, S.J. Neapolitanus:

nus: *Controversia della Concettione della B. Vergine*, lib.3.c.3. pag.109. col.2. edit. Panormi, 1703. in fol.

XCV. TORQUATUS PARISANUS, S. J. in Commentariis in Euangelia totius anni, Comment. 1. super Euangelia Dominicæ 2. Quadragesimæ, punct. 2. edit. Romæ, 1690.

XCVI. VINCENTIUS FILLIUCIUS, S.J. Senensis, tomo 2. tract.27. cap. 5. num.70. edit. Lugduni, 1633. in fol.

XCVII. VINCENTIUS MARIA S.R.E. CARDINALIS URSINUS (postea Pontifex Maximus nomine Benedictus XIII.) *Sermoni sopra la vita della Vergine*, part.2. Serm.17. pag.131. edit. Beneventi, 1724. in quarto.

XCVIII. URBANUS VIII. relatus ab Erze, à Pardo, & ab aliis, utpote qui Colophonem addidit nostræ sententiæ de novo recognitis Breviarii Romani Lectionibus, ubi habetur Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ, quo factum est, ut jam contra resistere Adversarii non possint, salva Sedis Apostolicæ reverentia; nam illius authoritate hæc historia inserta est Lectionibus legi præceptis in Festo Sancti Jacobi Maioris: quod proculdubio factum non est, nisi post examen maximè serium, ut animadvertit Doctissimus Gallus Franciscus Giry, Patrum Minimorum Provincialis, in Vita S. Jacobi Maioris; & ut disertè affirmavit Eminentissimus Dominus Cardinalis Lambertinus, dum esset Promotor Fidei in Animadversionibus in *Cæsaraugustana concessionis propriarum Lectionum pro secundo Nocturno Officii communis Dedicationis Ecclesiæ Cæsaraugustanæ*, num.5. ubi ait:

> *Tempore Urbani Octavi, pluribus ex Hispania allatis doctissimis scripturis, post rem MATURE, & diù EXAMINATAM, antiqua narratio, quæ fuerat*

erat à Breviario Romano ablata; fuit iterum in eodem inserta, & in eo legitur, & recitatur quolibet anno ad diem 25. Julii.

Ex his apertè constat quàm alienum à veritate est quod Neotericus Adversarius scripsit in libello inscripto *Voz da Verdade*, nempè Historiam de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam hucusque cucurrisse indiscussam. Constat etiam, quàm alienum à veritate sit asserere non fuisse Romæ bis judicatum de Adventu S. Jacobi in Hispaniam, cùm fateatur judicatum fuisse à Clemente VIII. & negari non possit etiam judicatum fuisse ab Urbano VIII. & sub utroque Pontifice recognitum fuisse Breviarium Romanum, ut legitur in fronte ipsius Breviarii, & in duplici Bullâ ipsi præfixâ; una Clementis, altera Urbani.

CAPUT II.

Proferuntur Authores Galli, Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi asserentes.

2876 EO libentiùs hîc produco Authores Gallos pro nostrâ sententiâ, quo pluris hi fiebant à Neoterico Adversario, dum viveret, nam de ipsis loquens in libello Lusitanè inscripto *Voz da Verdade*, in illorum commendationem §. 14. pag. 106. scripsit, quæ sequuntur:

Todo o Mundo vê, que os Escritores Francezes deste, e do passado seculo saõ os homens de mayor erudiçaõ, engenho, e elegancia, que neste tempo tem sahido à luz: bastaõ, deixando outros muitos para a evidencia desta verdade, os Illustrissimos Monges da Congregaçaõ de S. Mauro

Mauro da Ordem de S. Bento. Se S. Philippe tivera prégado em França, muito melhor, que o Senhor Durana, o tiveraõ elles já dito, e provado.

Quæ verba Latinè reddere placet:

Totus Orbis videt Scriptores Gallos, hujus, & anteacti sæculi, esse Viros maioris eruditionis, ingenii, & elegantiæ, qui hoc tempore in lucem prodiere. Sufficiunt (prætermissis aliis pluribus) ut demonstretur esse evidentem hanc veritatem, Illustrissimi Monachi Congregationis S. Mauri Ordinis S. Benedicti; si S. Philippus prædicavisset in Gallia, multo melius, quàm Dominus Durana, id ipsi dixissent, & probassent.

Circa quæ verba nihil aliud hic animadvertere volo, nisi Sapientissimum Adversarium ignoravisse Dominum Duranam, adversus quem loquebatur, esse natione Gallum Avenione natum, & qui sibi assumpserat cognomen *Durana*, quòd est anagramma sui veri cognominis, quod erat *Arnaud*, unde in ipsius laudem vertebantur elogia, quibus ipse Adversarius ornaverat Scriptores Gallos; ex quibus hic libentissimè produco nonnullos asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

XCIX. ADRIANUS GAMBARD, Societatis Jesu, in *Missionario Parochiali*, Italicè, verso à Constantio Grassellì, Florentino, part.2. pag.273. col.2. in festo Sancti Jacobi Maioris, edit. Venetiis, 1720. in quarto.

C. ALBERICUS, Monachus Cisterciensis, in Chronico relatus à Pardo ex Chifletio in Vindiciis Hispanicis, pag.407. & 449. De Alberico agit Vossius de Historicis Latinis, lib.2. cap.46. pag.358.

CI. AMADEUS BAJOCENSIS, Capuccinus, in *Paulo Ecclesiaste*, pag.579. edit. Venetiis, 1720. in quarto. Hujus Authoris Elogium habetur apud Dionysium de Genua in Bibliotheca Capuccinorum, pagina 11.

CII. AMBROSIUS GARDEBOSCH, Carmelitanus, in Academia Tolosana Regius Antecessor, in *Synopsi Histor. Ecclesiast.* tomo 1. sæculo 1. lib. 2. Dissert. 3. quæst. 1. resol. unic. in fol. edit. Tolosæ, 1713.

CIII. ANDREAS DURANA, hoc est, anagramma *Arnaud* veri cognominis, Presbyter Avenionensis, cujus memini numero 1699.

CIV. ANONYMUS, in libro inscripto *Abregé de l' Histoire d' Espagne*, ad annum Christi 42. pag. 33. edit. Ultrajecti, 1703. in 12.

CV. ANTONIUS CAIGNET, Doctor in Sacra Theologia, Canonicus, Cancellarius, & Vicarius Generalis Episcopatus Meldensis, in *Anno Pastorali*, tom. 3. Sermone de S. Jacobo Maiore, edit. Parisiis, 1662.

CVI. ANTONIUS VERDIER, Regis Gallorum Consiliarius, in *Prosopographia*, lib. 3. pag. 259. edit. Lugduni, 1573.

CVII. BARTHOLOMÆUS CHASSANÆUS, in *Catalogo gloriæ Mundi*, parte 3. considerat. 29. pag. 147. edit. Genevæ, 1690. in folio. Celeberrimus hic Author fuit Primus Præses Senatûs (Parlamentum vocant) Provinciæ, creatus à Francisco I. Gallorum Rege.

CVIII. BENEDICTUS GONONUS, Monachus Cælestinus, in *Chronico Sanctissimæ Deiparæ Virginis*, ad annum Christi 41. pag. 29. edit. Lugduni, 1637.

CIX. BERNARDUS GUIDONIS, ex Ordine Prædicatorum, Lodovensis Episcopus, in *Speculo Sanctorali*, relatus à Pellicer, col. 652. De Bernardo Guidonis latissimè agit Quetif, in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 1. pag. 576. ad annum 1331. & Altamura.

CX. CALLIXTUS II. Pontifex Maximus, de quo dixi à numero 1491. Fuit addictissimus Apostolo S. Jacobo Maiori. Illius opera recenset Oldoinus in Athenæo Roma-

Romano, pag. 5. Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pag. 288. Petrus Berchorius in Dictionario, verbo *Jacobus*, & ante omnes Vincentius Bellovacensis, qui ipsi fuit coætaneus, nam Pontifex obiit anno 1241. Vincentius verò anno 1264. unde refelluntur, qui asserunt scripta Callixti II. esse supposititia.

CXI. CAROLUS A' S. PAULO, Ex-Superiore Generali Congregationis Fuliensium, Episcopus Abrincensis, in *Geographia Sacra*, tom. 1. lib. 7. ubi de Hispania, num. 3. pag. 170. edit. Amstelædami, 1704. in fol.

CXII. CHRONICA CHRONICARUM. Sic inscribuntur duæ tabulæ longissimæ in Chartispergamenis, quas habeo, impressæque fuerunt linguâ Gallicâ, caractere Gothico per Joannem Petit, & Franciscum Regnaut, Universitatis Bibliopolas juratos, & per Jacobum Terrebout, die 10. Septembris, anno 1521.

CXIII. CLAUDIUS CLEMENS, S. J. in *Tabulis Chronologicis*, pagina 57. & 58. edit. Valentiæ, 1689. in quarto.

CXIV. CLAUDIUS GUILLIAUDUS, Belliocensis, Ecclesiæ Heduorum Præpositus, & Canonicus Ecclesiastes, de quo scripsi numero 1530. De hoc Authore videndus Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pagina 358.

CXV. CLEMENS VI. de quo dixi numero 1509. Fuerat hic Doctissimus Pontifex Monachus Benedictinus, & summis laudibus cumulatur ab Authoribus, quos refert Oldoinus in Athenæo Romano, pag. 558.

CXVI. DAVID L'ENFANT, Ordinis Prædicatorum, *Histoire Generale de tous les siecles della nouvelle Loy*, tom. 4. ad diem 25. Julii, pag. 146. edit. Parisiis, 1684. in 12. Obiit quinque & octoginta annorum 1688. de eo scribit cum laude Quetif, tom. 2. pag. 716.

CXVII. FRANCISCUS FEVARDENTIUS, Ordinis Minorum, in *Notis ad S. Irenæum*, lib. 1. cap. 3. num. 4. pag. 54. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1625. in fol. Hic Author fuit validissimus pugil adversus hæreticos: plurima scripsit, quæ recensent Wadingus, & Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pag. 581.

CXVIII. FRANCISCUS GIRY, Ordinis Minimorum Provincialis, in *Vitis Sanctorum* Gallicè scriptis, tomo 2. in Vita Sancti Jacobi Maioris, col. 256. & 257. edit. Parisiis, 1715. in fol. & in editione Parisiensi, anni 1719. tom. 2. columna 341. & 342.

CXIX. FRANCISCUS POIRÆUS, S. J. in *La triple Corone de le B. V.* tract. 1. cap. 12. §. 5. num. 24. pag. 172. edit. Parisiis, 1643. quæ est tertia editio.

CXX. FRECULPHUS Lexoviensis, Episcopus ex Monacho Benedictino, quem adduxi num. 1476. De eo agit, & eundem maximè laudat Trithemius, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, fol. 63. edit. Parisiis, 1512. in quarto.

CXXI. GILIBERTUS GENEBRARDUS, ex Monacho Benedictino, Archiepiscopus Aquensis, lib. 3. *Chronologiæ* post initium, pag. 365. edit. Lugduni, 1599. in fol.

CXXII. GUILLIELMUS DURANDUS, Ordinis Prædicatorum, Episcopus Mimatensis, in *Rationali Divinorum Officiorum*, lib. 7. cap. 17. fol. 440. vers. edit. Lugduni, 1565. in octavo.

CXXIII. GUILLIELMUS PIPINUS, Ordinis Prædicatorum, libro de *Imitatione Sanctorum*, Sermone de Sancto Jacobo, relatus à Xodar, pag. 91.

CXXIV. HENRICUS MAUROY, Ordinis Minorum, in *Apologia*, cap. 4. pag. 24. edit. Parisiis, 1553. in quarto.

CXXV. HILDEBERTUS, ex Monacho Benedictino,

ctino, Episcopus Cenomanensis, deinde Archiepiscopus Turonensis, adductus à Reverendissimo P. Guillielmo Cupero, Opere infra citando §. 10. pag. *9*. A, exeunte sæculo XI. De hoc Authore agit Oudin de Scriptoribus Ecclesiasticis, tomo 2. columna *993*.

CXXVI. HONORATUS NIGUETUS, S. J. in *Iconologia Mariana*, lib. 2. cap. 17. edit. 1*66*7. in octavo.

CXXVII. JOANNES BAPTISTA DE ROCOLES, in Opere, cui titulus *Introduction Generale a l'Histoire*, tom. 1. cap. 11. artic. 3. pag. 21*6*. & 217. ubi dicit Criticen contra Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi nullo pacto fuisse receptam. Edit. Parisiis, 1*686*. in 12.

CXXVIII. JACOBUS BIROAT, Ordinis Cluniacensis, Doctor Theologus, Consiliarius, & Prædicator Regius, in *Panegyricis de Sanctis*, tom. 2. in Panegyrico Sancti Jacobi Maioris, pag. 57*6*. & seqq. ubi plura de cognatione Sancti Jacobi Maioris, & Christi, edit. Parisiis, 1*66*8. in octavo.

CXXIX. JOANNES BELETHUS, Doctor Parisiensis, in *Divinorum Officiorum explicatione*, cap. 140. fol. 558. vers. edit. Lugduni, 15*6*5. in octavo.

CXXX. JOANNES CROISET, S. J. in *Vitis Sanctorum* Gallicè scriptis, tom. 2. pag. *99*. edit. Lugduni, 1723. in fol. Hic Author in Præfatione profitetur se hoc in opere non neglexisse recta dictamina sapientium Criticorum, ex ipsisque sumpsisse quidquid boni in ipsis est. Et acriter invehitur in morosos Criticos.

CXXXI. JOANNES DADRÆUS, Canonicus Theologalis, & Pœnitentiarius Rothomagensis (de quo videndus Langlet in Methodo ad studendum Historiæ, tomo 4. pagina 200.) in *Scholiis ad Eusebii Cæsariensis Historiam*, lib. 2. cap. 8. pag. 25. edit. Parisiis, 1581. in folio.

JOAN-

CXXXII. JOANNES FRANCISCUS SENAULT, Congregationis Oratorii Jesu Christi, Præpositus Generalis, tom. 2. Sermonum de Sanctis, Panegyrico de Sancto Jacobo, pag. 172. edit. Parisiis, 1660. in octavo. Hujus Clarissimi Authoris Elogium scripsit Perrault in Opere inscripto: *Les Hommes Illustres*, tom. 1. pag. 26. edit. Parisiis, 1701. in 12.

CXXXIII. JOANNES LORINUS, Anenionensis, Societatis Jesu, in Præfatione in Epistolam B. Jacobi Apostoli, cap. 3. ex Sancto Isidoro, pag. 2. edit. Lugduni, 1619. in fol.

CXXXIV. JOANNES A' S. MARIA, Doctor Theologus, in Libello supplici Innocentio X. pro Immaculata B. Virginis Mariæ Conceptione, pag. 264. edit. Tolosæ, 1649. in octavo.

CXXXV. JOANNES RAULINUS, Monachus Cluniacensis, Sermonum de Sanctis, part. 2. pag. 120. ubi affert tres rationes, ob quas Sanctus Jacobus tam citò venerit in Hispaniam. Edit. Antuerpiæ, 1611. in quarto. Hujus Authoris eruditionem commendat Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pagina 934.

CXXXVI. JOANNES DE RIOCHE, Ordinis Minorum, in *Compendio temporum, & Historiarum*, cap. 9. citatus à Xodar, pagina 91. Hujus Authoris meminit Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pagina 935.

CXXXVII. JOANNES STEPHANUS DURANTES, De Ribus Ecclesiæ Catholicæ, lib. 1. cap. 2. num. 4. pag. 11. edit. Lugduni, 1606. in octavo. Hujus Authoris elegans Epitaphium habetur apud Moreri in Magno Dictionario Historico, verbo *Duranti.*

CXXXVIII. LAURENTIUS RENATUS DE LA BARRE, quem adduxi numero 2130. Laudatur à Posse-

Possevino in Apparatu Sacro, tom. 2. pag. 10. Laurentii opus editum est Parisiis, anno 1583.

CXXXIX. LUDOVICUS ABELLY, Episcopus Ruthenensis (vulgò de Rodez) in Opere inscripto *Tradition de l'Eglise touchant la devotion envers la tres-sainte Vierge Maria Mere de Dieu*, siecle 1. §. VII. pag. 24. edit. Parisiis, *1612*. in octavo. Fuit valdè abhorrens à Jansenistarum sententiis, Virginis Mariæ cultui addictissimus. Obiit die 14. Octobris, anno *1691*. octoginta & octo annos natus.

CXL. MARCELLINUS DE PISSE, Ordinis Capuccinorum, in *Morali Encyclopædia*, tom. 1. in festo Conceptionis B.M.V. Sect. 3. pag. 427. col. 1. edit. Lugduni, *1656*.

CXLI. MARTYROLOGIUM AUTISSIODORENSE, adductum ab Edmundo Martene, tomo 3. Thesauri novi Anecdotorum, col. 1549. E, scriptum ante mille circiter annos.

CXLII. MARTYROLOGIUM GELONENSE, de quo diximus num. 1474.

CXLIII. MAURITIUS HYLARETUS, Ordinis Minorum, in Enneadis Sermonum Adventualium, pag. 323. refertur à Josepho Pellicer in Lectionibus solemnibus, columna *672*. Hujus operis plures fuere editiones, ut videre est apud Wadingum in Scriptoribus Ordinis Minorum, ubi de Mauritio Hilareto.

CXLIV. MICHAEL VIVIEN, Ordinis Minorum, in Opere inscripto *Tertullianus prædicans*, tom. *6*. titulo *Solemnia Apostolorum*, Concione 1. pag. 411. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1*6*81. in quarto.

CXLV. NICOLAUS DE LIRA, Ordinis Minorum Clarissimum sidus, in Abdiam, & in cap. 15. Epistolæ ad Romanos.

NICO-

CXLVI. NICOLAUS DE NYSE, Ordinis Minorum, Sermone 55. refertur à Pardo.

CXLVII. PAULUS DE BARRY, S. J. in *Anno Mariano*, die 25. Julii, pag. 446. edit. Monachii, 1659. in 12.

CXLVIII. PAULUS BEURIER, Canonicus Regularis Congregationis Gallicanæ, in *Brevi Chronologia sacræ, & profanæ Historiæ*, ad annum Christi 44.

CXLIX. PETRUS COURCIER, S.J. Trecensis, in *Negotio sæculorum Mariæ*, ad annum Mundi 4016. Christi verò 33. pag. 54. col. 1. edit. Divione, 1662. in fol.

CL. PETRUS DE MARCA, Archiepiscopus Parisiensis, *Histoires de Bearn*, lib. 5. cap. 22. pag. 423. edit. Parisiis, 1640. relatus ab Urquiôla.

CLI. PETRUS MATURUS, S. J. patria Arvernus, in *Notis ad Historiam S. Antonini*, part. 1. titul. 6. cap. 7. pag. 405. col. 2.

CLII. PRIMUS, Episcopus Cabillonensis, in *Topographia Sanctorum Martyrum*, fol. 107. verso, & §. *de Apostolis*, fol. 140. edit. Venetiis, 1569. in 16.

CLIII. RENARDUS GAUTIER, Consiliarius Regius, tomo 2. Operis, cui titulus *Flores Sanctorum*, in Vita Sancti Jacobi, fol. 59. edit. Parisiis, 1652. in folio.

CLIV. SIMON MARTINUS, Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, in *Vitis Sanctorum*, vitâ Sancti Jacobi Maioris, edit. Parisiis, 1644. in fol.

CLV. THEOPHILUS RAYNAUDUS, S.J. in *Diptychis Marianis*, puncto 10. num. 6. pag. 119. col. 1. edit. Lugduni, 1665.

CLVI. THOMAS CORNELIUS, in *Dictionario Generali Historiæ, & Geographiæ*, tom. 3. pag. 392. col. 2. edit. Parisiis, 1708. in fol.

CLVII. VINCENTIUS BELLOVACENSIS, Ordinis

dinis Prædicatorum, Episcopus Mimatensis, quem adduxi numero 1505. cujus elogia cumulant quotquot scripserunt de Scriptoribus Ecclesiasticis. Quetif autem tomo 1. Scriptorum Ordinis Prædicatorum de Vincentio agit per novem, & viginti paginas.

CLVIII. VINCENTIUS HOUDRY, Societatis Jesu, in Opere, cui titulus *Bibliotheque des Predicateurs*, parte 3. tom. 1. in Panegyrico Sancti Jacobi, pag. 531.

CLIX. ZACHARIAS LA SELVE, Ordinis Minorum, in *Anno Apostolico*, tomo 3. concione de Sancto Jacobo, numero 2. pagina 101. editionis Parisiis, 1713. in 12.

CAPUT III.

Proferuntur Authores Belgæ, Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi asserentes.

2877 EX Galliâ in Belgium gradum facimus, pauciores tamen producemus Authores ex Belgio, quàm ex Galliâ, Belgarum enim libri apud nos sunt rariores, quàm Gallorum, præterquamquod Belgarum linguam penitus ignoramus. Unde per solos Latinos proficimus.

CLX. ADRIANUS VI. PONTIFEX MAXIMUS, qui invisens Ædem Cæsaraugustanam à Columna dictam, facto approbavit antiquam, & piam Traditionem de illius miraculosâ fundatione, ut testatur D. Franciscus Didacus de Sayas in *Annalibus Aragoniæ*, ab anno Domini 1520. usque ad 1525. cap. 62. pag. 430. col. 1. edit. Cæsaraugustæ, 1666. in fol. & alii. De eo novissi-

mè agit Georgius Josephus ab Eggs in Pontificio Docto, pag. 710. edit. Coloniæ, 1718. in fol.

CLXI. ADRIANUS LYRÆUS, S. J. in *Trisagio Mariano*, lib. 2. modo 14. pagina 256. edit. Antuerpiæ, 1648. in fol.

CLXII. ANDREAS HOYUS, tractatu de *Imitatione Dominæ Nostræ Gloriosæ Virginis, & Deiparæ Mariæ*, cap. 29. pag. 140. & seqq. edit. Antuerpiæ, 1605. editum autem fuerat hoc opus anno 1602. in 12. Decessit Author octogenario maior, Vir ingenio, ac judicio præstans, ut ait Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica.

CLXIII. ANDREAS SCOTUS, S.J. in *Bibliothecâ Hispanicâ*, tom. 1. cap. 1. pag. 7. & cap. 5. pag. 103. edit. Francofurti, 1608. in quarto.

CLXIV. ANTONIUS BALINGHEN, S. J. in *Kalendario Mariano*, ad diem 25. Julii, pagina 365. edit. Duaci, 1629. & 1633. in octavo. Plurium librorum Author, B. Virgini addictissimus, laudatur ab Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jesu.

CLXV. ANTONIUS DAUROULTIUS, S. J. in *Floribus exemplorum*, seu *Catechismo Historiali*, part. 1. cap. 2. tit. 47. exemplo 2. pag. 269. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1685. in quarto.

CLXVI. ARNOLDUS MERMANNIUS, Alostanus, Ordinis Minorum, in *Theatro Conversionis Gentium*, fol. 47. edit. Antuerpiæ, 1573. in octavo. Plura scripsit contra Novatores. De eo videndus Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ, & Lucas Wadingus in Scriptoribus Ordinis Minorum, qui affert Arnoldi Epitaphium.

CLXVII. AUGUSTINUS WICHMANS, Ordinis Præmonstratensis, in *Sabbatismo Mariano*, cap. 8. pagina 89. edit. Antuerpiæ, 1628. in octavo. Et in *Brabantia Mariana tripartita*, lib. 1. cap. 3. *De templis Sanctissi-*

mæ

næ Deiparæ adhuc in terris superstiti erectis, pag. 19. edit. Antuerpiæ, 1632. in quarto. Laudatur à Valerio Andrea in Bibliothecâ Belgicâ.

CLXVIII. CRISPIANUS PASSÆUS, Zelandus, in inscriptione ad imaginem Sancti Jacobi Maioris, ubi ait: *Sanctus Jacobus Maior Euangelista Hispaniæ*: edit. 1594. in quarto.

CLXIX. CHRISTIANUS ADRICHOMIUS, Delphus, in *Chronico*, ad annum Christi 39. pag. 274. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1629. in fol. Dum viveret, laudatus est à Martyre Cornelio Musio, exilium passus pro Fide Catholica. Illius Elogium habetur in Bibliotheca Belgica Valerii Andreæ, pag. 131.

CLXX. CHRISTIANUS MASSÆUS, in *Chronico*, ad annum Christi 44. Hic Author fuit Presbyter Congregationis S. Hieronymi; ejus cum laude meminit Valerius Andreas libro citato.

CLXXI. CORNELIUS CORNELII A' LAPIDE, Societatis Jesu, de quo dixi numero 1633. Celeberrimi hujus Doctoris laudes prædicat universus Orbis; singulare Elogium illius legitur in Bibliotheca Societatis; ejusdem cum laude meminit Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica.

CLXXII. DANIEL A' VIRGINE MARIA, Ordinis B. V. M. de monte Carmelo, in *Speculo Carmelitarum*, parte 2. tom. 1. part. 3. pag. 843. num. 3153. & pag. 846. num. 3158. & in *Vinea Carmeli*, parte 3. cap. 14. num. 346.

CLXXIII. DIONYSIUS RICKELIUS CARTHUSIANUS, quem retuli numero 1481. & seqq. Hic dictus est *Doctor Extaticus*; ejus dexteræ pollex, & index, quibus scripsit, post centum triginta & septem annos ab illius morte reperti sunt incorrupti. Ejus Elogium, &

Catalogum libror umquos ſcripſit affert Morotius in Theatro Chronologico Sacri Carthuſienſis Ordinis, pag. 88.

CLXXIV. ELIAS A' S. TERESIA, Carmelita Excalceatus, in *Legatione Eccleſiæ Triumphantis*, tomo 2. lib. 3. cap. 19. num. 7. pag. 1141. edit. Antuerpiæ, 1638. in fol. Laudatur à Valerio Andrea, pag. 200.

CLXXV. ERYCIUS PUTEANUS, Venlonenſis, in *Hiſpaniarum Vindiciis tutelaribus*, lib. 1. pag. 9. edit. Lovanii, 1608. in quarto. Illum præclaro Elogio ornat Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ, pag. 205. & plurima illius opera enumerat.

CLXXVI. FERREOLUS LOCRIUS, in *Maria Auguſta*, lib. 2. pag. 91. edit. Atrebati, 1608. in quarto. Hic Author fuit in Hiſtoriâ Sacrâ, profanâque juxta verſatus, ut ait Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ, pag. 217.

CLXXVII. FLORENTIUS AB HANSWIICK, Ordinis Capuccinorum, in *Cornucopia Concionatorum*, edit. Antuerpiæ, anno 1646. in fol. in Indice Concionatorio, concione 2. in feſto Sancti Jacobi, ubi ter affirmat Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, & addit illum Hiſpanos, & per eos Indas, tam Orientales, quàm Occidentales convertiſſe. Fuit hic Author flagrantiſſimus pietate erga Sanctiſſimam Virginem Dei Matrem; & fuit doctrinâ, & multiplici eruditione illuſtris, ut ait Dionyſius Genuenſis in Bibliothecâ Patrum Capuccinorum, pag. 111.

CLXXVIII. FRANCISCUS BONÆ SPEI, Ord. S. Mariæ de monte Carmelo, in *Hiſtorico-Theologico Armamentario*, ſcuto 9. pag. 53. num. 77. & ſcuto 10. pag. 55. num. 83. & ſcuto 15. pag. 78. num. 153. & pagina 367. num. 856. & pag. 369. num. 881.

CLXXIX. FRANCISCUS HARÆUS, in *Vitis*

Sancto-

Sanctorum, ad diem 25. Julii, pag.559. edit. Antuerpiæ, 1594. in octavo. Authorem, & hoc illius opus commendat Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, pag. 231. Abbas Lenglet du Fresnoy *Methode puor etudier l'Histoire*, tomo 3. pag.117. illud opus præfert Vitis Sanctorum scriptis à Zacharia Lipelloo.

CLXXX. GEORGIUS COLVENERIUS, in *Kalendario Sacratissimæ Virginis Mariæ*, ad diem 25. Julii, pag.47. edit. Duaci, 1638. in octavo. Maximè laudatur à Valerio Andrea in Bibliothecâ Belgicâ, pag.263.

CLXXXI. GERARDUS VOSSIUS, in Notis ad Homiliam S. Joannis Chrysostomi de duodecim Apostolis, relatus à Xodar, pag. 95. Summa cum laude illius meminit eadem Bibliotheca Belgica, pag.285.

CLXXXII. REVERENDISSIMUS P. GUILIELMUS CUPERUS, Societatis Jesu, cujus memini à num.2592.

CLXXXIII. HENRICUS ADRIANUS, Parochus ad S. Elisabetham Antuerpiæ, in 2. parte explicationis Euangeliorum, edit. Antuerpiæ, in quarto, anno 1593. Sermone de Sancto Jacobo circa finem, fol.106.

CLXXXIV. JACOBUS CANISIUS, S. J. in *Vitis Sanctorum*, in Vita Sancti Jacobi Maioris, edit. Coloniæ Agrippinæ, 1630. in fol.

CLXXXV. JACOBUS HAUTINUS, Societatis Jesu, in *Sacramento Amoris*, lib. 1. num. 34. pag. 17. edit. Insulis, 1650. in fol.

CLXXXVI. JACOBUS LOBETIUS, S.J. tom. 4. Operum, Sermone in festo Sancti Jacobi Maioris, pag. 84. col.1. edit. Leodii, 1668. in fol. Etiam octogenarius libris legendis, & confessionibus audiendis vacabat. Laudatur à Bibliotheca Societatis Jesu, pag.377.

CLXXXVII. JACOBUS MARCHANTIUS, in

Horto

Horto Pastorum, tract.4. de Officio Pastorali, titulo de Salutatione Angelicâ, lect.2. propos.1. pag. 291. edit. Lugduni, 1689. in fol. Impensè laudatur à Valerio Andrea in Bibliotheca Belgica.

CLXXXVIII. JACOBUS PAMELIUS, Brugensis, in Notis in Tertulliani librum de Judæis, cap.7. annot. 41. pag. 151. tom. 1. edit. Parisiis, 1608. in fol. Hujus Elogium habetur apud Valerium Andream in Bibliotheca Belgica, pag. 424.

CLXXXIX. JACOBUS TIRINUS, S.J. tom. 1. in Sacram Scripturam, in *Chronico Sacro*, cap. 50. ad annum 4. à morte Christi, edit. Venetiis, 1724. in fol. Magnâ virtutis commendatione vixit, ut legitur in Bibliothecâ Societatis Jesu, pag.390.

CXC. JOANNES BAPTISTA ENGELGRAVE, S. J. in *Meditationibus Sacris*, in festo Sancti Jacobi Maioris, pag.220. Antuerpiæ, 1658. in quarto. Vir fuit observantiæ Religiosæ perquam studiosus, ut legitur in Bibliotheca Societatis Jesu, pag.411.

CXCI. JOANNES BAPTISTA VANKETUVICH, Ordinis Prædicatorum, in *Panoplia Mariana*, Sect. 8. §. 2. Princip. 8. Propos.1. pag.335. Antuerpiæ, 1720. in quarto.

CXCII. JOANNES MAUBURNUS, Bruxellensis, Canonicus Regularis, in *Roseto exercitiorum spiritualium*, parte 2. Distinct.3. tit.21. pag. 722. edit. Duaci, 1620. in fol. Fuit iste Author sermone humilis, sed sapientia sublimis, severioris disciplinæ vindex. Laudatur à Valerio Andrea in Bibliothecâ Belgicâ, pag.534.

CXCIII. JOANNES MOLANUS, de *Sacris imaginibus*, lib.3. cap.26. pag. 383. edit. Lugduni, 1619. in 12. Præclaro Elogio ornatur à Valerio Andrea in Bibliothecâ Belgicâ, pag.539.

JOAN-

CXCIV. JOANNES SINNICHIUS in Opere, cui titulus *Saul Ex-Rex*, lib. 1. cap. 70. §. 272. pagina 245. col. 1. edit. Lovanii, 1665. in fol.

CXCV. JOANNES VASÆUS, in *Chronico Rerum memorabilium Hispaniæ*, tom. 1. ad annum Domini 37. fol. 57. pag. 2. edit. Salmanticæ, 1552. in fol. Et apud Hispaniam Illustratam, tom. 1. pag. 635. edit. Francofurti, 1603. in fol. Ejus meminit non solùm Bibliotheca Belgica Valerii Andreæ, sed etiam Bibliotheca Hispanica Nicolai Antonii, tom. 2. pag. 359.

CXCVI. JOSEPHUS GELDOLPHUS RICKEL, Canonicus Regularis Ordinis Sancti Augustini, Abbas S. Gertrudis, in Opere, cui titulus *Hodœporicon Marianum*, sive Itinera Sacra B. M. Virginis. In *Diurnali Mariano*, Hebdom. 29. die 25. Julii: in Hodœporico, §. 13. pag. 161. & seqq. edit. Cænestarii, 1634. in quarto. Laudatur à Valerio Andrea in Bibliothecâ Belgicâ, pag. 596.

CXCVII. LAURENTIUS BEYERLINCK, in *Theatro Vitæ Humanæ*, lit. M. titulo *Templa Deiparæ dicata, & erecta*, pag. 230. col. 2. edit. Lugduni, 1665. & verb. *Lusitani*, pag. 310.

CXCVIII. LAURENTIUS CUYPERUS, Ordinis S. Mariæ de monte Carmelo Provincialis per Belgium, in *Genealogia S. Annæ*, relatus à Xodar, pagina 95. Ejus meminit Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ, pag. 620.

CXCIX. LUDOVICUS NONIUS, cujus opus legitur in *Hispania Illustrata Andreæ Scoti*, tom. 4. pag. 456. edit. Francofurti, 1608. in fol.

CC. MARTINUS ANTONIUS DEL RIO, S.J. Antuerpiensis, *Disquisitionum Magicarum*, lib. 2. quæst. 26. sect. 5. pagina 265. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1679. in quarto. Hunc Authorem etiam tum adolescentem Justus Lipsius

Lipsius vocavit sui ævi miraculum. Eum meritissimis laudibus cumulat Philippus Alegambe in Bibliotheca Societatis Jesu, à pag. 323. & Elogium claudit his verbis: *Elogia ipsius, quæ extant apud Scriptores, operosum foret recensere.*

CCI. NICOLAUS DU MORTIER, Præpositus Generalis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, Tornacensis, in *Etymologiis Sacris*, verbo *Herodes*, numero 2. pag. 288. col. 1. edit. Romæ, 1703. in folio.

CCII. PAULUS MERULA, Dordracensis, in *Cosmographia Generali*, parte 2. libro 2. pag. 300. edit. Plantinianæ Raphelengii, 1605. in quarto.

CCIII. PETRUS CANISIUS, S. J. in Opere de *Maria Deipara*, lib. 5. cap. 21. pagina 1033. & cap. 23. edit. Parisiis, 1584. in fol. Ejus insigne Elogium extat apud Alegambe in Bibliotheca Societatis Jesu, ac apud Nodasi in Anno Dierum Memorabilium, die 21. Decembris.

CCIV. PETRUS WEMMERS, Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, in *Discursibus Sacris*, Discursu 19. qui est de Sancto Jacobo Maiori, num. 22. pag. 293. edit. Antuerpiæ, 1647. in quarto.

CCV. SEBASTIANUS A' S. PAULO, Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, in *Apologia pro Carmelitico Ordine*, Articul. 10. §. 4. num. 15. & plenius Artic. 15. §. 10. num. 157. & seqq. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1693.

CCVI. STEPHANUS A' S. PAULO, Ordinis Fratrum B. V. Mariæ de monte Carmelo, Pastor Boxmeranus, in *Flavissis Concionatoriis*, tomo 1. verbo *Jacobus Maior*, num. 3. & 4. pagina 510. col. 2. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1686. in quarto.

CCVII. SUFFRIDUS PETRI, Leovardiensis, in Annotationibus ad Eusebium, lib. 2. cap. 8.

CCVIII. THOMAS CANTIPRATENSIS, Ordinis Prædicatorum, libro 2. Exemplorum, cap. 25. pag.

pag.243. edit. Duaci, 1605. in octavo. De virtutibus, & ſcriptis hujus Authoris latè, & diligenter ſcribit Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom.1. à pag. 250. ad annum 1270.

CCIX. THOMAS SAYLIUS, S.J. in *Theſauro Litaniarum*, pag. 178. relatus à Xodar. Addictiſſimus fuit Saylius Sanctiſſimæ Virgini Mariæ, quæ ipſi dicitur apparuiſſe. Hujus Authoris, ut virtute inſignis, inſigne extat Elogium apud Nadaſi in *Anno dierum memorabilium*, ad diem 8. Martii, pag.129.

CAPUT IV.

Proferuntur Authores Germani, Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi aſſerentes.

2878 QUando ex Belgio in Germaniam proficiſcimur, eiſdem de cauſis, propter quas Gallis pauciores produximus Belgas, non multo plures Belgis Authores Germanos producemus, non tamen dubito plurimos Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi aſſertores nobis incognitos extare: illud certo affirmare poſſum noſtram veram ſententiam multum Germaniæ debere, diſponente Numinis Providentia, ut robuſtiùs tegeretur Authoribus illius Provinciæ, in quâ ſequentibus ſæculis prius oppugnanda erat ab Hæreticis Centuriatoribus Magdeburgenſibus, qui cùm ſibi propoſuiſſent à Maiorum ſententiis recedere, illorumque traditiones convellere, hanc etiam apud Germanos celeberrimam curarunt labefactari, licèt irrito conatu.

CCX. ANONYMUS, Olomucenſis, in Opere in-

Zzzzzzz ſcripto

ſcripto *Concionator Extemporaneus*, parte 3. poſt Concionem Aſſumptionis B.Mariæ Virginis. Exhortatio Catechiſtica de peregrinationibus ad loca B. Virgini Mariæ Sacra, n. 1. apud Marzo, pag. 235.

CCXI. ANTONIUS GINTHER, in *Curru Iſrael, & Auriga ejus*, parte 2. Conſiderat. 26. num. 10. pag. 180. edit. Auguſtæ Vindelicorum, 1727. in quarto.

CCXII. Fr. BONAVENTURA MOORS, Haſſelenſis, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, in Opere, cui titulus *Lux Euangelizantium in omnia feſta totius anni*, in feſto Sancti Jacobi, §. 3. pag. 340. edit. Haſſeleti, 1718. in 12.

CCXIII. CASPAR MANDEL, S. J. parte 2. *Reflexionum Chriſtianarum ſuper principalioribus veritatibus Fidei*, edit. Auguſtæ, 1728. Reflexione 26. de Sancto Jacobo, fol. 152. col. 2.

CCXIV. CLAUDIUS A' ROTA, Ordinis Prædicatorum, in *Legenda Sanctorum*, in Vita Sancti Jacobi Maioris, citatus à Marieta, & Pardo. De Claudio agit Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tomo 2. pag. 94. & aliorum errores circa ipſum confutat.

CCXV. DIONYSIUS DE LUXEMBURG, Ordinis Capuccinorum, in *Legenda Sanctorum*, ad diem 25. Julii, edit. Francofurti ad Mœnum, 1685. in fol. Hujus Authoris doctrinam, & ſapientiam laudat Dionyſius Genuenſis in Bibliotheca Capuccinorum, pag. 91.

CCXVI. FRIDERICUS FORNERUS, Epiſcopus Hebronenſis, in *Sermonibus Triceſſimalibus de Aſſumptione Deiparæ Mariæ*, Serm. 11. pag. 105. Ingolſtadii, 1627.

CCXVII. FRIDERICUS NAUSEA, Epiſcopus Viennenſis. Centuria 3. Homilia 38. Illius meminit Poſſevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pagina 601. De eo egi num. 1528.

GA-

CCXVIII. GABRIEL BUCCELLINUS, Monachus Benedictinus, in *Nucleo Historiæ Universalis*, ad annum Christi 37. edit. Ulmæ, 1652.

CCXIX. GABRIEL HEVENESI, S.J. in *Arte Bonæ Mortis*, ad diem 25. Julii, pag. 236. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1720. in 12.

CCXX. GASPAR KUMMET, S.J. in *Magistra scientiarum Scriptura Sacra compendio explicata*, tom. 2. in Acta Apostolorum, cap. 12. verf. 2. edit. Moguntiæ, 1706. in quarto.

CCXXI. GEORGIUS BARTHOLDUS PONTANUS, in *Bibliotheca Concionum*, tom. 4. Sermone de S. Jacobo. Illius meminit Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pag. 627.

CCXXII. GUILLIELMUS EISINGRENIUS, lib. contra Centuriatores Magdeburgenses, Centanario 1. parte 4. dist. 4. Refertur ab Oxea. Multa scripsit contra Novatores: illius cum laude meminit Possevinus eodem tomo 1. pag. 702.

CCXXIII. GUILLIELMUS GUMPEMBERG, S. J. in *Atlante Mariano*, tom. 1. Centuria 3. Imag. 231. pag. 541. edit. Monachii, 1672. in fol.

CCXXIV. HARTMANNUS SCHEDEL, Artium, & Medicinæ Doctor, in *Chronico ætatum Mundi*, ætate 6. fol. 104. edit. Norimbergæ, 1493. in fol. Chartâ magnâ. Vivebat 1494. De eo Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis, fol. 210. edit. Parisiis, 1510. in quarto.

CCXXV. HENRICUS HECHTERMANS, Ordinis Prædicatorum, in *Promptuario Elogiorum Sanctorum*, tract. 21. considerat. 4. num. 6. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1661.

CCXXVI. IGNATIUS BRENTANUS, Monachus Benedictinus, in *Epitome Chronologica Mundi Christiani*,

ad annum Christi 37. pag. *6.* col.2. edit. Augustæ Vindelicorum, 1727.

CCXXVII. JOANNES ANDREAS COPPENSTENIUS, Ordinis Prædicatorum, in *Nucleo Aureo Conceptuum prædicabilium*, in festo Sancti Jacobi, parte 5. num.2. edit. Coloniæ, 1677. in quarto. Fuit acerrimus oppugnator Hæreticorum, pluriumque librorum Author, quos recenset Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tomo 2. pag.448.

CCXXVIII. JOANNES BODLER, S.J. Confessarius Serenissimi Domini Philippi Wilielmi, Comitis Electoris Palatini, in Vita ejusdem Principis, gradu 3. virtute 5.

CCXXIX. JOANNES ECKIUS, tomo 3. Homiliarum, Sermone 2. sive post Homiliam unicam de Sancto Jacobo, pag. 275. edit. Parisiis, 1546. in octavo. Fuit Eckius Catholicæ Fidei adversus Lutherum, ac reliquos Hæreticos propugnator insignis: plurima scripsit, quæ eximia cum Authoris laude, recenset Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pag. 871.

CCXXX. JOANNES EVERARDUS SCHEIFFLER, in Opere inscripto *Lux Mariana*, parte 2. veritate *66.* num. 5. pag. *65*1. edit. Augustæ Vindelicorum, 1702. in quarto.

CCXXXI. JOANNES HORNIG, S.J. in *Triumpho Sanctorum*, vel Vitis omnium Sanctorum, tomo 2. pagina *94.* in Vita Sancti Jacobi Apostoli, die 25. Julii, Germanicè, Augustæ Vindelicorum, & Dillingæ, anno 1712. in folio.

CCXXXII. JOANNES MASENIUS, S.J. in Opere inscripto *Utilis Curiositas de humanæ vitæ felicitate*, cap.25. num.*6.* edit. Coloniæ Agrippinæ, 1672.

CCXXXIII. JOANNES NAUCLERUS, in *Chronologia*,

nologia, vol.2. ad annum Domini 44. pag.402. edit. Coloniæ, 1544. in folio. Fuit Præpositus Tubingensis, & Tubingensis Academiæ Cancellarius. De eo meminit Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pagina 917. Vivebat, anno 1500.

CCXXXIV. JOANNES PISTORIUS, in Epistola Dedicatoria tomi tertii novæ Compilationis Historiarum Hispanicarum, relatus à Xodar, & aliis.

CCXXXV. JOANNES SEIDEL, Bohemus, Societatis Jesu, Sacræ Theologiæ Doctor, & Professor Regius, in Opere, cui titulus *Collegium Apostolicum*, thesi 19. & 20. edit. Pragæ, 1717. in fol.

CCXXXVI. MARTINUS COCHEM, Capuccinus, in *Legenda Sanctorum*, in Vita Sancti Jacobi, pagina 684. edit. Francofurti, ad Mœnum, 1709. in quarto.

CCXXXVII. MARTYROLOGIUM BLUMANI, seu Willamburgense, de quo dixi numero 147.

CCXXXVIII. MATTHÆUS HUS, Ordinis Minorum, Author libri inscripti *Dormi Securè*, Sermone de Beato Jacobo. Refertur à Josepho Pellicerio in Lectionibus solemnibus, col.671.

CCXXXIX. MATHIAS A' CORONA, Carmelitanus, in Opere, cui titulus *Sanctitas Ecclesiæ Romanæ*, tom.1. cap.7. pag.329. edit. Leodii, 1663. in fol.

CCXL. MATHIAS FABER, Societatis Jesu, de *Festis Sanctorum*, in festò Sancti Jacobi, Concione 6. num. 5. pag. 469. edit. Antuerpiæ, 1663. in fol. Fuit de Catholicâ Religione optimè meritus. Ejus cum laude meminit Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jesu, pag.600.

CCXLI. MATHIAS HEIMBACH, S.J. in *Cathechismo Christiano-Catholico in Cathedram Concionatoriam elevato*, Cursu 1. Concione 2. pagina 684. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1729.

MA-

CCXLII. MATHIAS KEUL, Ordinis Minorum, in *Voce clamante in Deserto*, parte 1. Concione 34. pag. 207. edit. Colon. 1685. in quarto.

CCXLIII. MATHIAS TYMPIUS, in *Theatro Historico*, titulo: *Præmia ardentium zelo Dei*, pag. 327. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1614.

CCLXIV. MELCHIOR INCHOFER, S. J. de Epistola B.M.V. ad Messanenses, cap. 2. pag. 14. edit. Viterbi, 1633. in fol. Fuit in Ecclesiasticâ Historiâ eruditissimus, ut videre est apud Sotuellum in Bibliotheca Societatis Jesu, pag. 608. Illud notatu dignissimum scripsit Inchofer, ex Francisco de Pisa, scilicet: *Nemini uni ex iis, qui templi Cæsaraugustani miraculosam ab apparitione Virginis fundationem inter figmenta censuissent, optabilem è vivis exitum contigisse*; quæ verba transcribit Marzo in Opusculo Hispano-Latino, Mariano-Jacobæo, num. 349.

CCXLV. METELLUS TERGESEENSIS, Monachus Benedictinus, cujus memini numero 502.

CCXLVI. MICHAEL ANDREAS BETENDORPIUS, Disput. Theologica de Apparitionibus Spirituum, cap. 11. Refertur à Pellicer, columna 652. & ante ipsum à Marieta, num. 81.

CCXLVII. NICOLAUS SERARIUS, S. J. in *Opusculo de Apostolis*, Assertione 8. pagina 270. col. 2. edit. Moguntiæ, 1611. Dictus fuit à Cardinali Baronio *Lucis jubar Ecclesiæ Germanicæ*. De eo summâ cum laude scribit Alegambe in Bibliotheca Societatis Jesu, pag. 355.

CCXLVIII. S. NOTKERUS, Monachus Benedictinus, de quo egi num. 1484. De eo agit Arnoldus de Wion in *Ligno Vitæ*, lib. 3. in Notis ad diem 2. Aprilis, pag. 125. tom. 2. edit. Venetiis, 1595. in quarto. Ejus Martyrologium extat tomo 6. Antiquarum Lectionum Canisii, pag. 759. edit. Ingolstadii, 1604.

OTHO

CCXLIX. OTHO AICHER, Monachus Benedictinus, in *Epitome Chronologica Historiæ Sacræ, & profanæ*, tom. 1. parte 1. pag. 6. num. 40. edit. Coloniæ, 1707. in quarto.

CCL. OTHO FRISINGENSIS, de quo egi numero 1501. Fuit Otho ex Monacho Cisterciensi Episcopus Frisingensis. De eo latè, & summa cum laude Carolus Vischius in Bibliotheca Cisterciensi, pag. 255. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1656. in quarto. De eo etiam Joannes Ludovicus Schönleben in *Anno Sancto Habspurgo-Austriaco*, ad diem 5. Septembris, ubi eum decorat titulo *Beati*, pag. 592. edit. Salisburgi, 1696. in fol.

CCLI. PETRUS THYRÆUS, S. J. *De Variis Apparitionibus Dei, & Christi, Angelorumque &c.* lib. 1. cap. 11. num. 12. pagina 34. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1625. in quarto. Plurima scripsit, quæ cum eximiâ Authoris laude recenset Sotuellus in Bibliotheca Societatis Jesu.

CCLII. PHILIPPUS HARTUNG, S. J. in *Concionibus in festa totius anni*, in festo Sancti Jacobi Maioris, pagina 533. edit. Norimbergæ, 1711. in quarto.

CCLIII. PHILIPPUS KISELIUS, S.J. Fuldensis, in *Nilo Mystico*, Concione 76. pag. 655. edit. Bambergæ, 1674. in quarto.

CCLIV. QUIRINUS GOESEMIUS, Carthusianus, in Compendio libri Petri Canisii de *Maria Deipara*, lib. 5. cap. 21. & 23. Vir plurimæ lectionis, imò Heluo librorum, ut ex Petreio scribit Morotius in *Theatro Chronologico sacri Carthusiensis Ordinis*, pag. 137. num. CXCV.

CCLV. RICHARDUS HALLER, S. J. Reginæ Hispaniæ Margaritæ Austriacæ à Confessionibus, qui infulas, & purpuras oblatas non semel respuit, in Opusculo *Exercitiorum ad fovendam pietatem erga Apostolum S. Jacobum*, relatus à Xodar.

SE-

CCLVI. SEBASTIANUS VERRONI, Helvetius, in *Chronic. Ecclesiæ, & Monarchiarum à Mundo Condito*, lib. *6*. sæculo 1. anno *39*. pag. 158. edit. Trisburgi, 1599. in quarto: à Possevino vocatur *Sebastianus Verunus.*

CCLVII. VALENTINUS LEUCTIUS, in *Vitis Sanctorum*, in Vita Sancti Jacobi, pag. 567. edit. Coloniæ, 1708. in fol.

CCLVIII. VITUS SEIDELIUS, Monachus Benedictinus, in Sermonibus de Sanctis, edit. Coloniæ, anno 1670. in quarto. Sermone de Sancto Jacobo, fol. *673*.

CCLIX. WALAFRIDUS STRABO, de quem retuli numero 1483.

CCLX. WANDELBERTUS, in Martyrologio versibus scripto, relatus à Pellicer, columna *652*.

CCLXI. WILLIELMUS NAKATENUS, S. J. in *Cælesti Palmeto*, ad diem 25. Julii, pag. 488. edit. Antuerpiæ, 1714. in 12.

CCLXII. WOLFFGANGUS LUMSTEG, S. J. in *Anno Sancto*, Sermone de Sancto Jacobo, pag. 722. edit. Norimbergæ, 1721. in quarto.

CAPUT V.

Proferuntur Authores Poloni, Hungari, & Dalmatæ, asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

2879 INopia, quâ laboramus Authorum ex Poloniâ, Hungariâ, & Dalmatiâ, in causâ est, ut tres nationes sub unico titulo colligam, paucissimosque cujuslibet, sed qui authoritatis pondere numeri exiguitatem abundè compensant.

Polo-

Poloni.

CCLXIII. ABRAHAMUS BZOVIUS, Ordinis Prædicatorum, Prosovicienfis, qui juffu Pauli V. Pontificis Maximi profequutus eft Annales Cardinalis Baronii, in Hiftoriâ Ecclefiafticâ, tomo 1. ad annum Chrifti 44. num. 3. col. 76. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1617. in fol. Bzovium infigni Elogio ornat Janus Nicius Erythræus in Pinacotheca, pag. 198. & poft ipfum Jacobus Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tomo 2. pag. 488.

CCLXIV. JUSTINUS MIECKOVIENSIS, Ordinis Prædicatorum, tomo 2. fuper Litanias Lauretanas, difcurfu 379. num. 4. pagina 49. edit. Lugduni, 1660. De Mieckovienfi agit Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. pag. 529.

CCLXV. MARTINUS POLONUS, Ordinis Prædicatorum, Archiepifcopus Gnefnenfis, creatus à Nicolao III. cujus (ficut & quatuor Prædecefforum) fuerat Pœnitentiarius, ut vocant, in *Hiftoria Martiniana*, ad annum Chrifti 44. relatus ab Oxea. De Martino latiffimè agit idem Quetif, tomo 1. à pagina 361. & eruditè probat ipfum non fcripfiffe fabulam de Papiffa Joanna.

CCLXVI. NICOLAUS LANCICIUS, S. J. natione Lithuanus, natus Nefvifii, Vir fapientiâ, & virtute clariffimus, tomo 2. *Opufculorum Spiritualium*, Opufculo 21. de piis erga Deum, & Cœlites Affectibus, cùm de Sancto Jacobo Apoftolo, puncto 4. pag. 864. edit. Antuerpiæ, 1650. in fol.

Hungari.

CCLXVII. JOANNES NADASI, S. J. Tyrnavienſis, pluſquam quadraginta librorum pietatem ſpirantium, & inſtillantium Author, in *Anno Cœleſti*, parte 3. ad diem 25. Julii, edit. Bononiæ, 1673. in 12.

CCLXVIII. PELBARTUS A' THEMESWAR, Ordinis Minorum, in *Pomerio Sermonum de Sanctis*, parte Æſtivali, Sermone 32. qui eſt primus de Sancto Jacobo Apoſtolo, folio F, nam liber non habet paginas notatas numeris Arithmeticis, edit. Hagenaw, ſive Hagenoæ, in oppido Imperiali Germaniæ, anno ab Incarnatione Domini 1501. in fol. caractere Gothico. De Pelbarto meminit Wadingus in Scriptoribus Ordinis Minorum, pag. 274. & Poſſevinus in Apparatu Sacro, tom. 2. pag. 231.

Dalmatæ.

CCLXIX. S. HIERONYMUS, Stridonienſis, de quo latiſſimè egi à numero 1243.

CCLXX. HIERONYMUS MUTIUS, Juſtinopolitanus, Hiſtoriæ Sacræ, libro 2. cap. 2. refertur à Pellicer, columna 652. à Pardo verò citatur liber 1. cap. 25. De Mutio meminit Poſſevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pag. 743.

CCLXXI. LAURENTIUS CHRYSOGONUS, S. J. in *Mundo Mariano Sublunari*, diſcurſu 22. pagina 716. num. 168. edit. Auguſtæ Vindelicorum, 1712. in folio.

CAPUT VI.

Proferuntur Authores ex Græcia, Armenia, & Arabia, Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi asserentes.

2880 HIC fateri cogimur non solùm magnam, sed summam Authorum inopiam; vix enim reperimus unum, vel alterum ex qualibet ex tribus his provinciis Authorem, qui tradiderit Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi: nam imprimis creditum est Græcos de illâ tacuisse, hocque Græcorum silentio Adversarii nobis negotium facessere existimant, quibus jam abundè respondimus in nostra de hoc argumento Dissertatione, parte 2. Sect. 6. Assertione 42. à numero 799.

2881 Prætereo Origenem Adamantium antiquissimum Authorem, utpote qui natus est secundo sæculo, circa annum Christi 185. ut scribit Dupin in Novâ Bibliothecâ Authorum Ecclesiasticorum, tomo 1. pag. 221. mihi: illumque ideo prætereo, quia licèt pro nostra sententia producatur à Genebrardo in Chronico ad annum Mundi 44. pag. 365. citata Homilia 12. in Genesim ex Georgio Trapezuntio, locum tamen inter opera Origenis editionis Parisiensis, anni 1604. qua utor, reperire non potui. Post Trapezuntium, & Genebrardum citat etiam Origenem pro nostra sententia Andreas Saussay de Gloria S. Andreæ, lib. 2. cap. 4. articulo 3. pag. 118. Sed dum attentè lego Illustrissimum Saussayum, animadverto ipsum non tam dicere Origenem affirmasse Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, quàm dixisse ea, ex quibus

illam colligit Saussayus. Unde ab adducendo Origene pro nostra sententia prorsus abstineo.

Ex Græcia.

CCLXXII. JOANNES MATTHÆUS CARIOPHILUS, Cretensis, Archiepiscopus Iconiensis, in *Noctibus Tusculanis, & Ravennatibus*, Romæ 1621. in 8. pag. 273. De eo Janus Nicius Erythræus in Pinacotheca, pagina 223. & Leo Allatius in Apibus Urbanis.

Ex Armenia.

CCLXXIII. BREVIARIUM ARMENUM, relatum à D. Didaco de Castillo in *Defensione Adventûs Sancti Jacobi in Hispaniam*, cap. 16. de quo videnda sunt, quæ diximus in Differt. à numero 1928.

Ex Arabia.

CCLXXIV. JACOBUS, Episcopus Arabs, relatus à D. Didaco de Castillo in *Defensione Adventûs Sancti Jacobi in Hispaniam*, cap. 13. fol. 64. Ex Josepho Stephano Episcopo Origuelensi, lib. de Potestate Directiva Romani Pontificis, sed qua ætate vixerit, vel quis fuerit iste Episcopus Arabs, non mihi compertum est; sed cujuscumque ætatis fuerit, satis probat etiam inter Arabes repertos esse Assertores Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi.

CA-

CAPUT VII.

Proferuntur Authores Siculi, Sardi, Britannici, & Hiberni, asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

2882 NON solùm per terras, quæ extra Hispaniam jacent, tam in Europâ, quàm in Asiâ, & Africâ pervagata est notitia Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, sed vastissima penetravit maria, & in Insulas, ipsumque novum Orbem pervasit. Ex novo Orbe testes producemus, parte 2. Hìc aliquot Authores afferemus Siculos, Sardos:

Et penitus toto divisos Orbe Britannos,

cum hisque Hibernos.

Siculi.

CCLXXV. ALEXANDER CALAMATUS, in *Sanctorali*, in festo S. Jacobi Maioris, discursu, punct. 3. fol. 145. edit. Francofurti, 1656. citatus à Marzo. De Alexandro latè agit Mongitore in Bibliotheca Sicula.

CCLXXVI. BENEDICTUS FIDELIS, Tertii Ordinis Sancti Francisci, in *Paradiso Sanctorum*, parte 2. Panegyrico 31. num. 24. pagina 71. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1682. in quarto.

CCLXXVII. CAROLUS LATIUS in libro de Immaculatâ B. M. V. Conceptione, cui titulus *Aquila triumphalis*, seu *Triumphus Marianus*, Pæane 15. n. 538. pag. 128. edit. Panormi, 1663. in folio.

CCLXXVIII. CHRISTOPHORUS BRIGNONE, Panor-

Panormitanus, Protonotarius Apoſtolicus, (cujus Elogium habetur apud Mongitore in Bibliotheca Sicula, parte 1. pag. 138.) in Opere inſcripto *La Nebbia Sgombrata*, cap. 1. edit. Panormi, 1654. in quarto.

CCLXXIX. CONSTANTINUS CAIETANUS, Monachus Benedictinus, in *Hiſtoria Sanctorum trium Epiſcoporum Religionis Benedictinæ Luminum*, pag. 5. edit. Romæ, 1606. in quarto.

CCLXXX. FRANCISCUS MARIA MAGIUS, Panormitanus, Clericus Regularis, *Sermoni ſopra la vita e morte di S. Gaetano*, Serm. 10. num. 19. & in tract. *S. Gaetano a piedi dell' Immacolata Signora*, cap. 9. num. 51. edit. Neapoli, 1672. in quarto. De eo agit P. Silos, tom. 3. Hiſtoriarum Clericorum Regularium in Catalogo Scriptorum. Ipſum luculentiſſimo Elogio celebrat Mongitore in Bibliothecâ Siculâ, quod ſic incipit: *Franciſcus Maria Magius Panormitanus, Ordinis Clericorum Regularium decus, & ornamentum à doctrinæ ſplendore, vitæ ſanctimonia, ac egregiis editis facinoribus undique venerabilis*; ibidem citat plures Authores Magium laudantes, & texit longum Catalogum librorum ab ipſo editorum, & Manuſcriptorum.

CCLXXXI. FRANCISCUS MAUROLICUS, in Martyrologio ad diem 15. Maii, fol. 35. verſo: edit. Venetiæ, 1568. in 16. Author hic laudatur à pluribus, quos plenâ manu congerit Mongitore in Bibliothecâ Siculâ, ubi latè de eodem à pagina 226.

CCLXXXII. FRANCISCUS PETRONIUS, ab Agrigento, Tertii Ordinis S. Franciſci, in *Arbore Decora, & fulgida*, tom. 2. Ramo 5. ad annum 3970. pag. 553. edit. Drepani, 1683. in folio.

CCLXXXIII. HORTENSIUS SCAMMACCA, Societatis Jeſu, in *Tragædiis Sacris Moralibus*, tom. 7. tragædia 21. *L' Apoſtolo delle Spagne*, edit. Panormi, 1633.

1633. in 12. De hoc Authore, qui obiit anno 86. ætatis, videndus Antoninus Mongitore in Bibliothecâ Siculâ, tom. 1. pag. 294. ubi plures refert ipſum laudantes; & videnda etiam Bibliotheca Societatis Jeſu.

CCLXXXIV. JOANNES BAPTISTA DE GROSSIS, Catanenſis, in *Catania Sacra*, Chorda 2. modulamine 1. pag. 18. relatus à Joanne Ciampino Veterum Monumentorum, parte 1. cap. 18. pag. 155. Illius Elogium texit Mongitore in Bibliothecâ Siculâ, pag. 329.

CCLXXXV. LUCIUS MARINÆUS SICULUS, in lib. 5. *Hiſtoriæ Rerum Hiſpaniæ memorabilium*, num. 40. edit. Compluti, 1530. in fol. Reperitur etiam tomo 1. Hiſpaniæ Illuſtratæ, pag. 348. De eo latè agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpanâ, tomo 2. pag. 359.

CCLXXXVI. PAULUS BELLIUS, S.J. Opere, cui titulus: *Gloria Meſſanenſium*, lib. 2. cap. 16. edit. Meſſanæ, 1647. De eo agit cum laude Sotuellus in Bibliotheca Societatis Jeſu, pag. 646.

CCLXXXVII. PLACIDUS SAMPERUS, S. J. in *Iconologia Virginis Mariæ*, lib. 1. cap. 17. pag. 121. & cap. 6. pag. 43. edit. Meſſanæ, 1644. in folio. De eo Sotuellus in Bibliotheca Societatis Jeſu, pag. 713.

Sardi.

CCLXXXVIII. AMBROSIUS MACHIN, ex Sacro, Regio, & Militari Ordine Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Archiepiſcopus Calaritanus, in *Defenſione Sanctitatis B. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani*, lib. 1. cap. 32. num. 3. pag. 99. & 100. edit. Calari, 1693. in fol.

CCLXXXIX. AUGUSTINUS DE LA ROCA, cujus verum nomen non ignoro, ſed eo invito, non pro-

prodo. De eo dixi numero 12. eumque laudavi numero 1698.

CCXC. FRANCISCUS DE BOIL, ex Ordine S. Mariæ de Mercede, Episcopus Algariensis in *Historia de N. Señora del Puche*, cap.5. pag. 24. edit. Cæsaraugustæ, 1631. in quarto. Ejus meminit Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispaniæ, tom.2.pag.352. Laudatur ab Aranaz, pag.483.

CCXCI. JACOBUS PINTO, Societatis Jesu, in *Christo Crucifixo*, tom.1. lib.3. titulo 4. loco 12. num.20. pag. 439. edit. Lugduni, 1623. in fol. De eo vivente Alegambe, mortuo verò 1650. Sotuellus, uterque in Bibliotheca Societatis Jesu.

CCXCII. SALVATOR VITALIS, Ordinis Minorum, in *Annalibus Sardiniæ*, parte 2. ad annum Christi 37. pag.17. edit. Florentiæ, 1639. in fol. Obiit Romæ 1647. concurrente ad ejus funus magnâ populi multitudine, ut testatur Wadingus.

Angli.

CCXCIII. VENERABILIS BEDA, Monachus Benedictinus, de quo latè disseruimus à numero 1438. De ipso agit Trithemius, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, fol. 58. pag.2. & omnes, qui egerunt de Scriptoribus Ecclesiasticis, & Martyrologium Romanum ad diem 27. Maii, ubi eum vocat sanctitate, & eruditione celeberrimum, in quem locum videndus est Cardinalis Baronius in Notis. De eo etiam Arnoldus de Wion in *Ligno Vitæ*, parte 2. pag.175. & alibi.

CCXCIV. EDMUNDUS BOHUN, in *Dictionario Geographico* Anglicè scripto, litera S, verbo *Spain* circa finem, ubi loquens de Hispanis, ait: *Natio illa à Sancto*

Jacobo

Jacobo Fidem Christianam mox sub ejus ortu edocta fuit. Edit. Londini, 1688. in octavo maiori. Hujus Angli, & aliquot Germanorum (quorum idiomata ignoro) interpretationem habui ab humanitate Doctissimi Viri Reverendissimi P. Fr. Elisæi à Sancto Josepho, Carmelitæ Nudipedis Ulyssipone commorantis in suæ Provinciæ Hospitio, à Sancto Joanne Nepomuceno nuncupato.

CCXCV. REVERENDISSIMUS P.D.RAPHAEL BLUTEAVIUS, Londinensis, Clericus Regularis, Regalis Academiæ Socius, in vastissimo Opere inscripto *Vocabulario Portuguez, e Latino*, tomo *6*. verbo *Pilar*, pag. 505. edit. Ulyssipone 1720. in fol. Vir est eruditissimus, & Orator disertissimus, qui annos natus duos supra nonaginta, etiam num incumbit studiis, & quod magis admirere, elegantissima Carmina pangit Latino sermone. Hucusque edidit undecim volumina in folio, & tria in quarto; alia sub prælo sunt, alia prælo parata. Illius jam dudum meminit Cinelli in *Bibliotheca Volante*, *scanzia* 7. pag. 114. & *scanzia* 12. pag. 107. & Beughen in Bibliographia eruditorum curiosa, pag. 54. & alii, quos inter ego sæpius laudavi Clarissimum hunc Virum, ut videre est in meo Catalogo Pontificum, & Cardinalium Lusitanorum, pag. 35. & pag. 272. & pagina *291*. & aliis septendecim locis illius memini in eodem opere, quod extat tomo 5. Actorum Regalis Academiæ Historiæ Lusitanæ, & supra in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, numero 1445. ut præteream alia loca, quibus in lectionibus Academicis, loquutus sum de hoc præstantissimo Viro, quem colere cœpi annis ab hinc octo supra quinquaginta, & cui me plurimum debere semper ingenuè profitebor.

CCXCVI. THOMAS STAPLETONUS, Hemfeldamensis, quem adduxi numero 1545. Illius summâ cum laude meminit Joannes Pitseus de Illustribus An-

gliæ Scriptoribus, Ætate 16. à pag. 796. & exscribit amplum, & insigne illius Epitaphium.

Hiberni.

CCXCVII. BONAVENTURA BARO, Commeliensis, Ordinis Minorum, Prædicator, & Lector Generalis bis jubilatus, (ut vocant) & Lector Primarius in Romano Collegio S. Isidori in *Annalibus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum*, ad annum 1199. pag. 26. edit. Romæ, 1684. in folio. Ejus meminit Abbas Lenglet du Fresnoy, *Methode pour étudier l' Histoire*, tomo 3. pag. 162. edit. Parisiis, 1729. in quarto.

CCXCVIII. PAULUS SERLOGHUS, Waterfordiensis, Societatis Jesu, in *Cantica Canticorum*, capite 1. versu 8. num. 26. tom. 2. pag. 344. edit. Ludugni, 1646. in folio. Eum luculento Elogio ornat Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jesu; in quo & illud adjicit notatu dignius: *Sunt qui existimant Divinis interdum illustrationibus inter orandum fuisse perfusum, & ad pergendum alacriter in conscribendis operibus, quæ præ manibus habebat cœlitus animatum.* Ejusdem meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tomo 2. pag. 362.

CCXCIX. PHILIPPUS OSULEVANUS, in *Historia Hiberniæ*, tomo 1. libro 4. relatus à Pardo, parte 2. lib. 3. pagina 41. col. 2. Hujus Historiæ meminit Abbas Lenglet du Fresnoy in *Methode pour étudier l' Histoire*, pagina 325.

CCC. RICHARDUS ARSDEKIN, Kilkenniensis, S. J. in Theologia tripartita, tomo 3. parte 2. in festo S. Jacobi Apostoli 25. Julii, pag. 108. edit. Venetiis, 1696. in quarto. Ejus etiam tum viventis mentionem facit Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jesu.

PARS

PARS II.

Proferuntur trecenti Authores Hiſpani, aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

2883 POſtquam productis trecentis exterorum teſtimoniis palam feci eſſe falſam perſuaſionem illorum, qui aliis curant inſtillare ſententiam aſſerentem Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, non eſſe niſi Hiſpanorum; profero pro eâdem trecentos Authores Hiſpanos, quibus potiori jure credendum eſt, quam quibuſcumque exteris illam negantibus. Hoc enim firmum, certumque debet eſſe omnibus, quod mihi propoſui anno primo conditæ Regalis Academiæ Hiſtoriæ Luſitanæ, dixique in Collatione diei *9.* Octobris, anni 1721. ut conſtat ex Actis Regalis Academiæ illius anni. Sexta enim lex, quam tunc dixi mihi propoſuiſſe obſervandam, ea erat: *Non credere Authori extero ſcribenti contra indigenas Provinciarum, quarum res agitur.* Contra quam, me non nominato, inſurrexit poſtea Neotericus Adverſarius in ſuâ Diſſertatione Hiſtoricâ, cap. 5. §. 4. verſu *Opponunt tertio.* Sed illius reſponſio affatim à me eliſa eſt in meâ Diſſertatione Hiſtorico-Critica, parte 2. Sectione 7. in cujus veſtibulo retuli duodecim illas leges, quas anno 1721. mihi præfixeram, & uniuſcujuſque æquitatem probavi, & latiùs illam ſextam confirmavi à numero *996.* uſque ad numerum 1010. hoc excluſo.

2884 Ibi dictis addo id ipſum, quod ego ſtatui illa ſexta lege, quam mihi præſcripſi, doceri noviſſimè omnes Hiſtoriam lecturos, à Clariſſimo Viro Abbate *Len-*

glet du Fresnoy, in egregio Opere inscripto *Methode pour étudier l' Histoire*, tom.2. cap. 57. §. 3. pag. 417. edit. Parisiis, 1729. quatuor voluminibus in quarto, ubi observat quantum à veritate aberraverint Justinus; Suetonius, & Tacitus in narrandis rebus Judæorum, & antiqui Historici, cùm illis contigit loqui de quopiam populo extero. Ut accidisse ait Henrico Catharino de Avila, Cardinali Bentivoglio, Italis de rebus Galliæ scribentibus; idem observat in Vossio, in Cardinali Palavicino Italo scribente de re Gallicâ, & Varillasio Gallo scribente de Helveticis.

2885 Hinc patet (ut ad rem nostram veniamus) quàm sapienter, verèque scripserit Magnus Suarius, tomo 1. de Religione, tract.2. lib.2. cap.9. num.15. *Adventus Sancti Jacobi in Hispaniam non nisi ex ejusdem Hispaniæ traditione inquirendus est.*

2886 Cùm autem de traditione Hispaniæ nemo certiùs loqui possit, quàm Authores Hispani, hac de causâ hac secunda hujus Sylloges parte adduco trecentos Authores Hispanos, Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi asserentes, contra quos audiendi non sunt exteri illam negantes. Quia autem Hispania duplici Monarchæ subjecta est, nempè Augustissimo Regi Nostro Joanni V. quoad Lusitaniæ, & Algarbiorum Regna, & Augustissimo Philippo V. quoad cætera Hispaniæ Regna, ideo hanc secundam partem in duo capita dividendam putavi. In primo proferam centum Lusitanos, qui Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Maioris asseruerunt. In secundo producam ducentos Authores ex reliqua Hispania, qui eandem Expeditionem testati sunt. Quia verò tam Lusitani sunt, qui in Nova, quàm in Veteri Lusitania nati, & tam Hispani, qui in Nova, quàm in Veteri Hispania lucem aspexere, ideo utrosque singulis capitibus referendos

dos putavi, quin separarem Lusitanos Europæos à Lusitanis terrarum Conquisitarum, nec incolas Novæ Hispaniæ à Veteris Hispaniæ indigenis.

CAPUT I.

Proferuntur centum Authores Lusitani, asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

2887 HAnc Lusitanorum Centuriam in aciem ideo produco, ut refellam sententiam Neoterici Adversarii, qui nonnullibi scripsit non esse Lusitanorum defendere sententiam de Sancti Jacobi Adventu in Hispaniam, quia hoc est subscribere Authoribus Hispanis, qui id nobis non merentur, cum ex iis nonnulli fuerint rebus nostris infensiores, quàm decebat veritatis amantes. Ac si nobis liceret mentiri contra mentientes. Qui contra nos mentiuntur, refellendi sunt veritate, non verò injuriis proscindendi; & veritas ubicumque inveniatur, colenda est. Imò nonnihil condonandum est iis, qui ex quacumque natione scripserunt de aliâ quâcum bellum gerebant tempore, quo scripta exarabant; hacque cautela legi debent Authores; observato scilicet tempore, quo quisque Author scripsit, ut prudenter nuper animadvertit Abbas Lenglet in Methodo supra citatâ tom. 2. cap. 61. articulo 3. pag. 456. & olim dixit Ludovicus Alamannius, Legatus Francisci I. Gallorum Regis ad Carolum V. Imperatorem, qui ipsi in memoriam revocavit quæ olim contra ipsum Cesarem scripserat, ut videre est apud Hieronymum Ruscellum in Opere inscripto *Imprese Illustri* ad symbolum Francisci Cardinalis Gonzaga,

zaga, pag. 204. Præterquamquod obſervandum eſt inter Luſitanos, & reliquos Hiſpanos, nunquam fuiſſe diſſidium circa Adventum Sancti Jacobi in Hiſpaniam; licèt inter utramque nationem non ſemel flagraverit bellum, & per plures annos, ut conſtabit, ex Indice Chronologico quartâ parte hujus Sylloges afferendo, in quo reperire eſt Authores Luſitanos affirmantes illum Adventum, qui ſcripſerunt ab anno 1640. uſque ad annum 1667. quo poſt ſex ſupra viginti annorum bellum, facta eſt pax inter utramque nationem. Illud ſanè mirandum eſt tot reperiri Luſitanos, qui teſtarentur Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, cùm apud nos non ſit ea Scriptorum copia, quæ apud alias nationes extat numeroſiſſima. Sunt autem quos ſelegi, ſequentes.

CCCI. Fr. ÆGIDIUS A' PRÆSENTATIONE, Eremitarum Auguſtinianus, volumine de Conceptione, lib. 3. q. 3. art. unico, ſect. 4. §. 3. n. 127. pag. 175. edit. Conimbricæ, 1617. in fol. De clariſſimo hoc Authore latè ſcribit Antonius à Nativitate, ejuſdem Ordinis, in libro inſcripto *Monte de Coroas*, à pag. 485. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpanâ, tom. 1. pag. 4. Thomas Herrera in Alphabeto Auguſtiniano, pag. 65. Obiit Vir Doctiſſimus anno 1626. ætatis 87. De eo agit Clariſſimus Dominus Franciſcus Leitaõ Ferreira, Regalis Academiæ Socius, in Catalogo Epiſcoporum Conimbricenſium, pag. 161. qui extat tomo 4. Actorum ipſius Academiæ.

CCCII. D. Fr. AMATOR ARRAEZ, Pace Julia (vulgò *Béja*) natus, ex Ordine Carmelitarum, Epiſcopus Portalegrenſis, Dialog. 4. cap. 19. fol. 124. edit. Conimbricæ, 1604. in fol. Illius cum laude meminit Antonius Carvalho da Coſta, in Corographiâ Luſitanâ, tom. 3. pag. 624. Illius Elogium acuratè ſcripſit Reverendiſſimus P. Fr. Emmanuel de Sâ (de quo infra) in libro inſcripto *Memorias Hiſto-*

Historicas, parte 1. cap. 5. à pag. 11. De eo Joannes Franco Barreto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S.

CCCIII. Fr. ANDREAS DE CERQUEIRA, Ordinis Carmelitarum, Lusitanæ Provinciæ Antistes, Sermonum variorum tom. 1. Sermone 1. n. 15. pag. 7. Ulyssipone, apud Michaelem Rodriguez, anno 1727. in quarto. Ejusdem meminit idem Reverendissimus P. Sâ in eodem libro, cap. 6. pag. 19.

CCCIV. ANDREAS EBORENSIS, *Exemplorum Memorabilium*, tom. 2. pag. 547. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1619. in octavo. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tom. 1. pag. 57. & Reverendissimus Pater Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pagina 409. edit. Romæ, 1728. in fol.

CCCV. Fr. ANTONIUS BRANDAM, Ordinis Cistertiensis, Lusitaniæ Archi-Chronologus *Monarchiæ Lusitaniæ*, part. 3. lib. 8. cap. 28. & lib. 10. cap. 2. fol. 120. B, edit. Ulyssipone, 1632. in fol. Eum luculento Elogio ornat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tom. 1. pag. 82. De eo eo etiam Carolus Visch in Bibliothecâ Cistertiensi, & Joannes Franco Barreto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S. lit. A, num. 133.

CCCVI. REVERENDISSIMUS P. D. ANTONIUS CAIETANUS SOUSA, Ulyssiponensis, Clericus Regularis, Sancti Officii Censor, Regalis Academiæ Socius, in *Agiologii Lusitani* tom. 4. ad diem 25. Julii, M. S.

CCCVII. REVERENDISSIMUS P. ANTONIUS CARNEIRO, S. J. nunc Domûs Professæ D. Rochi Præpositus, in *Sanctuario Mentali*, Meditatione de S. Jacobo, ad diem 25. Julii, puncto 3. edit. Ulyssipone, anno 1714. in octavo.

CCCVIII. ANTONIUS CARVALHO A' COSTA, Sacerdos Ulyssiponensis, in Opere inscrito *Corografia Portu-*

Portugueza, tomo 1. tract. 1. lib. 1. cap. 8. pagina 24. edit. Ulyssipone, 1706. in fol. & tomo 3. pag. 601. edit. Ulyssipone, 1712. Hoc opus, ut *Curiosum*, *& instructivum* laudat Abbas Lenglet du Fresnoy in *Methode pour étudier l'Histoire*, tom. 4. pag. 357. edit. Parisiis, 1729. in quarto.

CCCIX. Fr. ANTONIUS A' DEI MATRE, Ordinis Eremitarum S. Pauli, in *Ape Libani*, tom. 1. in Copiâ pro concionibus festivis, in festo Divi Jacobi, num. 4. Illius summâ cum laude meminit Antonius Carvalho à Costa in *Corographia Lusitana*, tom. 3. pag. 494.

CCCX. Fr. ANTONIUS FEO, Ordinis Prædicatorum, in Opere, cui titulus: *Tratados de Festas, ou Vidas dos Santos*, part. 1. tract. 2. discurs. 2. pag. 195. col. 1. & 2. edit. Barcinone, 1614. in fol. Hujus Authoris Elogium extat apud Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tomo 2. pag. 424. b. De eo egerat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tomo 1. pag. 92. & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, litera A, num. 163.

CCCXI. ANTONIUS DE MACEDO, S. J. Magni Francisci à Sancto Augustino Macedo germanus frater, in *Divis Tutelaribus Orbis Christiani*, pagina 9. & pag. 219. edit. Ulyssipone, 1687. in fol. Præclarum illius Elogium scripsit Reverendissimus P. Antonius Franco in *Anno Glorioso Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad diem 15. Julii, à pag. 404. & in *Synopsi Annalium Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad annum 1693. num. 13. De eo Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jesu, & Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tomo 1. pag. 112. Sed neuter recenset omnia Macedi Opera, cùm is utrique supervixerit. Ejus meminit Reverendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pag. 426.

CCCXII. Fr. ANTONIUS A' PURIFICATIONE, Eremitarum Augustinianorum Chronologus, *Chronici Provinciæ*

vinciæ Lusitanæ, tomo 1. fol. 11. edit. Ulyssipone, 1642. in fol. Illum laudat D. Franciscus Emmanuel de Mello, Centuria 4. epist. 1. & illius meminit epist. 53. & Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tom. 1. pag. 123. & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, lit. A, num. 231.

CCCXIII. REVERENDISSIMUS P. ANTONIUS DOS REYS, Congregationis Oratorii, (de quo egi num. 1558.) in libr. 5. Epig. 98. pag. 280. edit. Ulyssipone Occidentali, 1728. in quarto.

CCCXIV. Fr. ANTONIUS SERPENSIS, Ordinis Minorum Excalceatorum Provinciæ Pietatis, designatus Episcopus Cochimensis Indiæ Orientalis, in *Eucharistica Chronologia*, Enarratione 30. num. 16. & seqq. pag. 833. edit. Parisiis, 1648. in fol. De eo agit Wadingus in Scriptoribus Ordinis Minorum, & Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispaniæ, tom. 1. & tom 2. pag. 283. & novissimè Fr. Joannes à S. Antonio in Bibliotheca Minorum Fratrum Discalceatorum, pag. 34. edit. Salmanticæ, 1728. in quarto, & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, litera A, num. 245.

CCCXV. ANTONIUS SOARES DE ALBERGARIA, *Triunfos da Nobreza Lusitana*, lib. 1. part. 2. cap. 1. fol. 24. & alibi M. S. extat apud Patres Congregationis Oratorii Ulyssiponensis. De eo Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S.

CCCXVI. ANTONIUS DE SOUSA DE MACEDO, in Opere inscripto *Flores de España*, cap. 9. Excell. 2. fol. 73. & seqq. edit. Ulyssipone, 1631. in fol. Laudatur à D. Francisco Emmanuele de Mello. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, & latiùs Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S. Vir fuit Antonius de Sousa eruditione, & pietate insignis;

obiitque Christianis sacris ritè procuratus, sepultusque fuit in sacello, quod extruxerat in Monasterio Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci Ulyssipone.

CCCXVII. ANTONIUS DE VASCONCELLOS, Ulyssiponensis, S.J. in *Descriptione Regni Lusitaniæ* (quæ extat ad calcem Operis ejusdem Authoris, quod inscribitur *Anacephalæoses Regum Lusitaniæ*) à pag. 432. n. 2. Effusè laudatur à Reverendissimo Patre Antonio Franco in *Anno Glorioso Societatis Jesu, in Lusitania*, ad diem 12. Julii, pag. 385. Illius meminit D. Franciscus Emmanuel de Mello, Centur. 4. epist. 1. & Reverendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pag. 427. & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S.

CCCXVIII. ANTONIUS VELOSUS DE LYRA, Funchalensis, Sacræ Theologiæ Doctor, in Opere inscripto *Espelho de Lusitanos, vista 3. consideraçaõ* 4. fol. 18. vers. edit. Ulyssipone, 1643. in quarto. De eo agit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M.S. ubi plura illius opera recenset. Vivebat Velosus anno 1658. annorum 41.

CCCXIX. ANTONIUS VIEIRA, Ulyssiponensis, S.J. tom. 2. Sermone 4. pag. 117. edit. Ulyssipone, 1682. & in *Maria Rosa Mystica*, parte 2. Sermone 20. §. 6. num. 183. pag. 171. edit. Ulyssipone, 1688. in quarto, & in Opere inscripto *Historia do Futuro*, num. 294. pag. 314. edit. Ulyssipone, 1718. in quarto. Vir fuit, de quo loquens Reverendissimus P. Fr. Benedictus Hieronymus Feijoo in mirabili Opere inscripto *Theatro Critico Universal*, tomo 1. discursu 16. num. 115. ait: *Aquel hombre a quien en pensar con elevacion, discurrir con agudeza, y explicarse con claridad no igualò hasta aora Predicador alguno.* Miris laudibus effert P. Vieiram Reverendissimus P. Joannes Paulus Oliva, Societatis Jesu Præpositus Generalis, duplici epistola, quæ legitur tomo 14. Sermonum P. Vieiræ à

pagina

pagina 206. edit. Ulyſſipone, 1710. in quarto. Illius res geſtæ breviter narrantur à P. Joanne Antonio Andreono, Societatis Jeſu, Rectore Collegii Bahienſis, in Epiſtola data ad Præpoſitum Generalem Societatis, biduo poſt ipſius mortem, die nempe 20. Julii anno 1697. quæ extat eodem tom. 14. Sermonum P. Vieiræ, à pag. 293. De ipſo latè Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ, M. S. ubi affert carmen in laudem ipſius ſcriptum à diſertiſſima, & celeberrima *Violante do Ceo*, Virgine Deo ſacrâ in Ulyſſiponenſi Monaſterio à Roſa nuncupato. Ejuſdem Clariſſimi Oratoris cum laude meminit Reverendiſſimus P. Antonius Franco in *Synopſi Annalium Societatis Jeſu in Luſitania*, idque non ſemel, ſed ſæpius, nempe ad annos 1644. n. 8. 1652. n. 7. 1655. n. 2. 1661. n. 5. & tandem 1697. n. 1. Ego etiam pro modulo meo Magnum Vieiram laudavi Oratione funebri, quam dixi Ulyſſipone in Templo Divi Rochi Domûs Profeſſæ Societatis Jeſu die 17. Decembris anno 1697. in Exequiis illi Oratorum Principi perſolutis ab eruditorum Principe Excellentiſſimo D. D. Franciſco Xaverio Meneſio, Comite de *Ericeira*, nunc uno è quinque Regalis Academiæ Cenſoribus.

CCCXX. AUGUSTINUS BARBOSA, Vimaranenſis, Epiſcopus Ughentinus, vel Uxentinus, de *Officio, & Poteſtate Epiſcopi*, parte 1. tit. 3. cap. 8. n. 38. pag. 151. edit. Lugduni, 1698. in fol. Illum laudat D. Franciſcus Emmanuel de Mello, centuria 4. Epiſt. 1. ſummâ cum laude. De eo agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpanâ, tom. 1. pag. 134. & Ughellus in Italiâ Sacrâ, tom. 9. ſecundæ editionis inter Epiſcopos Uxentinos, num. 30. col. 113. ubi extat præclarum hujus Antiſtitis Epitaphium, & in margine citantur, Barboſam laudantes, præter dictum Nicolaum Antonium, Janus Nicius Erythræus in Pinacotheca 2. Imag. 18. Craſſus in Elogiis, parte 2.

pag.255. & Ghillinus in Theatro, vol.2. p.5. Ejus etiam meminit Antonius Carvalho da Costa in Corographia Lusitana, tom.1. pag.92. & latè Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S.

CCCXXI. AUGUSTINUS A' S. MARIA, Augustinianus Excalceatus, de quo dixi numero 1709. & 2303.

CCCXXII. BAPTISTA FRAGOSUS, Silvensis, S.J. in *Regimine Reipublicæ Christianæ*, tom.2. lib.7. Disp.18. §.1. num. 1. & 2. ut constat ex illius indice verb. *Sanctus Jacobus*, ubi dicitur: *Jacobus venit in Hispaniam, & fundavit Primatum in ea.* Et rursus de eodem Sancto Jacobo: *Venit in Hispaniam anno Domini 36.* & denique numero 8. de eodem Apostolo: *Fuit in Hispaniâ per annos ferè sex.* Hæc omnia ille index editionis Lugdunensis, anni 1648. remittens ad prædictam Disputationem decimam octavam libri septimi. Sed cùm Author obiisset die 3. Octobris anno 1639. novem annis antequam liber ederetur, subtracta fuit tota illa Disputatio 18. quâ tractabatur de Primatu Bracharensi, ut ipse promisit Disputatione 16. §. 1. num. 26. dicens: *In Hispaniâ de jure est Archiepiscopus Bracharensis, & Toletanus non de jure, sed ex privilegio, ut ostendetur infra cùm de Primatu Bracharensi sermo fuerit.* Et tamen in libro nil legitur de Primatu Bracharensi, nec de ullo Primatu, præterquam in indice ex incuria Authorum fraudis, verbo *Sanctus Jacobus*, & verbo *S. Petrus Ratensis*, licèt non sint obliti tollere verbum *Brachara, & Bracharensis*, ne tam facilè agnosceretur fraudulenta subtractio Disputationis 18. quâ agebatur de Primatibus. Laudatur Fragoso à Reverendissimo P. Antonio Franco in Anno Glorioso Societatis Jesu in Lusitaniâ, ad diem 3. Octobris, pagina 570. & D. Francisco Emmanuele de Mello, centuria 4. epist.1. à Joanne Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, & à Sotuello in Bibliotheca Societatis Jesu.

V. BAR-

CCCXXIII. V. BARTHOLOMÆUS DE MARTYRIBUS, Ulyssiponensis, ex Ordine Prædicatorum, Archiepiscopus Bracharensis, Primas Hispaniæ, in suo *Catechismo*, lib. 2. pag. 293. edit. Ulyssipone, 1656. in quarto. Circa cujus testimonium animadvertendum est, extare in Sermone, qui præcipitur legi quotannis in festis Sanctorum Apostolorum, quicumque hi sint. Illius vitam eleganter scripsit Clarissimus Historicus Fr. Ludovicus de Sousa justo volumine in folio; ejus meminit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S. & tantum Præsulem nemo est, qui non laudet. Lege Jacobum Echard in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. à pag. 296.

CCCXXIV. D. BERNARDA FERREIRA DE LACERDA, Portuensis, Matrona Clarissima, in Opere Hispanicè heroico carmine edito, inscriptoque *Espanha Libertada*, Cant. 3. Octava 27. edit. Ulyssipone, 1618. Illius summâ cum laude meminit Georgius Cardoso in Agiologio Lusitano, tom. 2. in Commentario ad diem 9. Aprilis, litera H, pag. 495. quo agit de illius parente Ignatio Ferreira, pietate insigni. Eam celebrat Reverendissimus P. Benedictus Hieronymus Feijoo in *Theatro Critico Universali*, tomo 1. discursu 16. n. 113. pag. 358. edit. Matriti, 1726. in quarto. Obiit Clarissima Matrona Ulyssipone die 1. Octobris anno 1644. De ea Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S. ubi dicit eam fuisse celebratam à multis, & inter eos à Lupo de Vega Carpio in *Laurel de Apolo*, Silva 3.

CCCXXV. BERNARDUS DE BRITO, Ordinis Cistertiensis, Regius Lusitaniæ Archi-Chronologus, Historicorum Coriphæus, in *Monarchia Lusitana*, part. 2. lib. 5. cap. 3. fol. 13. edit. Ulyssipone, 1609. in fol. Illius Elogium scripsit Clarissimus Vir Emmanuel Severin de Faria, Eborensis Sedis Præcentor, extatque in illius Opere

inscrip-

inſcripto *Noticias de Portugal*, pag. 278. De eo etiam agit Carolus Viſchius in Bibliotheca Ciſtertienſi, & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ, M.S.

CCCXXVI. BLASIUS VIEGAS, S.J. in cap. 12. Apocalypſeos, Comment. 1. Sect. 7. num. 7. pag. 527. edit. Turnoni, 1614. in quarto. Illius Elogium ſcripſere Reverendiſſimus P. Antonius Franco, in *Anno Glorioſo Societatis Jeſu, in Luſitania*, pag. 487. & Reverendiſſimus P. Franciſcus da Fonſeca in *Evora Glorioſa*, pag. 428. & pleniùs P. Philippus Allegambe in Bibliotheca Societatis Jeſu; & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ, M.S.

CCCXXVII. D. Fr. CHRISTOPHORUS DE ALMEIDA, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Epiſcopus Martyrienſis, Sermonum part. 2. pag. 329. edit. Ulyſſipone, 1680. in quarto. De eo Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ. Doctiſſimi hujus Epiſcopi Elogium ſcripſi in meo Catalogo Pontificum, & Cardinalium Luſitanorum &c. pag. 126. qui extat tomo 5. Actorum Regalis Academiæ.

CCCXXVIII. COSMUS DE MAGALHAENS, S.J. in Proœmio Commentarii in Epiſtolam ad Timotheum, Sect. 15. pag. 39. & in caput 24. Joſue. Laudatur à Joanne Soares de Brito in *Theatro Luſitaniæ literario*, litera C, num. 24. à Joanne Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ, & à Reverendiſſimo P. Antonio Franco in Anno Glorioſo Societatis Jeſu, in Luſitania, ad diem 9. Octobris, pag. 582. & ab Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jeſu, ubi plura refert illius opera, præter quæ ſcripſit etiam de *Primatu Hiſpaniæ Diſputationem exegeticam*, quæ citatur ſæpe ab Illuſtriſſimo Sebaſtiano Cæſare in Relectione de Eccleſiaſtica Hierarchia, Diſp. 4. num. 13. 23. 26. 46. 47. 70. 71. 72. 75. Hanc Diſputationem manuſcriptam Conimbricæ anno 1618. hoc eſt, ſex annis ante Authoris

mortem

mortem penes me habeo, & plurimi facio, ut authographam, vel certè ab Authore revisam, & correctam, in illius cap.5. ait: *Illud tamquam certum statuendum est, quòd omnes Hispaniarum Ecclesiæ profitentur prædicasse in Hispania Euangelium Sanctum Jacobum.*

CCCXXIX. REVERENDISSIMUS P. Fr. DANIEL A' REGIBUS, Ordinis Minorum Provinciæ Algarbiorum, de quo loquutus sum à numero 1740.

CCCXXX. ILLUSTRISSIMUS D. D. DIDACUS JUSTINIANUS AB ANNUNTIATIONE, Canonicorum Secularium S. Joannis Euangelistæ, Archiepiscopus Cranganorensis, in *Tropheo Euangelico*, part. 3. num. 267. pag. 241. edit. Ulyssipone, 1699. in quarto. Ejus meminit Franciscus de Sancta Maria in Opere inscripto *Ceo Aberto na terra*, lib. 2. cap. 40. pag. 531.

CCCXXXI. DIDACUS DE PAIVA DE ANDRADE, Conimbricensis, de quo egi à numero 1538. Laudatur insigni Elogio à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispanâ, & à Joanne Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M.S. Ejusdem meminit Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pag. 463. Laudatur à Joanne Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera D, num. 29.

CCCXXXII. Fr. DIDACUS A' ROSARIO, Ordinis Prædicatorum, in *Historia Vitarum*, seu *Flore Sanctorum*, (Opere scripto jussu Venerabilis D.D.Fr. Bartholomæi de Martyribus, Archiepiscopi Bracharensis) ad diem 25. Julii, in Vita S. Jacobi Maioris, edit. Bracharæ, 1563. Ejus meminit D. Franciscus Emmanuel, centuria 4. epist. 1. & Reverendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pag. 411. Possevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pag. 463. & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S.

CCCXXXIII. EDUARDUS NUNES DE LEAM, Ebo-

Eborensis, in *Descriptione Lusitaniæ*, cap.72. fol.174. pag. 1. edit. Ulyssipone, 1610. in quarto. Eum laudat Revererendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pag.411. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, litera D, & Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, lit. E, num.10.

CCCXXXIV. ILLUSTRISSIMUS D.D.EMMANUEL ALPHONSUS DA GUERRA, Vimaranensis, Episcopus Capitis Viridis, in Sermone de S.Jacobo, edit. Ulyssipone, anno 1619. in quarto, pag.3. Illius meminit Antonius Carvalho da Costa in *Corographia Lusitana*, tomo 1. pag.93. & Reverendissimus P. D.Antonius Caietanus Sousa, Clericus Regularis, in Catalogo Episcoporum Capitis Viridis, qui extat tomo 2. Actorum Regalis Academiæ. Illius meminit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M.S. lit. M, & Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, lit. E, num.19.

CCCXXXV. EMMANUEL CORREA, Elvensis, Parochus Ecclesiæ S. Sebastiani da *Mouraria* Ulyssipone, Examinator Synodalis, in Commentario Lusiadum Ludovici Camonii ad Octavam 9. Cantûs 5. folio 145. edit. Ulyssipone, 1613. in quarto. De eo agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tomo 1. qui immeritò suspicatur hunc esse eundem Corream, ac Emmanuel Corream Montenegro. De nostro etiam agit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S. Illum etiam laudat Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, lit. E, num.29.

CCCXXXVI. CLARISSIMUS DOMINUS DOCTOR EMMANUEL DIAS DE LIMA, Algarbiensis, Regalis Academiæ Socius, Prætor Portuensis, validus propugnator Traditionis de Expeditione Hispanicâ

Sancti

Sancti Jacobi in Opusculo, Latino sermone conscripto, in confirmationem illius Traditionis, quod Authoris manu exaratum penes me habeo.

CCCXXXVII. Fr. EMMANUEL DA ESPERANÇA, Portuensis, Ordinis Minorum, Provinciæ Portugalliæ Chronologus, in *Historia Seraphica*, parte 1. lib. 1. cap. 39. pag. 137. edit. Ulyssipone, 1656. De eo agit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S. & Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ. Eum merito Elogio extollit Reverendissimus P. Fr. Ferdinandus da Soledade, hoc est, à Solitudine, illius successor in munere Chronologi suæ Provinciæ, & Regalis Academiæ Socius, in *Historia Seraphica*, parte 3. lib. 1. cap. 21. num. 133. pag. 100. edit. Ulyssipone, 1705. in fol.

CCCXXXVIII. EMMANUEL DE FARIA ET SOUSA, Ripavisellensis, Christi Militiæ Eques, in *Epitome de las Historias Portuguezas*, part. 2. cap. 1. num. 41. pag. 90. edit. Bruxellis, 1677. in fol. Et *Europa Portugueza*, tom. 1. part. 3. cap. 1. num. 14. pag. 253. edit. Ulyssipone, 1678. in fol. Et *Vida del Gran Justicia de Aragon D. Martin Bautista de Lanuza*, lib. 4. cap. 1. edit. Matriti, 1650. in quarto. Et in eruditissimis *Commentariis Lusiadum Ludovici Camonii*, (Opere, in quo scribendo insumpsit annos quinque & viginti) ad Oct. 9. Cant. 5. col. 464. edit. Matriti, 1639. in folio. Ubi tria dicit ad rem nostram notatu dignissima. Primo enim innuit periclitari patientiam audientium oppugnatores Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi. Tam malè fundata est sententia illam Expeditionem negantium! Secundo asserit jam supervacaneum esse propugnare illam Expeditionem, ex quo Ecclesia Catholica Romana, tempore, quo ipse scribebat, jusserat imponi silentium argumentis oppositis, judicando illam Expeditionem esse rem indubitabilem, ju-

bendo eam recitari in Horis Canonicis, & Breviario universali. Tertio exponit id obtentum esse operâ, & studio Doctoris D. Michaelis de Erze Ximenes, Canonici Legionensis, qui accensus flragranti zelo, nullo alio movente, suis expensis accessit Romam, (ubi ipse Faria illum vidit de hâc re maximè sollicitum) & id consequutus est mirabili, & sancta constantia opposita difficultatibus, quæ in hoc negotio intervenere jam à multo tempore, adeo ut in id nitens totis suis viribus, pius Rex Catholicus Philippus Tertius per suos Legatos, & præcipuè per Ducem de Sessa, id non potuerit obtinere. Sed hoc (subjungit Faria) proculdubio accidit Dei consilio, ne videretur audiri supplicationem, & petita concedi Romæ, evenisse ex reverentia erga Regem potentissimum, & non ex solida rei veritate. Ex his, quæ scribit Faria, apertè cernitur quantum à veritate distent ea, quæ de Expeditione Hispanica reposita in Breviario Romano scripsit Neotericus Adversarius, tam in Dissertatione-Historica Latina, quàm in Libello Lusitano, inscripto *Voz da Verdade.*

Fariam mirificè laudant Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, ubi dicit ipsum obiisse Matriti die 2. Junii, anno Domini 1649. ætatis verò 61. morientemque summo cum dolore dixisse: *Nunc quando ego incipiebam intelligere, & scire id, quod scribo, nunc ego morior!* Ibidem refert idem Barretto Fariam laudatum fuisse à pluribus, præsertim à Ferdinando Pizarro, Michaele Joanne Vimbodino, Leone Allatio, Antonio de Leone Pinello, & Lupo de Vega Carpio; & adjicit ipsius vitam editam fuisse ab ipsius filio Petro de Faria & Sousa. De eo etiam agit Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera E, num. 37. Fariam vocat *Virum infinitæ lectionis* Reverendissimus P. Antonius dos Reys, Regalis Academiæ Socius,

in

in notis ad ſuum elegantiſſimum, venuſtiſſimum, & operoſiſſimum Enthuſiaſmum Poeticum, num. 33.

CCCXXXIX. EMMANUEL FERNANDES, Eborenſis, Canonicus Lamecenſis, in Opuſculo inſcripto *Recapitulaçaõ da Sé de Lamego*, edit. Ulyſſipone, 1596. in quarto. Illius meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpanâ, tom. 1. pag. 217. & Reverendiſſimus P. Franciſcus à Fonſeca in *Evora Glorioſa*, pag. 413. Eum laudat Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ, ubi recenſet alia ejuſdem Canonici ſcripta.

CCCXL. EMMANUEL FERNANDES, Fermozalienſis, Societatis Jeſu, Auguſtiſſimo Luſitanorum Regi Petro II. à ſacris Confeſſionibus, in egregio Opere inſcripto *Alma Inſtruida*, tom. 1. cap. 1. Documento 2. n. 69. & ſeqq. pag. 273. & 274. Commendatur Vir laude digniſſimus à Reverendiſſimo P. Antonio Franco in *Anno Glorioſo Societatis Jeſu in Luſitaniâ*, ad diem 10. Junii, pagina 330. & in *Synopſi Annalium Societatis Jeſu in Luſitaniâ*, ad annum 1650. num. 2. ubi celebrat ejus impigram charitatem in juvandis Algarbienſibus afflictis peſte, quâ ipſe perculſus in brachio, evaſit incolumis non alio medicamine, niſi ſigno Crucis novies tumori impreſſo, recitatâque novies Salutatione Angelicâ. Et rurſus ad annum 1656. num. 22. ubi laudat ejus fervorem in Miſſione Inſulanâ; & ad annum 1667. num. 2. ubi loquitur de eo ad munus audiendi Confeſſiones ſupra laudati Principis; & denique ad annum 1693. num. 12. ubi agit de piâ, & felici morte hujus Clariſſimi Viri, nunquam ſatis laudandi. Quibus addo Doctiſſimum Patrem Emmanuelem Fernandes, præter tria volumina Operis *Alma Inſtruida*, jam edita, meditatum fuiſſe duo alia ejuſdem Operis, nempe quartum, in quâ anima inſtrueretur ad rectè ſuſcipienda Sacramenta, & quintum, in quo inſtrueretur in vita ſpi-

rituali, & aſcetica. Et præter hæc redegerat in juſtum volumen, quidquid per plures annos ſcripſerat, ſpectans ad amœniores literas, cui præfixus erat titulus *Cygnus Præmoriens*, in cujus Operis laudem, ego nonnulla ſcripſi Epigrammata, nam maximè debitor fui tanti Patris humanitati per pluſquam duodecim annos, quibus inter nos interceſſit amicitiæ neceſſitudo. Cujuſque nunquam interitura apud me eſt gratiſſima recordatio.

CCCXLI. Fr. EMMANUEL LEAL, Portuenſis, vel potiùs ex *Arrifana de Souſa*, dictus Emmanuel Leal de Barros, antequam ingrederetur Ordinem Eremitarum S. Auguſtini, cujus fuit Chronologus, Vir Doctiſſimus, & eruditiſſimus, in approbatione libelli inſcripti *A Divina Aurora Noſſa Senhora do Pilar*, Authore P. D. Leonardo à Sancto Joſepho, Canonico Regulari Ordinis Sancti Auguſtini, datâ die 19. Januarii anno 1677. ut videre eſt in ipſo libello, de quo infra reddibit ſermo, cùm de P. D. Leonardo à Sancto Joſepho. Emmanuelis Leal meminit Cardoſo in Agiologio Luſitano, tom. 2. pag. 632. Ipſum laudat Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ, M. S.

CCCXLII. Fr. EMMANUEL PEREIRA DE NOVAES, Portuenſis, Monachus Benedictus, profeſſus in Conventu Sancti Martini *el Real* Compoſtellæ, in Opere Caſtellano ſermone ſcripto, cui titulus *Anacriſis Hiſtorial*, tomo 2. qui inſcribitur *Epiſcopologio*, capite 1. Examine 1. & 2. Implet opus duo volumina in folio, quorum quodlibet implet pluſquam ſeptingentas paginas. Neutrum tamen etiam num editum eſt. Vivebat Author in Gallecia anno 1690. miſeratque opus ſuum in Luſitaniam edendum.

CCCXLIII. EMMANUEL PIMENTA, Scalabitanus, Societatis Jeſu, tom. 1. Poematum lib. 8. Oda 5. ad

ad Sanctum Jacobum, pag.306. edit.Conimbricæ, 1622. in 8. Laudatur à Philippo Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jesu, pagina 101. à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispanâ, à Joanne Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, à Joanne Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, lit. E, num. 63. à Reverendissimo P. Antonio Franco in *Anno Glorioso Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad diem 1. Octobris, pag. 566. & in *Synopsi Annalium Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad annum 1603. num. 8. pag. 182. & novissimè à Reverendissimo P. Antonio dos Reys, Congregationis Oratorii, in Euthusiasmo Poetico, num. 27.

CCCXLIV. EMMANUEL DOS REYS, Lourensiensis, Societatis Jesu, Sermonum parte 2. Sermone 28. §.3. num. 8. pag. 532. edit. Eboræ, 1720. in quarto. Illius Elogium extat ab elegantissimo calamo Reverendissimi P. Antonii Franco in *Anno Glorioso Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad diem 21. Aprilis, pag. 223. ubi dicit: *Fuit ex optimis sui temporis Concionatoribus laudatus ab Antonio Vieira, cui in eo dicendi genere facilè omnes concedunt.* Et in *Synopsi Annalium Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad annum 1699. num. 12. Illius meminit Reverendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evorâ Gloriosâ*, pag. 436.

CCCXLV. REVERENDISSIMUS P. FR. EMMANUEL DE SA', Ulyssiponensis, Ordinis Beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, Regalis Academiæ studiosissimus Socius, quippe qui plura in illius utilitatem scripsit, scribitque edita, & edenda. Concionator Serenissimi Domini Infantis D. Francisci, Ex-Provincialis, & Definitor perpetuus Provinciæ Lusitanæ, Chronologus Generalis sui Ordinis in Lusitaniæ Regnis, & Ditionibus, Censor, & Revisor Sancti Officii, Trium Militarium Ordinum Regius Examinator, & Bullæ Sanctæ Cruciatæ Consultor, in libro inscripto *Memorias Historicas dos*

dos Illustrissimos Arcebispos, Bispos, e Escritores Portuguezes da Ordem de Nossa Senhora do Carmo, pag. 511. edit. Ulyssipone, 1724. in quarto; & in libro scripto: *Memorias Historicas, Panegyricas, e Metricas &c.* pag. 105. edit. Ulyssipone, 1728. in quarto. Diligentissimum, & prudentissimum hunc Authorem laudavi in meo *Catalogo Historico Pontificum, & Cardinalium Lusitanorum*, pag. 40. qui extat tomo 5. Actorum Regalis Academiæ.

CCCXLVI. EMMANUEL DA SYLVA, Egensis, S. J. in *Silva Concionatoria*, parte 2. Sermone de Sancto Jacobo Maiore, pagina 316. num. 12. edit. Ulyssipone, 1699. in quarto. Obiit octogenario maior. Laudatur à Reverendissimo P. Antonio Franco in *Synopsi Annalium Societatis Jesu in Lusitania*, ad annum 1709. num. 12. Ejus meminit Reverendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pag. 436.

CCCXLVII. FRANCISCUS DO AMARAL, Ulyssiponensis, S. J. tomo 1. Sermonum, pag. 456. edit. Bracharæ, 1641. in fol. De eo agit Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jesu, Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, ubi dicit ipsius meminisse Marraccium in Bibliothecâ Marianâ, Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera F, num. 28. ubi dicit hunc Authorem esse ex Insulâ Sancti Michaelis, non verò Ulyssiponensem, ut scribit Alegambe. Reverendissimus P. Antonius Franco in *Synopsi Annalium Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad annum 1647. num. 13. Ejusdem meminit Reverendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pag. 427.

CCCXLVIII. FRANCISCUS FERNANDES GALVAM, Sacræ Theologiæ Doctor, Canonicus Conimbricensis, deinde Archidiaconus Villænovæ de Cerveira in Sede Bracharensi, in *Sermonibus de Sanctis*, Sermone de

de Sancto Jacobo Maiore, ſol. 165. edit. Hiſpali 1615. in quarto. De ipſo agit, eumque laudat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpanâ, tom. 1. pagina 325. Ipſum ſummoperè laudat à ſacra eloquentia Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ. Sermones Galvani prodierunt poſthumi; ipſe autem vivens edidit Romæ, quam Latinè reddiderat, Concionem Epiſcopi Conimbricenſis Alphonſi de Caſtellobranco, habitam in publico Judicio Fidei, ſeu Actu Fidei, ut Luſitani dicunt; quamque ego olim penes me habui. Hunc Authorem etiam ſcripſiſſe *Commentaria in Hieremiam*, quæ morte præoccupatus non abſolvit, tradit Joannes Soares de Brito in *Theatro Luſitaniæ literario*, litera F, num. 42.

CCCXLIX. REVERENDISSIMUS P. FRANCISCUS A' FONSECA, Eborenſis, S. J. in *Evora Glorioſa*, num. 352. pag. 199. edit. Romæ, 1728. in fol. Illius ſæpe meminit Reverendiſſimus P. Antonius Franco in *Synopſi Annalium Societatis Jeſu in Luſitaniâ*, ſcilicet ad annum 1696. num. 3. 1715. num. 13. 1717. num. 12. ſui notitiam exhibet ipſe Author libro citato, pag. 429. quod utinam feciſſent omnes Authores, magno enim nos labore, & ſollicitudine liberaſſent.

CCCL. CLARISSIMUS DOMINUS D. FRANCISCUS LEITAM FERREIRA, Ulyſſiponenſis, Socius Academiæ Regalis, & Ulyſſiponenſium Anonymorum, & Magiſter Academiæ Luſitanæ, Paſtorque Romanæ Arcadiæ, in Opere inſcripto *Diſſertaçaõ Apologetica*, in Reſponſione ad objectionem 24. quod opus extat tom. 3. Actorum Regalis Academiæ, pag. 162. De hoc eruditiſſimo, & modeſtiſſimo Viro, pauciora quàm pro illius merito dixi numero 520, & 1368. & 1510.

CCCLI. MAGNUS FR. FRANCISCUS DE MACEDO, Conimbricenſis, Ordinis Minorum Obſervantium

tium, de quo egi à numero 1657. Ab omnibus laudatur Macedo: de eo latè agunt Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera E, num. 52. Reverendissimus P.Fr.Ferdinandus da Soledade, Regalis Academiæ Socius, in Historiâ Seraphicâ, parte 5. & Fr.Joannes à Divo Antonio in *Bibliothecâ Minorum Fratrum Discalceatorum*, à pagina 75. usque ad 82. edit. Salmanticæ, 1728. in quarto. Sed Macedo fuit vir *quovis Elogio superior*, ut de ipso ait Reverendissimus P. Antonius dos Reys in notis ad Enthusiasmum Poeticum, num.78. quo eum vocat:

Illum ter Magnum, quo non præstantior alter.

CCCLII. REVERENDISSIMUS P. FR. FRANCISCUS DE MELLO, Ulyssiponensis, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Lector, eruditione, & sanguinis splendore conspicuus, Bullæ Sanctæ Cruciatæ Consultor, in *Sermone Genealogico, Historico, & Panegyrico de S.Dominico*, Fundatore Ordinis Prædicatorum, pag. 30. edit. Ulyssipone, 1729. in quarto.

CCCLIII. FRANCISCUS DE MENDOÇA, Ulyssiponensis, Societatis Jesu eximium decus, Vir sanguine, literis, & virtute clarissimus, qui ob egregia volumina scripta in libros Regum, dictus est Interpres Regum, & Rex interpretum, *Sermonum*, parte 1. Sermone in feria sexta post Dominicam tertiam Quadragesimæ, num.3. pag. 273. edit. Ulyssipone, 1632. in fol. Summis laudibus extollitur ab Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jesu, à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispanâ, à Joanne Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, à Joanne Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera F, num.56. ubi affert Mendocæ Epitaphium, cujus Author fuit Magnus Macedo, teste eodem Brito. A Reverendissimo Patre Antonio Franco in *Anno Glorioso Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad diem 3. Junii, pagina 303. & in *Synopsi Annalium*

nalium Societatis Jeſu in Luſitania, ad annum 1626. num. 1. à Joanne Nadaſi in *Anno dierum memorabilium Societatis Jeſu*, ad diem 3. Junii, pag. 296. & noviſſimè à Reverendiſſimo P. Antonio dos Reys in Enthuſiaſmo Poetico, in nota ad numerum 226. ubi Mendoça dicitur *Vir ut moribus, ita & ſcientia illuſtriſſimus.*

CCCLIV. EXCELLENTISSIMUS D. D. FRANCISCUS DE PORTUGAL, Marchio de Valentia, qui prognatus à Regio ſanguine, gaudet excelſo titulo Marchionis non ſolùm conſanguinei, ſed (ut dicam Luſitanè, quod uno verbo Latinè dici non poteſt) *Marquez Sobrinho*, Regiæ Maieſtati à Conſiliis, omnium ſuffragio, nemine diſcrepante, (quod nulli alteri contigit) electus Socius Regalis Academiæ, cui ab Excellentiſſimis illius Cenſoribus demandata eſt provincia examinandi propoſita, de quibus contigit dubitari. Ille nomen ſuum æternitati aſſeruit præter alia elegantiſſima ſcripta, duplici lucubratione, una *probante Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi*, altera *ſuadente eam ſententiam ab omnibus amplectendam eſſe*; in qualibet earum fulget elegantia cum eruditione, efficacitas cum prudentia, & veritas cum pietate conjuncta. Author eſt Vir diſertiſſimus, ingenio pollens; in legendo, & ſcribendo aſſiduus quinque linguarum peritia excellens, eruditione præſtans, eloquentia regnans. A' plurimis eſt laudatus, quos longum eſſet referre. Non committam tamen, ut prætercam elogia, quibus eum celebrant duo Collegæ mei, Excellentiſſimi Cenſores Regalis Academiæ, (quæ extant tom. 3. Actorum ejuſdem Academiæ) Excellentiſſimus nempe D. D. Franciſcus Xaverius Meneſius, Comes de *Ericeira*, & Excellentiſſimus Dominus D. Rodericus Eannes de Sâ, Marchio de *Abrantes*, ille pag. 22. & 27. hic pagina 31. & 32. Quibus addo Reverendiſſimum P. Antonium dos Reys, Regalis Academiæ Socium,

tomo 1. Epigrammatum, in Enthusiasmo Poetico, qui in illo volumine est pro Epistola Dedicatoria, ubi ipsum Marchionem laudat, ejusque filium Excellentissimum D. D. Josephum de Portugal, Comitem de *Vimioso*, nunc jam Regalis Academiæ Socium, occasione arrepta ex Emmanuele de Portugal, Clarissimo Vate, quem alloquens numero 38. ait:

——— cunctis Lyricis te flavus Apollo
Vatibus antetulit, meritæ dans præmia frondis.
Ipse tibi manibus propriis, ò gloria gentis,
Magna tuæ dictæ Vimiosi nomine; Magna
Sed non una tamen; siquidem tot protulit Orbi
Herôas domus illa, viros quot fudit; IOSEPH,
FRANCISCUSque Pater testantur, clarus uterque
Eloquioque potens patrio, simul atque Latino.

CCCLV. GASPAR BARREIROS, Visensis, Canonicus Eborensis, Abbas Ecclesiæ Sancti Jacobi *dos Cavalleiros*, Diœcefeos Visensis, in *Corographia*, folio 91. edit. Conimbricæ, 1561. in quarto. Authorem laudat D. Franciscus Emmanuel de Mello, Centuria 2. epistola 1. & Centuria 3. epist. 61. Eumdem luculento Elogio ornat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tomo 1. pagina 397. pluresque recenset ipsum laudantes. De eo latè agit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, & breviùs Joannes Soares de Brito *in Theatro Lusitaniæ literario*, litera G, num. 13.

CCCLVI. GASPAR STATIUS, Eborensis, Canonicus Vimaranensis, in Opere inscripto *Antiguidades de Portugal*, cap. 33. pag. 133. edit. Ulyssipone, 1625. in folio. De eo agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, tomo 1. pagina 401. Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera G, numero 32. Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S. & Reverendissi-

rendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pagina 406.

CCCLVII. GEORGIUS CARDOSO, Lamecensis, in Opere Lusitanè scripto, cui titulus: *Anacefaleose das Antiguidades de Portugal*, M. S. lib. 2. cap. 1. & 2. Illius meminit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ.

CCCLVIII. MAGNUS GEORGIUS CARDOSO, Ulyssiponensis, in *Agiologio Lusitano*, tom. 2. ad diem 26. Aprilis. Illum laudat D. Franciscus Emmanuel de Mello, Centuria 4. epist. 1. Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera G, num. 36. & mille alii.

CCCLIX. Fr. GEORGIUS A' NATIVITATE, Ordinis Minorum, Custos Provinciæ Sancti Antonii, in Opere inscripto *Centurias predicaveis*, Indice 1. Sermonum, Serm. de S. Jacobo Maiore, pag. 86. col. 2. edit. Conimbricæ, 1698. in fol. De eo cum laude meminit Fr. Joannes à D. Antonio in Bibliothecâ Minorum Discalceatorum, pag. 96. col. 2.

CCCLX. REVERENDISSIMUS P. D. HIERONYMUS CONTADOR DE ARGOTE, Clericus Regularis, de quo egi à numero 1687.

CCCLXI. Fr. IGNATIUS COUTINHO, Conimbricensis, Ordinis Prædicatorum, *Promptuario de Elogios de los Santos*, tr. 21. Consider. 4. num. 6. pag. 301. columna 2. edit. Matriti, 1646. in folio. De eo summâ cum laude tam à doctrinâ, quàm à pietate agit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera I, num. 5. Obiit Hispali, anno 1647. Illius meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tom. 1. pag. 472. & Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tomo 2. pagina 556.

CCCLXII. Fr. JOANNES CARDOSO, Portalegrensis, ex Canonico Regulari, professus Ordinis Minorum Provinciæ Algarbiorum, Sancti Officii Qualificator, (ut vocant) Trium Militarium Ordinum Regius Examinator, Bullæ Sanctæ Cruciatæ Consultor, in Opere inscripto *Ruth Peregrina*, Discurs. 2. §. 7. fol. 39. col. 3. & 4. edit. Ulyssipone, 1628. in quarto. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, Wadingus in Scriptoribus Ordinis Minorum, & utroque latiùs Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ. De eo etiam Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera I, n. 26.

CCCLXIII. REVERENDISSIMUS P. JOANNES COL, Congregationis Oratorii, Regalis Academiæ Socius, de quo egi à numero 1223.

CCCLXIV. CLARISSIMUS DOMINUS JOANNES COUCEIRO DE AVREU ET CASTRO, Christi Militiæ Eques, Regio Tabulario (vulgò dicto *Torre do Tombo*) Præfectus, in brevi, sed nervosâ *Dissertatione pro asserenda Expeditione Hispanica Sancti Jacobi Maioris*, quam publicè legit in Regali Academia, die 2. Januarii, anno 1722. cujus prior pars in Epitomen redacta extat in Actis Regalis Academiæ, posterioris verò facta non est mentio, fortassè, quia paulo acrior visa est. Hic enim Regalis Academiæ Socius, acerrimè defendere solet nostram sententiam, & acerrimè oppositam impugnare, ut visum est non solùm in Palatio Academiæ, sed etiam in quibusdam Conclusionibus publicis coram Neoterico Adversario, in quibus totis viribus, & summo cum omnium plausu, oppositam sententiam validissimè oppugnavit. Vir iste Doctissimus laudatur à Reverendissimo, & Sapientissimo P. Antonio dos Reys, tomo 1. Epigrammatum, lib. 4. Epig. 97.

CCCLXV. JOANNES FRANCO BARRETTO, Ulyssipo-

Ulyssiponensis, in *Bibliotheca Lusitanâ*, in *Discurso Apologetico em louvor da Patria*, §. De Religione Lusitanorum; qui discursus præfixus est ipsi Bibliothecæ. Hujus Authoris vita legitur in vestibulo ejusdem libri, scripta à Cosmo Ferreira de Brum, & à Fr. Andrea à Christo, Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, qui enumerat illius Opera edita, & edenda. Ipsius meminit Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera I, num. 39. & Reverendissimus P. Antonius dos Reys in Enthusiasmo Poetico, num. 43.

CCCLXVI. Fr. JOANNES A' NATIVITATE, Ordinis Fratrum Nudipedum Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum, Conventus Granatensis filius, in Opere inscripto *Coronada Historia*, lib. 2. cap. 3. pag. 86. edit. Granatæ, 1697. Hunc Authorem inter Lusitanos numerat Reverendissimus Urquiöla in *Sagrada Columna de España*, lib. 2. cap. 8. pag. 275.

CCCLXVII. Fr. JOANNES PINTO DA VICTORIA, Funchalensis, Carmelitanus, in *Hierarchia Carmelitana*, cap. 4. pag. 21. edit. Valentiæ, 1616. in quarto. De eo agit, & refert plures de ipso agentes Reverendissimus P. Fr. Emmanuel de Sâ in *Memoriis Historicis*, tom. 1. cap. 51. pagina 219.

CCCLXVIII. JOANNES SALGADO DE ARAUJO, natus oppido *Monsaõ*, Protonotarius Apostolicus, Abbas Ecclesiarum de *Pera*, & Villænovæ de Fascoa, Commissarius Sancti Officii, in *Defensione Apologetica Patronatûs Sancti Jacobi in Hispaniam*, edit. Salmanticæ, 1629. & in *Marte Lusitano*, cap. 7. Certamine 1. Articulo 7. fol. 69. De eo agunt Nicolaus Antonius, Franco Barretto, & Soares de Brito.

CCCLXIX. Fr. JOANNES DE SYLVEIRA, Carmelitarum decus, *Opusculis Variis*, opusculo 4. quæst. 10. num.

num. *66*. edit. Lugduni, *1675*. pagina 523. & in Acta Apostolorum cap. 12. verſ. 2. quæſt. 2. num. 17. pag. 283. edit. Lugduni, *1681*. in fol. De eo agit ſummâ cum laude Reverendiſſimus P. Fr. Emmanuel de Sâ in *Memoriis Hiſtoricis*, parte 1. cap. 52. à pag. 230.

CCCLXX. D. Fr. JOANNES SOARIUS, Conimbricenſis, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, Epiſcopus Conimbricenſis, tract. 10. in IV. cap. S. Matthæi, pag. 72. & tract. 1*9*. in cap. XX. à pag. 3*6*4. edit. Conimbricæ, 1*66*5. in fol. Illius Elogium ſcripſit Fr. Antonius à Purificatione, lib. 1. de Viris Illuſtribus Eremitarum S. Auguſtini Provinciæ Luſitanæ, cap. 22. fol. 2*6*. verſo.

CCCLXXI. Fr. JOSEPHUS A' JESU MARIA, Ulyſſiponenſis, Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, in Opere inſcripto: *Theſouro Carmelitano*, cap. 10. pagina *9*0. edit. Ulyſſipone, 1705. in octavo. De eo agit Reverendiſſimus Pater Sâ in *Memoriis Hiſtoricis*, tom. 1. cap. 58. à pagina 258.

CCCLXXII. REVERENDISSIMUS P. JOSEPHUS A' NATIVITATE SEIXAS, Ulyſſiponenſis, Canonicus Sæcularius Sancti Joannis Euangeliſtæ, in Sermonibus, quos inſcripſit *Medalha Euangelica*, parte 3. pag. 53. num. 4. in Sermone de B.V. à Pilari, edit. Ulyſſipone, 1712. in quarto.

CCCLXXIII. D. Fr. JOSEPHUS DE OLIVEIRA, ex Ordine Eremitarum Sancti Auguſtini, Epiſcopus Angolanus, Sermonum parte 4. Serm. *da Virgem Noſſa Senhora do Pilar*, pag. 51. edit. Ulyſſipone, 1715. in quarto. Illius meminit Antonius Carvalho da Coſta in Corographiâ Luſitanâ, tomo 1. pag. *92*.

CCCLXXIV. CLARISSIMUS DOMINUS JOSEPHUS SOARES A' SYLVA, Chriſti Militiæ Eques, Regalis Academiæ Socius, in *Diario Metrico*, poſt Sonetum;

tum; vel si mavis Epigramma 98. pag. 127. edit. Ulyssipone, 1717. in quarto. Vir est eruditione conspicuus, pietate erga Augustissimam Virginem insignis, Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi egregius assertor.

CCCLXXV. Fr. ISIDORUS A' LUCE, Scalabitanus, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, libro de *Ecclesia Romana*, Opusculo 3. num. 552. pag. 193. edit. Ulyssipone, 1673. in quarto. De eo latè agit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, & Joannes Soares de Britto in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera I, num. 93.

CCCLXXVI. Fr. LEO A' SANCTO THOMA, Conimbricensis, Monachus Benedictinus, in *Benedictinâ Lusitanâ*, tom. 1. tract. 2. præludio 2. pag. 267. edit. Conimbricæ, 1644. Illum laudat D. Franciscus Emmanuel de Mello, Centuria 4. epist. 1. Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, ubi dicit illum prælegisse Sacram Theologiam plusquam quadraginta annis. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ, tomo 2. pag. 12. & Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera L, num. 9.

CCCLXXVII. D. LEONARDUS A' SANCTO JOSEPHO, Canonicus Regularis Sancti Augustini, Concionator Regius, in *Roseto Augustiniano*, §. 8. num. 71. pag. 81. edit. Ulyssipone in octavo, & in *Divina Aurora N. Senhora do Pilar*, tract. 10. pag. 5. edit. Ulyssipone, 1677. in 16.

CCCLXXVIII. Fr. LUDOVICUS AB ANGELIS, Chronologus Eremitarum S. Augustini, in Opere inscripto *Jardim de Portugal*, pag. 2. & 14. 21. 23. edit. Conimbricæ, 1626. in quarto. Illius meminit D. Franciscus Emmanuel de Mello, Centuria 4. epist. 1. & 53. Eum laudat Illustrissimus Hispaniarum Primas D. Rodericus à Cunha in Commentario ad primam partem Decreti ad

Cap.

Cap. *In istis* 3. Dist. 4. num. 1. pag. 29. Meminit etiam illius, eumque commendat Antonius à Nativitate in Opere inscripto *Montes de Coroas*, Monte 3. Corona unica, §. 11. num. 23. pag. 606. edit. Ulyssipone, 1663. in folio. Laudatur etiam à Joanne Soares de Brito, in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera L, num. 22. Illius Elogium scripsit Fr. Antonius à Purificatione, lib. 3. *de Viris Illustribus Eremitarum S. Augustini*, cap. 9. fol. 91. verso.

CCCLXXIX. REVERENDISSIMUS P. LUDOVICUS CARDOSO, Congregationis Oratorii Ulyssiponensis, sæpius laudati Reverendissimi Patris Antonii dos Reys frater germanus in Opere inscripto *Receita Universal*, tom. 1. ubi de Sancto Jacobo Apostolo, pag. 97. edit. Ulyssipone, 1727. in 8.

CCCLXXX. LUDOVICUS MARINHO DE AZEVEDO, Ulyssiponensis, in Opere, cui titulus *Primeira parte da Fundaçaõ, Antiguidades, e grandezas da muy insigne Cidade de Lisboa*, lib. 3. cap. 13. pag. 246. edit. Ulyssipone, 1652. in fol. Ipsum laudat, & plura illius Opera recenset Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera L. num. 38.

CCCLXXXI. Fr. LUDOVICUS A' NATIVITATE, Ordinis Minorum Provinciæ Portugalliæ, in Opere inscripto: *Divindade do Filho de Deos Humanado*, parte 1. Encomio 20. §. 3. pag. 344. edit. Ulyssipone, 1645. in fol.

CCCLXXXII. Fr. LUDOVICUS DE SOUSA, Scalabitanus, Ordinis Prædicatorum, gravissimus, & elegantissimus Author, nobilitate sanguinis, & styli Clarissimus, in Historia suæ Provinciæ Lusitanæ, parte 1. lib. 6. cap. 1. fol. 310. & in Vita V. Archiepiscopi Bracharensis D. Fr. Bartholomæi de Martyribus, lib. 2. pag. 108. col. 2. edit. Vianæ, 1619. in fol. Præclarum hujus

Autho-

Authoris Elogium extat apud Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. à pag. 474. De eo latè agit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, & Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera L, num. 47. Illius vita narratur in Prologo partis 2. Historiæ S. Dominici, ab ipso Ludovico conscriptæ, & post mortem Authoris, editæ Ulyssipone, *1662*. in fol.

CCCLXXXIII. Fr. MATTHÆUS AB INCARNATIONE PINA, Monachus Benedictinus Provinciæ Brasiliensis, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, & Abbas Monasterii Fluminis Januarii, Præstantissimus Theologus, ut se se probavit in Egregio Opere, cui titulus: *Defensio Purissimæ, & integerrimæ Doctrinæ Sanctæ Matris Ecclesiæ*, quo defendit Constitutionem *Unigenitus* Clementis XI. edito Ulyssipone Occidentali, 17*29*. in fol. Expeditionem autem Hispanicam Sancti Jacobi asserit in Opere inscripto *Viridiario Euangelico*, parte 1. Sermone 7. qui est de *Nossa Senhora do Pilar*, num. 4. pag. 20*9*. in quarto, edit. Ulyssipone, 1730. in quarto.

CCCLXXXIV. MOREIRENSIS MONASTERII DONATIO, facta die 18. Maii, anno 1087. à Tructesindo illius Fundatore, & relata à D. Mauro Castelà Ferrer in Historia Apostoli Sancti Jacobi, fol. *66*.

CCCLXXXV. D. NICOLAUS A' S. MARIA, Ulyssiponensis, Canonicus Regularis Sancti Augustini, Congregationis Sanctæ Crucis Conimbricensis, sui Ordinis Chronologus, in Chronici lib. 1. cap. 8. num. 3. 4. & 5. pag. 22. & 23. edit. Ulyssipone, 1*6*88. in fol. De eo meminit Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera N, num. 4. & Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ.

CCCLXXXVI. NONIUS BARRETTO FUSEIRO, in Poemate de Sancto Joanne Euangelista, Cantu XI.

Octava 40. Multa hic Author edidit, plura ſcripſit. Fuit vir graviſſimus ſanguine, eruditione, & pietate illuſtris; in Palatio ſuo ſuburbano condidit Parthenonen dicatum Beatiſſimæ Virgini immaculatè conceptæ, quod Aſceterium appoſitè vocatur *Conceptio Lucis*, cum quia Beatiſſima Virgo eſt Lux, ut vocatur à Sanctis Patribus; tum quia locus, quo eſt Monaſterium, dicitur *Luz*, ab illa Deiparæ imagine, de quâ ſcripſi numero 2301. Fuit Nonius Barretto mihi amicitia conjunctiſſimus, qui ipſi, uxorique ejus eram à ſacris Confeſſionibus, illique adſtiti morienti. Suaſu meo voluit, ut Moniales adaptarentur inſtituto noſtrarum Eremitarum Theatinarum quæ à Conceptione nuncupantur, quas habitu, & receſſu imitantur. Scripſit Nonius eleganti ſtylo vitam S. Tereſiæ à Jeſu, quam edidit Ulyſſipone in folio. Authorem hunc ornat brevi, ſed illuſtri Elogio Reverendiſſimus P. Antonius dos Reys, Regalis Academiæ Socius, in Enthuſiaſmo Poetico, qui eſt in veſtibulo tomi prioris illius Epigrammatum, num. 55. ubi ait:

——— Cœlo Fuſerius alto
Gratus adeſt, qui tecta Dei poſt condita Matri
Ceu velit in patria ſibi debita præmia mortis
Ante diem rapuiſſe, celer ſic tendit in aſtra,
Joannemque ſuum rutilas comitatur euntem
In ſedes, ubi vaſta ſibi palatia rerum
Conditor extruxit ———

CCCLXXXVII. PETRUS HENRIQUEZ DE ABREU, ex Ebora Alcobatiæ, Rector Eccleſiæ Sancti Petri de *Farinha Podre*, Diœceſis Conimbricenſis, in *Vita S. Quiteriæ*, cap. 15. edit. Conimbricæ, 1651. in quarto. De eo Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Luſitanâ, M.S. ubi dicit hunc Authorem fuiſſe antiquitatum ſtudioſum, pluraque ſcripſiſſe, ſed non edidiſſe defectu Mecænatum

natum. Eum etiam commendat Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera P, num.34.

CCCLXXXVIII. PETRUS DE MARIZ, Conimbricensis: *Dialogos de Varia Historia*, Dialogo 2.cap 5. pag.57. edit. Ulyssipone, 1674. in quarto: prima hujus libri editio est Conimbricæ, 1597. Illius meminit D. Franciscus Emmanuel de Mello, Centuria 4. epist.1.& Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera P, num.41. De eo latè scribit Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Hispanâ, M.S. litera P, num.76.

CCCLXXXIX. Fr. PHILIPPUS DIAS, Ordinis Minorum, *Concionem de Sanctis*, tom. 2. Concione 1. de *Sancto Jacobo Maiore*, col. 488. edit. Venetiis, 1614. in quarto. De eo ut viro virtute claro, agit Georgius Cardoso in Agiologio Lusitano, tomo 2. ad diem 9. Aprilis, pag.485. & in Commentario, pag.494. citat plures Authores Philippum commendantes. Ejus cum laude meminit Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera P, num.54.

CCCXC. Fr. RAPHAEL DE JESU, Monachus Benedictinus, Lusitaniæ Archi-Chronologus, tomo 2. Sermonum, Sermone de S. Maria ad Nives, pagina 20. edit. Ulyssipone, 1689. in 4.

CCCXCI. Fr. ROCCHUS DE SOVERAL, Lamecensis, Ordinis Jesu Christi, *Historia de Nossa Senhora da Luz*, lib. 1. cap. 19. fol. 61. Ejus meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanicâ, tom. 2. pag.209. sed fallitur, dum eum dicit Ordinis Sancti Hieronymi; meminit etiam Georgius Cardoso in Agiologio Lusitano sæpius. Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera R, num.16.

CCCXCII. ILLUSTRISSIMUS DOMINUS D. RODERICUS DA CUNHA, in Opere inscripto *Cata-*

logo, *e Historia dos Bispos do Porto*, cap. 2. pagina 19. edit. Portu, 1623. in fol. & fusiùs in tractatu de *Primatu Bracharensi*, cap. 10. 11. & 12. à pagina 39. edit. Bracharæ, 1632. in fol. & in *Historia Ecclesiastica de Braga*, parte 1. cap. 7. num. 3. pag. 28. & cap. 14. num. 1. pag. 67. edit. Bracharæ, 1634. in fol. & novissimè in *Historia Ecclesiastica da Igreja de Lisboa*, parte 1. cap. 9. num. 3. folio 20. col. 3. edit. Ulyssipone, 1642. in fol. De hoc eruditissimo Authore, & Sapientissimo Pontifice meminit Disertissimus D. Franciscus Emmanuel de Mello, Centuria 4. epistola 1. De eodem summâ cum laude agunt Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, M. S. & Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, M. S. litera R, num. 6. & fusiùs Reverendissimus P. D. Josephus Barbosa, Clericus Regularis, Regalis Academiæ Socius, Trium Ordinum Militarium Regius Examinator, Serenissimæ Domus Brigantinæ Chronologus, in egregio Opere inscripto: *Memorias do Collegio Real de S. Paulo da Universidade de Coimbra*, pag. 266. Extat hoc opus tomo 7. Actorum Regalis Academiæ. Estque utilissimum omnibus laboraturis in scribenda Historia Lusitana, non solùm Ecclesiastica, sed etiam seculari, quia ex Collegis, & Alumnis Regalis illius Collegii electi fuerunt ad Infulas totius Regni, & ad subselia omnium illius Tribunalium Clarissimi viri, quorum in eo Opere perennat illustris memoria, notitiaque plerunque in libris hucusque editis non invenienda. Ego etiam de Illustrissimo illo Archiepiscopo, qui noluit nominari Cardinalis, cùm illi id promitteretur præmium ab Hispanis, (quibus tunc subjecta erat Lusitania) si assentiret quibusdam legibus ferendis contra jura Lusitaniæ, non nihil dixi in meo *Catalogo Pontificum, & Cardinalium Lusitanorum*, à pag. 53. usque ad 65. qui extat tomo 5. Actorum Regalis Academiæ.

RODERI-

CCCXCIII. RODERICUS MENDES SYLVA, Cerolicensis, Regnorum Hispaniæ Chronologus, in Opere inscripto *Poblacion General de España*, fol.3. col.4. f.9. c.4. fol. 18. c.2. fol. 22. c. 3. fol. 70. c. 4. & alibi sæpius, edit. Matriti, 1675. in fol. Ad ipsum scripsit D. Franciscus Emmanuel de Mello, epist. 1. Centuriæ 5. Plura Roderici Opera recenset, Authoremque laudat Nicolaus Antonius. Ejusdem meminere Joannes Franco Barretto, & Joannes Soares de Brito.

CCCXCIV. SANCTORALE, seu FLOS SANCTORUM, Regii Alcobacensis Monasterii, in vita Sancti Jacobi. Refertur à D. Mauro Castelà Ferrer in Historiâ Sancti Jacobi, fol. 66. verso. Hoc Opus exscriptum est anno 1443. jussu Abbatis D. Ferdinandi de Aguiar, ex alio antiquissimo exemplari, ut ait idem Castelà Ferrer eadem Historia, fol.123. verso.

CCCXCV. SEBASTIANUS BARRADAS, Ulyssiponensis, S. J. tom. 4. Concordiæ, lib. 10. cap. 8. num. 17. pag. 372. edit. Antuerpiæ, 1617. in fol. Hujus Authoris præclarum Elogium texuit Reverendissimus P. Antonius Franco in *Anno Glorioso Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad diem 14. Aprilis, pag. 207. Illius meminit Reverendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pag. 437. De eo, ut viro virtute claro, agit Georgius Cardoso in Agiologio Lusitano, ad diem 14. Aprilis, litera g, pag. 558. & in Commentario pag. 567. refert plures Authores Barradium laudantes.

CCCXCVI. SEBASTIANUS CÆSAR DE MENEZES, Archiepiscopus Ulyssiponensis designatus, in *Relectione de Ecclesiastica Hierarchia*, part. 1. Disp. 4. §. 5. n.11. & 12.pag.201. edit. Conimbricæ, 1628. in fol. Ad Illustrissimum hunc virum scripsit D. Franciscus Emmanuel de Mello, epist. 86. Centuriæ 1. ipsumque laudat

Centuria

Centuria 4. epist. 1. Laudatur etiam à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispanâ. Ejus meminere Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera S, num. 3. Clarissimus D. Franciscus Leitaõ Ferreira in Catalogo Episcoporum Conimbricensium, qui extat tomo 4. Actorum Regalis Academiæ, pag. 169. & Reverendissimus P. D. Josephus Barbosa, Clericus Regularis, in laudato Opere inscripto *Memorias do Collegio Real de S. Paulo*, pag. 288. ut videre est tomo 7. Actorum Regalis Academiæ.

CCCXCVII. SEBASTIANUS DE NOVAES, Bracharensis, S. J. in *Lilio inter spinas*, pag. 207. edit. Conimbricæ, 1648. in 12. Illius meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jesu. Franciscus Emmanuel de Mello, Centuriæ 4. epist. 1. pag. 489. Joannes Franco Barretto in Bibliothecâ Lusitanâ, & Joannes Soares de Brito in *Theatro Lusitaniæ literario*, litera S, num. 12.

CCCXCVIII. SIMON DA GAMA, Ulyssiponensis, S. J. Sermonum parte 3. *Sermaõ de Nossa Senhora do Pilar*, §. 1. num. 2. pag. 2. edit. Ulyssipone, 1709. in quarto. Illius meminit Reverendissimus P. Franciscus à Fonseca in *Evora Gloriosa*, pag. 438. Gamam vocant *eloquentem Jesuitam* Illustrissimus Aranaz in Opere inscripto *Cetro de la Fé de España Maria Santissima del Pilar*, pag. 457.

CCCXCIX. D. THOMAS A' LUCE, Canonicus Regularis Congregationis S. Crucis Conimbricensis, in libello inscripto *Noticia da Tradiçaõ verdadeira indubitavel da maravilhosa vinda do Ceo da Imagem de Nossa Senhora sobre o Pilar*, pag. 21. & sequentibus. Edit. Ulyssipone, 1721. em 16.

CD. Fr. THOMAS PEIXOTO, Vimaranensis, Eremi-

Eremitarum Sancti Augustini, Prior Provincialis, Sacræ Theologiæ Magister Sapientissimus, in eruditissimo Opere inscripto *Prototypo das principaes Primasias Portuguezas, instauradas na vida de S. Torquato*, cap. 5. num. 28. cap. 7. num. 4. cap. 8. num. 3. 7. 8. 9. & 14. Hoc opus in folio Manuscriptum extat in instructissimâ Bibliothecâ Religiosissimorum Patrum Eremitarum Sancti Augustini, Ulyssiponensis Monasterii, à Dominâ nostrâ de Gratia nuncupati.

CAPUT II.

Proferuntur ducenti Authores Hispani ex provinciis subditis Regi Catholico, qui Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Maioris asseruere.

2888 ETSI in colligendâ hac Hispanorum turma nullo mihi labore opus fuerit, tamen in delectu habendo non parum laborandum fuit; nam cùm tredecim illi viri, quos supra recensui numero 2850. longos texuerint Catalogos Scriptorum pro Expeditione Hispanica S. Jacobi, multo plures suppeditarunt, quàm mihi opus erant; cùm verò nonnisi ducentos producere statuerim, eosque præstantiores diu deliberandum fuit quinam forent præferendi, quinam posthabendi, cùm unusquisque eorum dignus esset, qui non prætermitteretur, alii nanque excellunt eruditione, alii antiquitate, alii dignitate, alii morum sanctitate, alii diligentia, qua hanc causam peroravere; ideo selegi eos, quos reperi, quolibet ex his capitibus præstantiores, & de quibus suspicari non licèt temerè scripsisse, quæ sibi explo-

explorata non erant; illos ordine Alphabetico, ut reliquos aliarum nationum, exhibeo, & ſunt ſequentes.

CDI. V. P. Fr. ALPHONSUS DE HOROSCO, Oropeſanus, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, in *Declamationibus in feſta totius anni; declamatione in feſto Sancti Jacobi*, edit. Salmanticæ, 1573. receptus in Ordinem à Sancto Thoma de Villanova. De illius operibus hæc ſcribit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, tom. 1. pag.... *Opera ipſius tota redolent Authoris pietatem*, eo magis excipienda, & frequentanda, quod Authorem habuerit ſcribendi MARIAM Deiparam, *quo tempore Domum Auguſtinianorum Hiſpali adminiſtravit; quod in ſuis confeſſionibus ipſe teſtatur.* Obiit ætatis 91. annorum. De eo in Sanctorum album referendo agitur apud Sedem Apoſtolicam. Illius vitam ſcripſit Fr. Joannes Marquez, Vir Clariſſimus ejuſdem Sanctiſſimi, & Doctiſſimi Ordinis, quæ prodiit Matriti, anno 1648. in octavo, operâ Fr. Thomæ de Herrera ejuſdem inſtituti.

CDII. Fr. ALPHONSUS DE MENDOÇA, Eremita Auguſtinianus, in *Quæſtionibus quodlibeticis*, quæſt. 5. §. 3. pag. 386. edit. Salmanticæ, 1596. Eum effusè laudat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpanâ, ubi ſcribit Aubertum Miræum tradere Alphonſum fuiſſe deſignatum Archiepiſcopum Granatenſem, quod ipſe Nicolaus interpretatur de Novâ Granatâ in Americâ. Ejus meminit Poſſevinus in Apparatu Sacro, tomo 1. pagina 44.

CDIII. ALPHONSUS SALMERON, Toletanus, unus ex novem Sociis Sancti Ignatii de Loyola in inſtituenda Societate Jeſu, tomo 12. Tract. 8. in Acta Apoſtolorum. De illius vita, obitu, & ſcriptis agit Hiſpanè Petrus Ribadeneira, latinè Andreas Scotus, extatque hic Commentarius in ejuſdem Scoti Bibliothecâ Hiſpaniæ, tomo

tomo 2. à pagina 273. uſque ad 284. edit. Francofurti, 1608. in quarto.

CDIV. ALPHONSUS TOSTATUS, Madrigalenſis, Epiſcopus Abulenſis, quem adduxi numero 1513. Illius luculentiſſimum Elogium exhibet Poſſevinus in Apparatu Sacro, tom. 1. pag. 46. De eodem latè agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Veteri Hiſpaniæ, tomo 2. lib. 10. cap. 7. à pagina 168. & breviùs Dupin in novâ Bibliothecâ Authorum Eccleſiaſticorum, tomo 12. pagina 92. editionis, quæ dicitur facta Pariſiis, anno 1700. in quarto.

CDV. ALPHONSUS DE VILLEGAS, Toletanus, *Flos Sanctorum*, in vita Sancti Jacobi Maioris, 25. Julii, edit. Toleti, 1580. in fol. Fuit vir pietate, doctrinaque Eccleſiaſtica eximius, ut ait Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpanâ. Illius opus laudatur ab Abbate Lenglet du Freſnoy in *Methode pour étudier l' Hiſtoire*, tom. 3. pag. 117.

CDVI. AMBROSIUS MORALES, Cordubenſis, de quo dixi numero 1561. & cujus laudes retuli numero 749.

CDVII. D. Fr. ANGELUS MANRIQUE, Burgenſis, Abbas Generalis Ciſtertienſium in Hiſpaniâ, & tandem Epiſcopus Pacenſis, in *Annalibus Ciſtertienſibus*, tomo 2. ad annum Chriſti 1152. cap. 2. num. 7. pag. 206. edit. Lugduni, 1642. in fol. Ejus inſigne Elogium ſcripſere Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpanâ, tom. 1. pag. 71. Chryſoſtomus Henriquez in *Phœnice Reviviſcente*, lib. 2. cap. 5. pagina 233. & Carolus Viſchius in Bibliothecâ Ciſtertienſi, pagina 21.

CDVIII. V. P. Fr. ANTONIUS ARBIOL, Ordinis Minorum, deſignatus Epiſcopus Civitatenſis, de quo loquutus ſum numero 1684. Vir literis, & virtutibus

Clarissimus, plurimorum voluminum Author, laudatus est vivens à pluribus. Obiit die 31. Januarii, anno 1726. functus ætatis annis 74. mensibus 4. diebus aliquot. Illi solemnia justa persoluta sunt Cæsaraugustæ; laudatusque fuit Panegyrico funebri doctissimo, qui inscriptus est: *El Myslico Candelero del Serafico Tabernaculo*, Authore Reverendissimo P. Fr. Josepho Didaco de Lucia, Ordinis Minorum, edit. Cæsaraugustæ, 1726. in quarto, qui implet paginas septuaginta.

CDIX. Fr. ANTONIUS BACELAR, Redondelensis, Ordinis Minorum, in Opusculo inscripto: *Defensa Euangelica de la cognacion, y parentesco de Nuestro glorioso Apostol, y unico Patron de España Santiago el Mayor con Christo Redentor nuestro en quanto hombre*, pag. 12. edit. Conimbricæ, 1631. in quarto; paginâ illa 12. citat Benedictum Mendes de Parga & Andrade, Canonicum Lectoralem (ut vocant) Compostelanæ Ecclesiæ, & Inquisitorem Apostolicum in Regno Galleciæ, ut Authorem gravis, & docti Operis, de quo ait:

> *En el Prologo prueba con muchos textos del Derecho, y con muchos Doctores quanto perturban la paz de las Republicas, y el daño, que hazen en los Reynos los que inventan novedades, como esta de contradezir el Patronato de Santiago, y la tradicion de su venida a predicar a España.*

CDX. ANTONIUS CALDERON, Beacensis, Canonicus Toletanus, electus Archiepiscopus Granatensis: *Excelencias del Glorioso Apostol Santiago*, parte 1. lib. 1. cap. 1. pagina 2. edit. Matriti, 1658. De eo summâ cum laude agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Obiit Calderon ante diem duodecimum Januarii, anno 1654. Fuit vir addictissimus Beatæ Virgini Mariæ, pro cujus asserenda immaculata Conceptione quinque scripsit volumina, ex quibus duo tantum edita fuere.

ANTO-

CDXI. ANTONIUS DE HERRERA, *Historia del Rey D. Filippe II.* parte 1. lib. 8. cap. 5. relatus à Xodar, pag. 97. Magnis, sed meritis, laudibus ornatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispanâ, tom. 1. à pag. 100.

CDXII. ANTONIUS JOANNES GARCIA DE CARALPS, Canonicus Pœnitentiarius Ecclesiæ Barcinonensis, & Subcollector Apostolicus, in *Historia de S. Oleguer*, part. 1. cap. 40. §. 4. fol. 31. edit. Barcinone, 1617. in quarto. Hic Author, fol. 150. testatur sibi dixisse Magnum Baronium, ut scriberet argumenta pro Apostolicâ fundatione sacelli Cæsaraugustani, ne alii occasionem haberent dubitandi de nostrâ Traditione. Citatur ab Urquiôla, pag. 225.

CDXIII. ANTONIUS NEBRISSENSIS, in *Expositione Hymnorum*, edit. Granatæ, 1541. in quarto. Citatur à Pardo. Fuit Nebrissensis vir acerrimi judicii, cujus luculentissimum Elogium scripsit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. De eo etiam Andreas Scotus in suâ Bibliothecâ Hispaniæ, tom. 3. pag. 448. & affert Nebrissensis Elogium erudito Carmine scriptum ab Ario Barbosa Lusitano, quem vocat eruditissimum literatorum ejus ævi. Edit. Francofurti, 1608. in quarto.

CDXIV. ANTONIUS DE QUINTANADUEÑAS, Alcantarensis, S. J. in Opere inscripto *Santos de la Imperial Ciudad de Toledo*, cap. 7. fol. 31. edit. Matriti, 1651. in fol. Vir fuit laboriosissimus, plurium librorum Author, quem citavimus; scripsit jussu Archiepiscopi Toletani D. Balthasaris de Moscoso & Sandoval, S. R. E. Cardinalis. Illum merito Elogio ornat Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jesu.

CDXV. ANTONIUS TERRONES ET ROBLES, Illiturgitanus (hoc est, ex urbe *Anduxar*) in *Vita S. Euphrasii*, cap. 6. fol. 23. & 24. edit. Granatæ, 1657. in

quarto. Ejus meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

CDXVI. Fr. ANTONIUS DE YEPES, Monachus Benedictinus, ſui Ordinis graviſſimus Chronologus, in *Chronica Benedictina*, tom. 4. Centuria 4. cap. 2. fol. 43. edit. Cordubæ, 1613. in fol. De eo cum laude agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, & meritò; eſt enim unus ex Heroibus Hiſtoriæ Hiſpaniæ. Illiuſque laudes reſonant per univerſam Europam, ut animadvertit Reverendiſſimus P. Feijoo in Theatro Critico univerſali, tom. 4. Diſcurſu 14. §. 16. num. 49. pag. 396.

CDXVII. ANTONIUS ZIANCA, Abulenſis, in *Vita Sancti Secundi, primi Epiſcopi Abulenſis*, lib. 1. cap. 1. 2. & 3. edit. Matriti, 1595. in quarto.

CDXVIII. BALTHASAR AMADOR, in *Reſponſo pro Eccleſia de Pilari*, edit. Cæſarauguſtæ, 1605. Relatus à Clariſſimo Marzo, pag. 237.

CDXIX. BARTHOLOMÆUS LAURENTIUS, (vulgò *Llorent*) Longarenſis, in *Indice Authorum adventum Divi Jacobi in Hiſpaniam atteſtantium*, edit. Cæſarauguſtæ, 1591. tribus, & viginti foliis in quarto: licèt ſit breviſſimum hoc opuſculum, tamen ab omnibus plurimi fit; tanti eſt fuiſſe primum!

CDXX. Fr. BASILIUS PONCIUS, Legionenſis, ſplendor magnus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, in *Sermone de Conceptione B. Virginis*, dicto Salmanticæ. Refertur ab Illuſtriſſimo Aranaz, pag. 481. Fuit Baſilius verè Magnus omnium teſtimonio prædicatus. Pater Diana noſter, à Nicolao Antonio relatus, Baſilium dixit Theologum eminentiſſimum.

CDXXI. REVERENDISSIMUS P. FR. BENEDICTUS HIERONYMUS FEIJOO MONTENEGRO, (ut exiſtimo) Ovitenſis, Monachus Benedictinus, in mirabili

rabili Opere inscripto *Theatro Critico Universal*, tomo 4. Discursu 13. §. 12. num. 44. pagina 341. edit. Matriti, 1730. in quarto. Vir est hoc ævo celeberrimus, vastissimæ eruditionis, & acerrimi judicii.

CDXXII. BENEDICTUS PERERIUS, Valentinus, S. J. in Commentariis in Epistolam ad Romanos, cap. 15. Disput. 2. num. 8. pag. 559. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1620. in fol.

CDXXIII. Fr. BERNARDUS DE VARGAS, Hispalensis, Regii, & Militaris Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Chronologus, & in Curia Romana Procurator Generalis, in Chronici tomo 1. lib. 1. cap. 15. pag. 34. litera B, edit. Panormi, 1619. in fol.

CDXXIV. CALIXTUS III. Valentinus, Pontifex Maximus, quem retuli numero 2539. Eum amplissimis, summisque laudibus extollunt, quotquot scripsere de Vitis Romanorum Pontificum, & inter eos Georgius Josephus ab Eggs in *Pontificio Docto*, à pag. 624. Obiit Doctissimus Pontifex jam octogenarius.

CDXXV. CHRISTOPHORUS A' CASTRO, Ocaniensis, S. J. in *Historia Deiparæ Virginis Mariæ*, cap. 18. num. 6. pag. 444. edit. Compluti, 1605. in quarto. Infatigabilis industriæ, & studii, ut ait Nicolaus Antonius.

CDXXVI. CHRISTOPHORUS DA VEGA, Tabalensis, in Navarra natus, S. J. in *Theologia Mariana*, parte 1. Palestra 3. Certamine 5. num. 262. pag. 76. & parte 2. Palestra 35. Certamine 5. num. 2833. pag. 451. edit. Lugduni, 1653. in fol. Vir fuit virtute, & sapientia Clarissimus; obiit septem & septuaginta annos natus. Illius præclarum Elogium extat apud Sotuellum in Bibliothecâ Societatis Jesu.

CDXXVII. Fr. CHRYSOSTOMUS HENRIQUEZ, Matritensis, Monachus Cistertiensis, in *Me-*

nologio

nologio Cistertiensi, ad diem 5. Augusti, pag. 254. col. 1. edit. Antuerpiæ, 1630. in fol. Vir fuit stupendæ lectionis, & scriptionis; plures enim scripsit libros, quam vixit annos, nam libri illius sunt omnino quadraginta, & vixit tantummodo annos octo & triginta; quod vix credas, ut ait Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispanâ; de eo latè agit Carolus de Visch in Bibliothecâ Cistertiensi, à pag. 50.

CDXXVIII. D. Fr. DIDACUS ALVAREZ, in oppido, dicto *Medina de Rio Secco*, Ordinis Prædicatorum, Archiepiscopus Tranensis, in caput 53. Isaiæ, numero 19. Illius Elogium scribunt Ughellus in Italiâ Sacrâ, tom. 7. ubi de Archiepiscopis Tranensibus, col. 914. num. 57. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Quetif de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. pag. 481. Obiit Capularis senex, anno 1635. cùm natus fuisset medio circiter sæculo sexto decimo.

CDXXIX. DIDACUS ANTONIUS FRANCEZ DE URRITIGOITI, Cæsaraugustanus, Episcopus Balbastrensis, in *Pastorali interno*, parte 3. voto 12. relatus à Marzo. De eo cum laude agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDXXX. EMINENTISSIMUS D. D. DIDACUS DE ASTORGA, S. R. E. Cardinalis de CESPEDES, Archiepiscopus Toletanus, & Hispaniæ Inquisitor Generalis, in Edicto, dato die 28. Augusti, Divo Augustino sacra, anno 1720. quòd transcriptum reperitur apud Reverendissimum Urquiôlam, pag. 198. apud Clarissimum Marzo, pagina 230. & in *Chronica de la Provincia de Burgos del Orden de S. Francisco*, Authoribus Fr. Dominico Hernaes de la Torre, & Fr. Joanne Saenz Arquiñigo, lib. 5. cap. 6. edit. Matriti, 1722. & Italicam linguam translatum extat in Summario Romæ impresso, pro concessione

cessione Lectionum propriarum Officii Dedicationis Ecclesiæ Metropolitanæ Cæsaraugustanæ, pag. 23. Ejusdem gravissimi Edicti memini ego in *Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi*, numero 2142. & in Matre Admirabili, seu Appendice I. num. 2525.

CDXXXI. DIDACUS DE AVENDAÑO, Segoviensis, S. J. quem retuli numero 2133. Fuit *Vir præcellentis doctrinæ, prudentiæ, & virtutis*, ut ait Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jesu. Obiit in senectute bonâ.

CDXXXII. DIDACUS DE BAEZA, Pontferradiensis, S. J. in *Commentariis Moralibus in Euangelicam Historiam*, tomo 1. lib. 3. cap. 4. §. 2. pag. 151. edit. Lugduni, 1644. Vir Religiosissimus, à sacra eloquentia suo ævo celeberrimus, laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ, & à Sotuello in Bibliothecâ Societatis Jesu.

CDXXXIII. DIDACUS DE CASTEJON ET FONSECA, Matritensis, ex Episcopo Lucensi, Archidiaconus Talaverensis, vices gessit in Archiepiscopatu Toletano, Cardinalis Infantis Ferdinandi Austriaci, post cujus mortem supremo Hispaniæ regimine, hoc est, magna Castellæ Senatus Regii Præfectura ornatus fuit, tandemque Episcopus Turiasonensis in Aragonia, in libro inscripto: *Primacia de la Santa Iglesia de Toledo*, part. 1. cap. 8. §. 2. pag. 40. edit. Matriti, 1645. in fol. De eo scripsit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, & Ægidius Gonzalez de Avila in *Theatro Sanctæ Ecclesiæ Lucensis*, pag. 194.

CDXXXIV. DIDACUS DE CASTILLO, Salmanticeus, quem retuli numero 1582. Laudatur ab omnibus, qui post ipsum scripsere de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDXXXV. DIDACUS DE CASTILLO ET ARTIGA,

ARTIGA, Navarrus, Tudelensis, ex Episcopo Carthagenæ, & Truxilli, utriusque in Americâ, quin in alterutra Ecclesia sacra administrasset, Archiepiscopus S. Fidei, seu Regni novi Granatensis, in *Alphabeto Mariano*, verbo *Apostoli*, §. 147. edit. Lugduni, 1669. in quarto. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDXXXVI. DIDACUS DAZA, Colmenarensis, S. J. in *Commentatione in Epistolam Sancti Jacobi Apostoli*, Prologomen. §. 5. pag. 13. edit. Compluti, 1626. in folio. Fuit vir gravissimus, & Doctissimus, qui vel cum esset Scholasticus, plurimi fiebat ab aquila Theologorum Magno Gabriele Vasquez. Illius justa bis celebrata fuere Panegyrica Oratione in defuncti laudem. Eum singulari Elogio ornat Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jesu.

CDXXXVII. Fr. DIDACUS GRATIA, Eremita Augustinianus, *Sermone de Sancto Jacobo*, relatus ab Illustrissimo Aranaz, pag. 481. num. 38. & in *Historia de N. S. del Portillo*, cap. 1. & in *Sanctorali*, Sermone 6. de Patrocinio, pag. 7. quibus in locis citatur à Marzo, pag. 241. nisi sint duo Authores cognomines; quòd plane ignoro; cùm neutrius invenerim alibi notitiam.

CDXXXVIII. V. P. Fr. DIDACUS MURILLO, Cæsaraugustanus, Ordinis Minorum, quem retuli à numero 1608. Laudatur ab omnibus, qui post ipsum scripsere de sacello Cæsaraugustano à *Columna* dicto, vel de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam. Plura illius opera recensent Wadingus in Scriptoribus Ordinis Minorum, & Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Ejus meminit Abbas Lenglet du Fresnoy, tomo 4. Methodi pro addiscenda Historia, pag. 344. ubi dicit Historiæ Dominæ Nostræ de Columna devotissimè addictam esse totam Hispaniam. Legantur præterea, quæ dixi numero 2076. circa revelationem factam V. P. Murillo.

DIDA-

CDXXXIX. DIDACUS DE SAAVEDRA FAXARDO, Murciæ natus, D. Jacobi Militiæ Eques, ſacræque huic Apoſtolo almæ Cathedralis Eccleſiæ ſacrorum Collegarum Sodalis, publici juris, politicæque artis prudentiſſimus, ac diſertiſſimus, ingenioſiſſimuſque, quem vocavit unum ex maioribus Geniis ſui ſæculi Advocatus Ron, qui in linguam Gallicam tranſtulit illius librum de Principe Chriſtiano, dicavitque Delphino, filio Ludovici XIV. Galliarum Regis, anno 1668. Tantus igitur Author teſtatur Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, ab ipſoque erectum ſacellum Cæſarauguſtanum, ut videre eſt in illius libro inſcripto *Corona Gothica*, cap. 2. ad annum Chriſti 412. pag. 19. edit. Antuerpiæ, 1658. in quarto. De eo agit D. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, Aubertus Miræus, ſæculo XVII. & alii.

CDXL. Fr. DIDACUS A' S. TERESIA, Eremimita Auguſtinianus Nudipes, in libro inſcripto *Ara de Dios*, oratione 3. fol. 79. relatus à Marzo, pag. 241.

CDXLI. DOMINICUS GARCIA, Aragonenſis, Canonicus Cæſarauguſtanus, in Opere inſcripto: *Propugnacula validiſſima Religionis Chriſtianæ contra obſtinatam perfidiam Judæorum*, Propugnaculo 9. cap. 5. à pag. 639. edit. Cæſarauguſtæ, 1606. in quarto.

CDXLII. V.P.Fr. DOMINICUS A' JESU MARIA, RUSOLA, Bilbilitanus, Carmelita Nudipes, de quo egi numeris 2075. 2450. & 2451. ubi attuli revelationem, quam ille habuit de Apoſtolicâ fundatione ſacelli Cæſarauguſtani. Quis, & quantus fuerit Venerabilis hic Pater, nemo doctus eſt, qui ignoret. De eo latiſſimè agitur in Chronicis Patrum Carmelitarum Nudipedum, non ſolùm Hiſpanicis Franciſci à Sancta Maria, & Fr. Joſephi à S. Tereſia, ſed etiam Latinis Petri à S. Andrea. Illius vitam ſcripſit Latinè Magnus Caramuel, libroque

inditus est hic titulus: *Dominicus*, sive *Historia Venerabilis P. Dominici à Jesu Maria, Carmelitani Excalceati, monitis asceticis, & politicis exornata*, edit. Viennæ apud Cosmeronium, 1654. in folio. Hispanicè verò D. Fr. Antonius Augustinus, Episcopus Albarracinensis, ut dixi numero 2075.

CDXLIII. Fr. DOMINICUS DE SOTO, Segoviensis, Ordinis Prædicatorum, in *Commentariis in Epistolam ad Romanos*, cap. 15. edit. Salmanticæ, 1551. in fol. Vir fuit, qui parem, aut certè superiorem habuit neminem. Præclaris Elogiis ornatur ab omnibus. Fuit *Doctrina clarus, pietate clarior, vita, & moribus clarissimus*, ut scribit Fr. Alphonsus Fernandes Placentinus in Concertatione Prædicatoriâ, pag. 350. edit. Salmanticæ, 1618. in folio. Latè de ipso agit Fr. Ambrosius de Altamura in Bibliothecâ Dominicanâ, ad annum 1560. à pag. 318. & in Appendice ad eundem annum, pag. 541. Nonnulla de ipso scribit Fr. Vincentius Maria Fontana, in Monumentis Dominicanis, part. 4. cap. 9. ad annum 1560. pagina 509. De eo accuratè scripsit Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. à pag. 171. & Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDXLIV. EMMANUEL GONZALES TELLES, Salmanticæ natus, in Notis ad cap. *Relatum, de his, quæ vi, metusve causa fiunt*, num. 2. ubi dicit: *Non minus celebre est apud omnes nationes templum Beatæ Mariæ adhuc viventi ab Apostolo D. Jacobo dicatum, vulgò* del Pilar de Çaragoça, *quod construxit jussu Deiparæ Virginis super Columna, seu Pilari, inter Angelorum cantus visibiliter apparentis.* Pro quibus deinde plures refert Authores. Fuit Gonzales in Salmanticensi Academiâ Collegii Maioris Conchensis Alumnus, & antiquioris Vespertinæ sacrorum Canonum Cathedræ proprietarius Interpres, in Pinciano Sanctæ Inquisitionis

nis

nis Tribunali Inquiſitor Apoſtolicus, & in ſupremo S. Inquiſitionis Senatu Conſiliarius. Eſt Author graviſſimus, & eruditiſſimus. De vitæ ſuæ progreſſu non nihil ipſe ſcribit in Epiſtolâ, quâ dedicat ſua Commentaria in quinque libros Decretalium Auguſtiſſimæ Virgini, cui à teneris annis fuit addictiſſimus. Ejus meminit Cardinalis Aguirre, tomo 1. Conciliorum Hiſpaniæ, pag. 3. ubi illum meritò laudat, & nemo eſt, qui de eo loquatur ſine præclarâ nominis commendatione.

CDXLV. Fr. EMMANUEL DA GUERRA ET RIBERA, Matritenſis, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in Opere inſcripto: *Feſtividades de Maria*, tom. 1. Oratione 5. num. 70. & tom. 2. Oratione 33. num. 100. Barcinone, ſine anno edit. pag. 449. ubi dicit Beatiſſimam Virginem viventem veniſſe Cæſarauguſtam, ibique reliquiſſe *Columnam*; & tom. 7. ſive *Oraciones Varias*, Sermone de Sancto Jacobo Maiore, num. 41. pag. 222. edit. Matriti, 1718. in fol. Fuit Author natus Matriti, anno 1639. ibique Trinitario Ordini adſcriptus: fuit Doctor Theologus, & Philoſophiæ Anteceſſor in Academiâ Salmanticenſi, Regis Catholici Caroli II. Concionator, & deſignatus Theologus, Examinator, & Theologus Nunciaturæ Apoſtolicæ, Examinator Synodalis Archiepiſcopatûs Toletani, Miniſter Provincialis Provinciæ Caſtellæ, Legionis, & Navarræ, Vir Doctiſſimus, Oratorum Hiſpaniæ diſertiſſimus, quem non ſolùm Matritenſis Aula, ſed etiam Ulyſſiponenſis audivit maximo cum plauſu. Tandem ſe morti paraturus ſeceſſit in ſolitarium Aſceterium Dominæ Noſtræ de Texeda, ex quo cogente morbo, cui in ſolitudine deficiebant Medici, & remedia, receſſit in Valentinum Monaſterium ſui Ordinis, licèt non ſuæ Provinciæ, quo ſtatim obiit, editis eximiis pietatis documentis, die Sabbati, ut opta-

verat, eo quòd ea dies dicata esset Augustissimæ Virgini Mariæ, quam per totam vitam tenerrimè dilexerat, diligenterque coluerat, die *19.* Januarii, anno *1692.* ætatis 53. Illi in Matritensi Monasterio, quo Religiosum dixerat Sacramentum, Justa sunt incredibili mortalium frequentia persoluta, confluente magno Optimatum, omniumque Ordinum Magistrorum numero. A' sapientissimo Magistro Giberto, ejusdem Ordinis, dicta est Oratio funebris, eademque eloquentissima, quæ inscribitur *Segundo dolor.* A P. Fr. Josepho de Medina confectum est Opusculum, trecentis & quinquaginta distichis, conflatis ex Versibus Ovidii; æquum enim erat, ut Versus disertissimi Poetæ verterentur in laudes disertissimi Oratoris. Opusculo est titulus: *Ovidio-Centones pro exequiis celebratis in Conventu Matritensi Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in Funere Reverendissimi P. Magistri Fr. Emmanuelis de Guerra & Ribera* &c. Extat hoc Opusculum in vestibulo primi tomi Orationum Euangelicarum Quadragesimalium ipsius Patris Guerra, edit. Matriti, *1699.* in folio, in quo etiam visitur Clarissimi illius Oratoris effigies, opere Calchographico expressa. Approbationes multiplices septem voluminum in folio, per quæ digestæ sunt biscentum & quadraginta Orationes maximi hujus Viri, sunt totidem illius Panegyrici, præcipuèque illa, quam scripsit P.Fr.Mathias Antonius Navarrus & Aguilar, ejusdem Ordinis, quæ præfixa est tom.*6.* complectenti Orationes varias. Illa autem septem volumina sic distincta sunt: I. continet 34. Orationes de Beata Virgine Maria. II. 35. Orationes de eadem Beata Virgine. III. 22. Orationes Quadragesimales. IV. 23. Orationes Quadragesimales. V. *39.* Orationes Regias. VI. 42. Orationes varias. VII. 45. Orationes varias. Hæc diligentiùs scripsi, quia hujus Oratoris disertissimam eloquentiam maximè veneror.

REVE-

CDXLVI. REVERENDISSIMUS P. FR. EMMANUEL MARIANUS RIBERA, Ordinis S. Mariæ de Mercede, in *Allegatione Apologetica*, editâ Barcinone, 1620. pagna 36. Hoc opus non vidi, ſed invenio citatum apud Illuſtriſſimum Aranaz, pag. 484. & Reverendiſſimum Urquiôlam, pag. 240. utrobique cum eximiâ commendatione Authoris omni laude digniſſimi, quocum Barcinone fœdus amicitiæ inii anno 1712. & à quo accepi libros, quos jam eo tempore ediderat; apud ipſumque legi non ſine mirificâ voluptate ſpecimina aliorum operum, quæ tunc editioni parabat diligentiſſimus Author, qui ſuperiori anno mihi obtulit duo egregia volumina, quæ poſt meum diſceſſum ex illâ urbe in lucem emiſerat, pro quibus ipſi gratias egi, nolui tamen ea ad me tranſmitti, quia jam ipſis fruebar: eorum primum eſt: *Real Patronato de los Sereniſſimos Señores Reyes de Eſpaña en el Real, y Militar Orden de Nueſtra Señora de la Merced Redencion de Cautivos*, edit. Barcinone, 1725. in fol. implet pag. 618. præter Indicem. Secundum eſt: *Centuria primera del Real, y Militar Inſtituto de la inclita Religion de Nueſtra Señora de la Merced Redencion de Cautivos*, parte I. edit. Barcinone, 1726. implet pag. 636. Utrumque volumen eſt ſummi laboris opus, refertumque pretioſiſſimis monumentis, ingentique numero Diplomatum utiliſſimorum. Doctiſſimus Author eſt Ex-Provincialis Regnorum Cataloniæ, Aragoniæ, Navarræ, & Sardiniæ, Examinator Synodalis Epiſcopatûs Barcinonenſis, & Regii ſui Ordinis Generalis Chronologus. Laudatur à graviſſimis Scriptoribus hujus ſæculi, & inter eos à Reverendiſſimo P.D. Joſepho Barboſa, Clerico Regulari, (de quo ſupra dixi in hac Sylloge, num. 392.) in egregio Opere inſcripto: *Catalogo das Rainhas de Portugal*, pagina 269.

FER-

CDXLVII. FERDINANDUS, Aragoniæ Rex II. Castellæ verò V. cognomento *Catholicus*, in Privilegio dato Methinæ del Campo 12. Aprilis, anno 1504. cujus verba profert Clarissimus Marzo, à pag. 33. ipsumque legi in Regio Tabulario Barcinone. Diversorio 10. anno 1499. usque ad 1505. pag. 308. docet Reverendissimus modo laudatus P. Ribera, relatus à Reverendissimo Patre Urquiôla, pag. 241. Fuit Ferdinandus Rex sapientissimus, regnandique artis peritissimus. Ejus res gestas scripsit, ante alios, Antonius Nebrissensis, duplici Decade, edit. Granatæ, 1545. in folio: deinde Francofurti, 1579. & postremò Francofurti, anno 1603. tomo 1. Hispaniæ Illustratæ Andreæ Schoti; quæ in linguam Hispanam translatæ prodierant Pinciæ, 1565. in fol. Disertissimum Opusculum in illius laudem edidit Balthasar Gracian, Societatis Jesu, sub fratris sui Laurentii Gracian, inscriptum *El Politico D. Fernando el Catholico*, Cæsaraugustæ, 1641. quod postea prodiit 2. volumine operum ejusdem Gracian, Matriti, 1664. in quarto, & Antuerpiæ, 1702. in quarto.

CDXLVIII. Fr. FERDINANDUS CAMARGO ET SALGADO, Matritensis, Eremitarum Sancti Augustini Chronographus, in *Epitome Historial*, ad annum Christi 52. fol. 20. edit. Matriti, 1641. cujus Operis non meminit Fr. Antonius à Purificatione in libro inscripto *Montes de Coroas*, pag. 542. num. 7. (ubi de hoc suo Symmista, cujus & alia Opera prætermittit) nec Nicolaus Antonius, & tamen ego illud legi; ut inde constet, quàm infirmum sit argumentum à silentio Authorum, cùm oblivio in quempiam Scriptorem cadere possit; ut ego in me ipso expertus sum, dum in Catalogo Pontificum, & Cardinalium Lusitanorum, agens de Illustrissimo D. D. Roderico à Cunha, recensensque illius Opera, prætermisi

misi Opusculum inscriptum: *Advertencias ao Jubileo*, edit. Conimbricæ, 1620. in quarto. Cùm tamen non solùm legerim, sed habeam illum libellum; & quod magis est, cùm animadvertissem illam omissionem nuper, cùm scriberem hanc Syllogen, & devenissem ad allegandum illum Clarissimum Antitistem (ut feci numero 392.) statuissemque mentionem facere illius Opusculi, iterùm oblitus sum ejusdem.

CDXLIX. FERDINANDUS DE MENDOÇA, in Opere eruditissimo *De Concilio Illiberitano confirmando ad Clementem VIII.* lib.1.cap.10.pag.312. tom.1. Collectionis Conciliorum Hispaniæ, cum notis &c. Cardinalis de Aguirre, edit. Romæ, 1693. in fol. Præclarum Mendocæ Elogium, licèt brevissimum, scripsit Cardinalis de Aguirre, extatque eodem tomo 1. Concilior. Hispaniæ, pag.240. Hoc Mendocæ opus editum Matriti, 1594. in folio, quod redditum erat rarissimum, unde carissimo pretio emebatur, recudi curaverat novis Commentariis illustratum Emmanuel Gonzales Telles, editumque fuit Lugduni, 1665. in folio, quæ non minima est operis, & Authoris laus: utrumque exemplar vidi, tam antiquum, quàm recentius, sed neutrum nunc penes me habeo, soloque utor exemplari Cardinalis Aguirre.

CDL. Fr. FERDINANDUS DE OXEA, Auriensis, Ordinis Prædicatorum, quem produxi numero 1606. ubi hunc Authorem decimo octavo loco produxi, quia anno 1615. ediderat Historiam Sancti Jacobi, postquam septendecim alii Authores descenderant in arenam pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi; eodemque numero dixi Oxeam pro illâ scripsisse, sed non edidisse eo anno illam lucubratiunculam, idque scripsi deceptus ab eodem Oxea, qui in illius Historiæ Prologo ad Lectorem, num.2. ait se scripsisse ea de re quemdam brevem

vem tractatum, & in Epistolâ ad Archiepiscopum Compostellanum dicit se anno 1602. scripsisse Defensorium Adventus Sancti Jacobi in Hispaniam, tamen utrobique tacet illud Opusculum fuisse typis mandatum. Cùm verò animadverterim in Nicolai Antonii Bibliotheca Hispaniæ, Oxeam illud Defensorium in vulgus edidisse anno 1602. hoc satis est, ut hic Author collocetur ante Didacum de la Mota, quem numero 1572. dixi sextum fuisse Defensorem Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi; nam Mota typis tradidit opus suum anno 1604. cùm jam Oxea edidisset in vulgus Defensorium suum, anno 1602. quo Jacobus Valdesius, quem quinto loco produxi, num. 1571. Fr.Ferdinandum Oxeam fuisse virtutibus, ac literis pollentem scribit Fr. Alphonsus Fernandes in Concertatione Prædicatoriâ, pag. 358. sed dum dicit fuisse Americanum, fallitur, nam ipse Oxea in Epistolâ ad Capitulum Compostellanum, & in Prologo jam citato scripsit se natum esse in Hispaniâ, in Galleciâ.

CDLI. VENERABILIS P.FRANCISCUS ARIAS, Hispalensis, Societatis Jesu, in Opere de *Profectu Spirituali*, parte 1. tract. 4. *de Imitatione B. Virginis Mariæ*, cap. 30. pag. 394. edit. Valent. 1588. in quarto. Hunc tractatum primò, deinde omnia Opuscula ejusdem Authoris commendat Hieremias Drexelius in Opusculo inscripto: *Nicetas*, seu *Triumphata incontinentia*, lib.2. cap. 3. §.2. Et quod magis est, eadem Patris Francisci Arias Opuscula consulit semper præ manibus habenda S. Franciscus Salesius, eodem loco, quo haberi jubet libros S.Bonaventuræ, Confessiones S. Augustini, & Epistolas Sancti Hieronymi, Ecclesiæ Doctorum, ut videre est in ejusdem Sancti Francisci Introductione ad vitam Devotam, parte 2. cap. 17. Fuit Arias vir eximiæ virtutis, de quo hono-

honorificentiſſimè ſcribunt Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, & Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jeſu. Nadaſi in *Anno dierum memorabilium Societatis Jeſu*, ad diem 23. Maii, pag. 280. Illius vitam ſcripſit Joannes Euſebius Nieremberg in *Firmamento Religioſo*, ſeu in *Vitis Illuſtrium virorum Societatis Jeſu*, à pagina 638. edit. Matriti, 1644. in fol.

CDLII. REVERENDISSIMUS P.FR.FRANCISCUS DE BERGANÇA, Monachorum Benedictinorum florentiſſimæ Congregationis Hiſpaniæ, & Angliæ Digniſſimus, & vigilantiſſimus Abbas Generalis, in eruditiſſimo Opere inſcripto *Antiguidades de Heſpaña*, tom. 2. lib. 6. cap. 1. à num. 53. 29. edit. Matriti, 1721. in fol. Egregio hoc Opere pretioſiſſimis Anecdotis pleno promeruit Author, dum vivit (vivatque diù) accenſeri Heroibus Hiſtoriæ Hiſpanæ. Opus laudant noſtri ſeculi lumen, Clariſſimus D. Ludovicus de Salazar & Caſtro, cujus memini num. 1500. & Reverendiſſimus P. Fr. Paulus Yanes de Avilez, Chronographus Ordinis Ciſtertienſis, cujus latentis ſub nomine Pauli de Oſſera, memini num. 1686. & latiùs infra num. 566. plureſque alii hujus temporis Scriptores. Ego etiam in hoc Opere non ſemel, & ſi non pro eximiis tanti Viri meritis, Reverendiſſimum Bergançam laudavi, ut videre eſt num. 898. 2051. 2635. 2722. & 2788.

CDLIII. Fr. FRANCISCUS DIAGO, Balſinenſis, (ut ille ſe nuncupare conſueverat) ex Oppidi *Bibel* Regni Valentini, Ordinis Prædicatorum, in *Hiſtoria Comitum Barcinonenſium*, libro 6. cap. 6. edit. Barcinone, 1603. in fol. relatus à Pellicer, columna 651. Fuit Regius Aragoniæ Regnorum Chronographus. Ipſum meritis laudibus à literis, & pietate cumulat Fr. Alphonſus Fernandez Placentinus, in Concertatione Prædicatoriâ, pag. 357. col. 2.

Iiiiiii Com-

Commendatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ; & novissimè à Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tomo 2. pag. 397. Hæc Comitum Barcinonensium Historia laudatur ab Abbate Lenglet in *Methode pour étudier l' Histoire*, tomo 4. pag. 344.

CDLIV. FRANCISCUS DIDACUS DE SAYAS RABANERA ET ORTUBIA, Chronographus Regni Aragoniæ, in *Annalibus Aragoniæ*, cap. 62. pag. 429. edit. Cæsaraugustæ, 1666. in fol. Laudatus fuit à Lupo de Vega Carpio in *Laurel de Apolo*, circa finem silvæ 2. Fuit in re Historicâ non vulgaris eruditionis. Elegans Operis, & Authoris Elogium scripsit Vir eruditissimus Josephus Pellicer & Tovar, quod extat in vestibulo illius voluminis Annalium. De Authore meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, tomo 2. Appendice 2. pag. 323.

CDLV. FRANCISCUS GARAU, Societatis Jesu, in *Maria Deipara elucidata*, parte priore, Triumpho 12. §. 1. pagina 246. col. 1. num. 343. edit. Barcinone, 1686. in fol. Editum fuit hoc opus etiam Lugduni, 1688. Vir fuit eruditissimus, & disertissimus, ut constat non solùm ex Opere citato, sed ex iis, quæ scripsit Hispanicè sæpius recusis; cùm tamen scripserit pluribus annis post editas Bibliothecas S. J. & Hispaniæ, & Marianam, in illis ejus mentio reperiri non potest. Multa tamen in illius laudem mihi dixit anno 1712. Barcinone Reverendissimus P. Dominicus Navasquez, S. J. Rector Collegii Barcinonensis, cujus in me humanitatem, ut nunquam oblivisci, ita haud unquam potero gratiam referre.

CDLVI. REVERENDISSIMUS P. FRANCISCUS GARCIA DE PALACIOS, ex doctissimo Ordine Clericorum Regularium Minorum, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, (ut vocant) Examinator Synodalis,

lis, Epiſcopatus Pampelonenſis, ſui Ordinis Chronologus Generalis, in libro inſcripto: *Columna Virginal Angelica, y Apoſtolica, levantada en el ſuelo Eſpañol antes del glorioſo tranſito de la miſma Auguſtiſſima Virgen, Madre de Dios, ſus Santos Angeles, el Apoſtol Santiago, y ſus Diſcipulos Santos. Diſceptacion Hiſtorico-Apologetica de la Fundacion de ſu Real Santuario, Camara Angelica, y Apoſtolica del Pilar en Zaragoza. Parte 1. Demonſtracion ſencilla de los ſolidos fundamentos, que le affianzan deſde ſu Apoſtolico ſiglo, al nueſtro. Parte 2. Sincera Criſi de los reparos, y eſcrupulos ſobre ſus antiquiſſimas Tradicion, y Hiſtoria*, M.S. Refertur à Clariſſimo Marzo. Totum titulum hujus Operis tranſcripſi, ut conſtet hunc Authorem eſſe unum ex iis, qui exertis viribus pugnant pro Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi, quem libentiſſimè collocaſſem in Aſſertione 51. meæ Diſſertationis, ſi quando eam ſcripſi, quidpiam reſciviſſem de aureo hoc Opere, quod eſſe luce digniſſimum minimè dubitandum exiſtimo. Nihil profectum à calamo hujus Authoris vidi præter ſatis eruditam cenſuram octavi tomi ſæculorum Hieronymianorum, ipſi tomo præfixam.

CDLVII. FRANCISCUS GARCIA DE VALLE, Calagurritanus, S.J. in *Euangelico Concionatore, & novi hominis inſtitutione ex Doctrina verbi Dei*, tom.1. Diſcurſu 76. num. 24. & 25. edit. Lugduni, 1622. relatus à Clariſſimo Marzo, pag. 244. De eo agunt Alegambe, Nicolaus Antonius, & Nathanael Sotuellus in ſuis Bibliothecis. Obiit Matriti, infra octavam Sancti Jacobi Maioris, in pervigilio Sanctiſſimi Parentis ſui Ignatii, anno 1656. in ſenectute bona, octogenario maior.

CDLVIII. Fr.FRANCISCUS A' JESU ET XODAR, Beatienſis, Ordinis Sanctæ Mariæ de monte Carmelo, quem adduxi num. 1592. Fui Vir graviſſimus,

& doctissimus, Concionator Regum Hispaniarum Philippi Tertii, & Quarti, huic intimè carus, ab eoque maximis negotiis adhibitus, Infulas sibi sæpius oblatas constantissimè recusavit. Ejus honorificentissimam mentionem facit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Opus, quo ipse probavit Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, laudatur ab Hieronymo Pardo, in Opere inscripto: *Excelencias del glorioso Apostol Santiago*, parte 2. lib.3. cap.5. num.5. pag.29. columna 2.

CDLIX. FRANCISCUS LOPES, Cæsaraugustanus, Societatis Jesu, *Sermones varios*, tom. 2. Sermone 9. de *B. Maria Virgine à Columna*, à pag. 192. ad paginam 217. edit. Matriti, 1684. in quarto. Natus Cæsaraugustæ, anno 1648. die 3. Aprilis (quo hæc me scribere contigit hoc anno 1731.) Societatem Jesu ingressus in Collegio Oscensi, die 7. Maii, anno 1663. studiis operam dedit in Collegiis Urgelitano, Maioricensi, Illerdensi, & Cæsaraugustano Aragoniæ Provinciæ; incepit munus Oratoris Euangelici Cæsaraugustæ, anno 1676. anno autem 1684. electus est ad munus Confessarii Melchioris de Navarra, & Rocafful, Ducis Peralatæ, Proregis Regni Peruviani, post quam prælo dedisset duo volumina Concionum, parassetque duo alia, quæ ex Censorum manibus erepta, secum in novum Orbem asportavit, ne Authoris absentia maiorem errandi libertatem Typographis largiretur. Tertium Limæ editum est; licèt nunquam illud viderim, sed ipse Author ad asserit in Prologo Opusculi, quod inscripsit *La preciosa Margarita*, edit. Limæ, 1688. in 12. Quem aureum libellum mihi dono dedit Illustrissimus D. D. Emmanuel Lambertus Lopes, Authoris frater, Episcopus Terulensis, (urbis vulgò *Teruël*) qui ut audivit me ad eam urbem eo die pervenisse cum Excellentissimo D. D. Petro de Almeida,

meida, (nunc Comite Assumaris) Lusitanas copias ex Cathalonia reducente anno 1713. statim me convenit, & in palatium suum deduxit, hospitioque excepit lautissimè, & suavissimis, eruditissimisque colloquiis recreavit; erat enim humanissimus, & eruditissimus, & per novemdecim annos extiterat Sacrorum Canonum Antecessor in Academiâ Cæsaraugustanâ; extiteratque Inquisitor Apostolicus in Regno Aragoniæ. Vir à prudentia, & à liberalitate in pauperes laudatissimus; cùm esset Ecclesiasticorum proventuum dives, non argenteis, sed fictilibus vasis utebatur, sed sacra illius supellex à pretio, & artificio commendabilis. Domesticum sacellum ornatissimum B. Mariæ à Columna (cui ille addictissimus erat) dicatum. Frater erat D. Joannis Ludovici Lopes, Marchionis del Risco, qui curavit edi in lucem primum volumen Sermonum P. Francisci Lopes, utriusque fratris, in cujus vestibulo scripsit pleraque à nobis de eloquentissimo Authore dicta, cujus librorum censuræ sunt luculentissima elogia. Quæ de Illustrissimo Episcopo dixi, ideo scripsi, ut hîc permaneret memoria animi mei, erga vita functum præstantissimum virum, gratissimi.

CDLX. VENERABILIS P. FR. FRANCISCUS A' S. MARIA, Granatensis, Ordinis Fratrum Excalceatorum Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo: *Reforma de los Descalços de Nuestra Señora del Carmen de la primitiva Observancia*, tom. 2. lib. 8. cap. 16. num. 4. pag. 456. edit. Matriti, 1655. in fol. Fuit non solùm sectator, sed consanguineus S. Teresiæ de Jesu. Hujus Doctissimi Authoris vita scripta fuit in Prologo ejusdem secundi tomi, qui prodiit posthumus, à Fr. Josepho à Sancta Teresia. Deinde scripta est à Reverendissimo P. Fr. Emmanuele à Sancto Hieronymo, ejusdem successore, in munere Chronologi Generalis, in *Reforma de los Descalços de Nuestra Señora del Carmen*,

Carmen, tomo 6. lib. 25. cap. 8. & sex sequentibus, à pag. 506. usque ad 543. cùm natus esset die 13. Augusti, anno 1567. piè obiit die 11. Septembris, anno 1649. annum ætatis agens 83.

CDLXI. FRANCISCUS MOSTAZO, Alvearensis, tomo 2. de Causis Piis, lib. 5. cap. 1. num. 20. edit. Lugduni, 1686. in fol. Fuit Jurisconsultus magni nominis, ejusque libri magni fiunt ab omnibus in foro versantibus.

CDLXII. Fr. FRANCISCUS DE OSSUNA, Bæticus, Ordinis Minorum, in *Sermonibus de Sanctis*, Sermone de Sancto Jacobo Maiore. Refertur à Marieta, num. 31. Fuit Vir doctrina, & pietate insignis, ut de eo ait Wadingus, in Scriptoribus Ordinis Minorum, pag. 127. Fusiore Elogio ipsum ornat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, tomo 1. pag. 347. ubi dicit à S. Teresia commendatum fuisse aliquod Ossunæ opus, sed neque dicit quodnam illud fuerit, neque quo loco eam commendationem scripserit Seraphica ea Virgo, Cælestis doctrinæ Magistra. Utrumque hic exponam. Opus Ossunæ laudatum à S. Teresia, fuit tertia pars Abecedarii Spiritualis; quantum per illud profecerit, exponit Sancta Mater in Vita sua, cap. 4. dicitque librum illum sibi donatum fuisse à patruo quodam suo, de quo capite 3. dixerat, fuisse virum admodum prudentem, & magnarum virtutum, & ita vitam finiisse, ut Sancta ipsa crederet ipsum frui Deo; quæ etiam est non minima laus libri ab ipso donati, ejusque Authoris Ossunæ.

CDLXIII. FRANCISCUS DE PADILLA, Antiquariensis, quam produxi num. 1575. Fuit Doctor Theologus, & in Lyceo Hispalensi Primarius hujus scientiæ Professor; de eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Obiit anno 1607. die 15. Maii, qua Martyrolo-

tyrologium Romanum meminit ſeptem Sanctorum, quos conſtat fuiſſe Diſcipulos Sancti Jacobi Maioris.

CDLXIV. FRANCISCUS DE PISA, Toletanus, *Hiſtoria de Toledo*, parte 1. lib. 2. cap. 4. pag. 71. edit. Toleti, 1617. Fuit Sacræ Theologiæ, liberaliumque Artium in Toletana Academia Decanus, Pontificiique Juris Doctor, qui eodem capite 4. ait:

> *Nemini uni ex iis, qui Templi Cæſarauguſtani miraculoſam ab apparitione Virginis fundationem inter figmenta cenſuiſſent, optabilem è vivis exitum contigiſſe.*

Ipſe autem Piſa *obiit anno ætatis LXXXIII. humanæ ſalutis 1616. in Segovienſi Urbe, in cujus alma Eccleſia erat Canonicus, cum magna pietatis exiſtimatione*, ut ſcribit Nicolaus Antonius.

CDLXV. FRANCISCUS DE QUEVEDO ET VILLEGAS, natus Villænovæ-Infantum, Jacobææ Militiæ Eques, in Opuſculo inſcripto: *Memorial por el Patronato de S. Tiago*, quod extat tomo 2. Operum ipſius Authoris, à pag. 107. edit. Antuerpiæ, 1699. in quarto. Ad hunc Authorem ſcripſit D. Franciſcus Emmanuel de Mello, epiſtolam 50. Centuriæ 2. Vir fuit eruditione inſignis, obiitque editis non vulgaris pietatis argumentis, die 8. Septembris, anno 1645. quo celebratur Nativitas Beatiſſimæ Virginis, & quo in cœlum abiit S. Thomas de Villanova, cui Quevedo fuerat addictiſſimus, & cujus ediderat vitam. Decimo poſt quam ſepultus fuit anno, apertum eſt illius ſepulchrum, inventumque corpus integrum, & incorruptum. Illius laudes proſequitur Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, & latiùs Petrus Aldrete de Quevedo & Villegas in Alloquutione ad Lectorem, quæ extat in veſtibulo primi tomi Operum Franciſci de Quevedo, editionis Antuerpienſis jam citatæ. Illius vitam ſcripſit Abbas Paulus Antonius

tonius de Tarsia, ediditque Matriti, anno 1663. in octavo.

CDLXVI. Fr. FRANCISCUS S. R. E. Cardinalis QUIGNONIUS, vulgò de *Quinhones*, in *Breviario Romano* hortatu Clementis VII. confecto, & à Paulo III. approbato, in *Festo Sancti Jacobi*, Lectione 3. edit. Lugduni, 1543. in folio. Fuit patriâ Legionensis, sanguine illustris, professione Minorita, totius Ordinis Minister Generalis, Carolo V. Imperatori à Confessionibus; tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Crucis in Hierusalem, & Episcopus Cauriensis. De eo, ut Cardinale, agunt omnes, qui de Cardinalibus ejus temporis scripsere. De eo, ut Scriptore, Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, & Lucas Wadingus in Scriptoribus Ordinis Minorum. De ipso denique, ut virtutibus coruscante, Arturus à Monasterio, in Martyrologio Franciscano, ad diem 21. Septembris, ubi ait:

> *Romæ Beati Francisci Quignonii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Cauriensis Episcopi, humilitatis, orationis, modestiæ, & temperantiæ dono singularis: cujus anima visa est ad cœli gaudia deduci.*

Mos est Arturi vocare Beatos, omnes de quibus meminit in suo Martyrologio, licèt sint solùm Venerabiles, neque hoc loquendi modo vult significare omnes eos fuisse ab Ecclesia in album Beatorum relatos. In Commentario hujus diei latè excurrit per eximias Cardinalis Quignonii virtutes, & plures producit Authores ipsum laudantes, quibus addo elegantissimum Chronologum Fr. Andream de Guadalupe in *Historia Provinciæ Angelorum Regularis Observantiæ*, lib. 6. cap. 13. usque ad 36. finemque libri, à pag. 219. usque ad 267. hac inclusa edit. Matriti, 1662. in fol. Obiit optimus Cardinalis Verulis, die 21. Septembris, anno 1540.

FRAN-

CDLXVII. FRANCISCUS RUS DE LA PUERTA, Beacienſis, in *Hiſtoria Eccleſiaſtica de Jaen*, parte 1. ſæculo 1. cap. 4. num. 4. edit. Giennæ, 1634. Hic Author tantâ firmitudine adhæſit ſententiæ affirmanti Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, ut ſcripſerit tribuendum eſſe magnæ audaciæ adducere in diſputationem Adventum Sancti Jacobi in Hiſpaniam, ejuſque prædicationem, etiam ſi id fieret, ut iſta confirmarentur, quia id eſſet irrogare injuriam Traditioni conſtanti. Celebratur hujus Authoris doctrina, & pietas à Martino de Ximene Jurado, in Annalibus Giennenſibus, pag. 509. apud Nicolaum Antonium in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

CDLXVIII. ILLUSTRISSIMUS D.D.FR. FRANCISCUS DE SOBRECASAS, Cæſarauguſtanus, ex Ordine Prædicatorum, Concionator, & Theologus Regis Catholici, & Apoſtolicæ Nunciaturæ Hiſpaniæ, Qualificator Supremi Conſilii Generalis Inquiſitionis, Examinator Synodalis Diœceſis Toletanæ, atque Cæſarauguſtanæ, Archiepiſcopus Calaritanus, Primas Regnorum Sardiniæ, & Corſicæ, Conſiliiſque Catholicæ Maieſtatis, in Opere inſcripto: *Ideas varias de orar, Oracion Euangelica de N. Señora del Pilar*, quæ prima eſt hujus voluminis, edit. Cæſarauguſtæ, 1681. in fol. Alia præterea edidit Concionum volumina. Vir fuit pietate, doctrinâ, & facundiâ eximiè commendatus. Regebat Eccleſiam ſuam anno 1696. ætatis agens annum quinquageſimum primum. De eo agunt Joannes Michael Cavallieri, in Opere inſcripto: *Galleria de' Pontefici Domenicani*, tom. 1. pag. 683. & Jacobus Quetif in *Scriptoribus Ordinis Prædicatorum*, tom. 2. pag. 743.

CDLXIX. V. P. FRANCISCUS SUARES, Granatenſis, S. J. DOCTOR EXIMIUS, quem produxi, & laudavi numero 1587. & quem nemo unquam ſatis

laudare poterit, cùm fuerit doctrinâ, & virtutibus præstantissimus; qui jamjam moriturus dixit: *Non putabam tam suave esse, tam dulce mori.* Illum tanti fecit Clarissimus Doctor Fr. Ægidius à Præsentatione, Eremita Augustinianus, ut de eo dixerit: *Doctor est Franciscus Suares Granatensis, quem ego inter mortales, ut magnum sanctum suspicio.* Quis, & quantus fuerit Ægidius, docet Fr. Antonius à Purificatione, lib. 2. de Viris Illustribus Provinciæ Lusitaniæ, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, cap. 2. præter Authores suprà adductos hac Sylloge, numero 301. De Magno Suario agunt Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jesu, à pag. 138. Joannes Nadasi in Anno Dierum Memorabilium Societatis Jesu, ad diem 25. Septembris. Fusiùs Reverendissimus P. Antonius Franco in *Anno Glorioso Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad eundem diem 25. Septembris; & in *Synopsi Annalium Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad annum 1617. à num. 1. usque ad 7. hoc excluso. Joannes Eusebius Nieremberg in *Firmamento Religioso*, hoc est, 2. vol. de Viris Illustribus Societatis Jesu, à pag. 596. Vitam Suares scripsit etiam Joannes Freire, Ulyssiponensis, Societatis Jesu, quæ præfixa est volumini de Angelis Doctoris Eximii. Eandem vitam scripsit Antonius Ignatius de Campis, Perpinianensis, Societatis Jesu, duobus tomis, edit. Perpiniani, 1671. & 1672. Ejusdem meminit Ægidius Gonzales de Avila in Theatro Ecclesiastico, tomo 3. ubi de Ecclesia Salmanticensi, pag. 339. ubi scribit primum auditorem primæ lectionis Theologicæ Doctoris Eximii fuisse Gregorium XIII. idque se vidisse testatur.

CDLXX. FRANCISCUS TARAFA, Canonicus Barcinonensis, libro de *Origine, & rebus gestis Regum Hispaniæ.* In Claudio ad annum Christi 43. extat in Hispaniâ Illustratâ Schoti, tomo 1. pagina 542. edit. Francofurti,

furti, 1603. ſed priùs prodierat Antuerpiæ, 1553. in octavo.

CDLXXI. FRANCISCUS TORREBLANCA VILLALPANDO, Cordubenſis, in *Epitome delictorum, in quibus aperta, vel occulta invocatio dæmonis intervenit*, lib. 2. cap.27. num.41. fol.117. pag.1. edit. Hiſpali, 1618. in fol. Et in volumine *Juris Spiritualis practicabilium*, in Epiſtolâ Hiſpanicâ ad Civitatem Cordubenſem, folio XIII. pag. 1. & lib.1. cap. 1. num. 63. fol. 8. pag. 1. & lib. 10. cap.13.num.106. & ſeqq.fol.277.pag.1. ubi noſtram ſententiam confirmat teſtimonio plurium Authorum, edit. Cordubæ, 1635. in folio. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

CDLXXII. GABRIEL DE HENAO, Pincianus, S.J. in eruditiſſimo Opere inſcripto: *Averiguaciones de las Antiguedades de Cantabria, endereçadas principalmente a deſcubrir las de Guipuſcoa, Viſcaya, y Alaba, Provincias contenidas en ella*, lib. 1. cap.41. num. 32. pag. 222. & in Notis ad eundem numerum 32. pag.225. edit. Salmanticæ, 1689. in folio. Fuit vir acerrimi judicii, & vaſtæ eruditionis; pervenit ad extremam ſenectutem, natus enim anno 1612. vivebat adhuc anno 1691. Laudatus fuit adhuc vivens à Nathanaele Sotuello in Bibliothecâ Societatis Jeſu, fuſiùs utique laudandus, ſi jam obiiſſet. Abbas Lenglet du Freſnoy in *Methode pour étudier l'Hiſtoire*, tomo 4. pag. 341. illum laudat à ſapientia, & curioſitate.

CDLXXIII. Fr. GABRIEL DE TALAVERA, Monachus Ordinis Sancti Hieronymi, in *Hiſtoria de Nueſtra Señora de Guadalupe*, tract. 5. §. 5. fol.465. edit. Toleti, 1597. in quarto. Relatus à Pellicer, & Marzo.

CDLXXIV. GARCIAS DE LOAISA GIRON, Talaverenſis, Archiepiſcopus Toletanus, qui tamen priùs occubuit, quàm Pontificale Pallium obtineret, in *Notis*

ad Concilia Hispaniæ, in Nota ad Decretum Gundemari, pag. 291. edit. Matriti, 1593. in fol. ubi ait: *Beatus Jacobus Apostolus filius Zebedæi, & ibi prædicavit Christi Euangelium*; & pagina sequenti dicit Apostolum dum Cæsaraugustæ prædicationis gratia moraretur, Virginis Mariæ admonitu Templum erexisse ipsi dicatum, quod nunc dicitur *Nuestra Señora del Pilar*. Quæ nescio quomodo fugerint Cardinalem Baronium, quando ibi legit Manuscriptum Toletanum, quod ipsum impulit in dubitationem de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam; in cujus margine extat hoc Loaisæ testimonium, ad verba, quæ Baronius memorat ex ipso mendaci Manuscripto. Loaisam laudat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDLXXV. GARCIAS SALZEDO CORONEL, Hispalensis, Jacobææ Militiæ Eques, tom. 2. Commentariorum ad Opera celeberrimi Poetæ Ludovici de Gongora, in Commentario Panegyrici Ducis de Lerma, ad Octavam 42. pag. 431. & seqq. edit. Matriti, 1648. in quarto, ubi latè agit de Prædicatione Sancti Jacobi in Hispaniâ, & de extructo per ipsum sacello Cæsaraugustano à *Columna* dicto. Inter hunc Authorem, & Nicolaum Antonium intercessit amicitia, cujus uterque edit testimonia, Nicolaus in Bibliothecâ Hispaniæ, & Garcias in hoc volumine, pag. 361. ubi dicit se alibi ipsum Nicolaum Antonium non semel laudavisse.

CDLXXVI. GASPAR ESCOLANUS, Valentinus, Regius Valentini Regni Chronographus, in *Decada primera de la Historia de la insigne, y coronada Ciudad, y Reyno de Valencia*, parte 1. lib. 1. cap. 2. num. 5. pag. 116. edit. Valentiæ, 1610. in fol. Citatur à Reverendissimo Urquiôla, pag. 224. De eo cum laude agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDLXXVII. V. P. GASPAR SANCTIUS, Centum-

tumputeolamus, S. J. quem produxi num. 1621. De eo honorificentissimè meminere Philippus Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jesu, Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ: ipsius vitam scripsit Joannes Eusebius Nieremberg in *Firmamento Religioso*, à pag. 627. ad 638. & breviùs Joannes Nadasi in Anno Dierum memorabilium Societatis Jesu, ad diem 16. Novembris.

CDLXXVIII. GASPAR YBAÑES DE SEGOVIA ET MENDOÇA, Marchio de *Mondéxar*, quem protuli num. 1667. In laudes illius effunditur Clarissimus Vir Paulus Ignatius de Dalmasses & Ros, Protochronologus Principatûs Cathaloniæ, cujus eruditionem admiratus sum Barcinone, & benignitatem expertus, in *Dissertatione Historica de Patria Orosii*, cap. 1. à num. 2. usque ad 11. ubi refert plures, qui Marchionem amplissimis Elogiis extollunt.

CDLXXIX. Fr. GAUBERTUS FABRICIUS DE VAGAD, natione Celtiber, Monachus Cistertiensis, in *Chronico Regum Aragoniæ*, Prologo 3. adductus à Xodar, pagina 88. Editum fuit hoc opus Cæsaraugustæ, operâ Pauli Hurûs, 1599. Laudatur à V. P. Murillo in *Historia S. Mariæ del Pilar*, pagina 16. & à Fr. Hieronymo à Sancto Josepho, Carmelita Excalceato, in Opere inscripto, *Genio de la Historia*, ubi ait multæ authoritatis hanc esse Historiam propter antiquitatem ejus, & originales notitias, quibus Author fuit usus, quampluraque pulcherrimè scripta in eâ reperiri. De eo summâ cum laude agunt Carolus de Visch in Bibliothecâ Cistertiensi, pag. 119. Et Chrysostomus Henriques in *Phœnice Reviviscente*, lib. 2. cap. 44. à pag. 362.

CDLXXX. GREGORIUS LOPES MADERA, Matritensis, Sancti Jacobi Militiæ Eques, *Excelencias de la Monarchia, y Reyes de España*, cap. 6. edit. Pinciæ, 1617.

1617. in fol. Juris Professor in Academiâ Complutensi, per varios gradus evectus est ad supremum usque magni Castellæ Senatus Ordinem, Vir Juris Civilis, Politices, & omnigenæ Historiæ scientissimus, ut monumentis, quæ edidit apertè constat. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDLXXXI. Fr. GREGORIUS DE QUINTANILLA, Monachus Benedictinus, in *Tabernaculo Fœderis*, seu *Commentariis in Exodum, ad caput XXV*. tom.1.lib.2. Annotatione Allegorica de Apostolis, sect.4. (quæ per errorem Typographicum dicitur 3.) à n. 186. pag. 305. edit. Salmanticæ, 1674. in fol. Fuit hic Author Benedictinæ Hispaniarum Congregationis Generalis Magister, Regalis antiquissimi Cœnobii Sancti Facundi semel atque iterum Præsul. Toleti, & Salmanticæ Ecclesiarum Examinator Synodalis, Sacræ Theologiæ Doctor Salmanticensis, in eâque Universitate Sacræ Paginæ, & linguæ sanctæ perpetuus Antecessor. Laudatur à Pellicer, in *Bibliothecâ*, fol. 1841.

CDLXXXII. GUNDISALVUS DE ILLESCAS, Eldanensis, in *Historia Pontificali*, parte 1. lib.1.cap.3. fol. 23. col.1. edit. Burgis, 1578. in fol. Hoc opus approbatum fuit à V. P. Alphonso de Horosco, Eremita Augustiniano, Matriti die 19. Septembris, 1564. In Authoris laudem scripsit Carmen Trochaicum, & Epigramma octo distichis constans Fr. Hieronymus Roman, Eremita Augustinianus. Laudatur etiam à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDLXXXIII. D. Fr. HIERONYMUS BAPTISTA DE LANUZA, Yxarensis, ex Ordine Prædicatorum, Episcopus Balbastrensis, & Albarracinensis, quem produxi à numero 2626. Illum laudavit viventem Fr. Alphonsus Fernandes Placentinus in *Concertatione Prædicatoria*,

catoria, pag. 368. & Vincentius Blaſco de Lanuza *Hiſtorias Eccleſiaſticas, y ſeculares de Aragon*, lib. 5. cap. 43. pag. 563. Poſt mortem verò, Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, & Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. à pag. 438. luculentiſſimo Elogio.

CDLXXXIV. HIERONYMUS DE BLANCAS, Cæſarauguſtanus, Opere, quod protuli numero 1726. & in *Commentariis Rerum Aragonenſium*, fol. 3. 11. & 143. relatus à Xodar, pag. 90. Editi fuerunt hi Commentarii Cæſarauguſtæ, 1588. Deinde in Hiſpaniâ Illuſtratâ Andreæ Schoti, tomo 3. Laudatur Blancas à Cardinale Baronio, Annalium tomo 11. ad annum Chriſti 1074. numero 57. & tomo 12. ad annum 1118. num. 18. Dicitur *excellens Scriptor* ab Abbate Lenglet du Freſnoy in *Methode pour étudier l' Hiſtoire*, tomo 4. pagina 328. & pagina 342. Dixit hunc librum maximi habitum eſſe pro Hiſtoriâ Hiſpaniæ. Reverendiſſimus Urquiôla, pag. 207. vocat Hieronymum de Blancas *Titum Livium Hiſpanum.*

CDLXXXV. HIERONYMUS PARDO, Matritenſis, Clericorum Regularium Minorum Præpoſitus Provincialis, quem produxi num. 1655. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

CDLXXXVI. HIERONYMUS PUXADES, Barcinonenſis, in *Chronica Univerſal del Principat de Catalunya*, lib. 4. cap. 5. fol. 150. & ſeqq. edit. Barcinone, 1609. in fol.

CDLXXXVII. Fr. HIERONYMUS ROMAN, Lucronienſis, Eremita Auguſtinianus, *Republicas del Mundo*, parte 2. lib. 1. fol. 86. col. 2. & lib. 3. & 4. relatus à Xodar, pag. 89. Impensè laudatur à Fr. Antonio à Nativitate, in Opere inſcripto *Montes de Coroas*, pag. 568. edit. Ulyſſipone, 1663. in fol.

ILLUS-

CDLXXXVIII. ILLUSTRISSIMUS D.FR.HYACINTHUS DE ARANAZ, Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, designatus Archiepiscopus Oristanensis, quem produxi numero 1702. & sequentibus.

CDLXXXIX. JACOBUS VALDESIUS, Asturicensis, quem produxi num. 1571. Ejus meminit Nicolaus Antonius, verbo *Didacus de Valdes.* Illius opus vocat utilissimum pro studio Juris publici Hispaniæ Abbas Lenglet in *Methode pour étudier l'Histoire*, tom. 4. pag. 354.

CDXC. V. D. FR. JACOBUS PAREM, vulgò JAYME PERES DE VALENTIA, Patria Ajorensis, ex Eremita Augustiniano, Episcopus Christopolitanus, (Christopolis urbs olim dicta Neapolis Thrasiæ, nunc Christopol) Suffraganeus, ut vocant, Roderici Cardinalis Borgiæ, Archiepiscopi Valentini, antequam evectus in Summi Pontificatus apicem, diceretur Alexander VI. in Explanatione in Psalmum 18. vers. 4. pag. 203. litera E, edit. Venetiæ, 1581. in quarto. Illius vitam scripsit olim Gaspar Escolanus in Historiâ Valentinâ, lib. 9. capite 1. jussu Illustrissimi Præsulis D. D. Joannis de Ribera, ex Episcopo Pacensi, Archiepiscopi Valentini, & Patriarchæ Antiocheni, cujus & vitam scripsit idem Escolanus, ejusdem Historiæ lib. 10. capite 28. De Jacobo Parem agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Veteri Hispanâ, tom. 2. lib. 10. cap. 14. num. 779. pag. 215. col. 1. & Fr. Antonius à Nativitate in *Montes de Coroas*, monte 3. num. 13. pagina 574. ubi Jacobum decorat titulo *Beati.* Novissimè illius vitam scripsit Reverendissimus P. Fr. Josephus à Sancto Antonio, amicus noster, dum viveret, Eremita Augustinianus, in Opere, cui titulus *Flos Sanctorum Augustiniano*, tom. 3. à pag. 773. qui pag. 793. num. 4. ait communiter dictum esse hunc Authorem habuisse scientiam infusam à Beatissimâ Virgine Mariâ, & pag. 884. ait

ait esse Traditione constanti assertum Sanctum Prophetam Davidem sæpe illi apparuisse, & dictasse intelligentiam Psalmorum, quando super illos scribebat, quod non levę addit pondus nostræ sententiæ, à tanto Authore assertæ.

CDXCI. ILDEPHONSUS DE FLORES, Noblexensis, S. J. in caput 24. Ecclesiastici, parte 3. ad versum 16. num. 1543. & seqq. pàgina 388. edit. Antuerpiæ, 1661. in fol. ubi multis probat Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, & *super Salutationem Angelicam*; cap. 8. §. 5. num. 521. pag. 299. col. 2. edit. Hispali, 1658. in quarto. Author piè obiit septuagenario maior; laudatur à Sotuello in Bibliothecâ Societatis Jesu, verbo *Alphonsus*, seu *Ildephonsus de Flores.* Prætermittitur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispanæ; cùm tamen editum hoc opus fuerit undecim annis, aliud verò tredecim, aliud verò viginti quatuor, antequam ederetur Bibliotheca Hispaniæ.

CDXCII. JOANNES ALLOZA, Limanus, Societatis Jesu, in Opere inscripto: *Cielo estrellado de Maria*, lib. 4. cap. 1. §. 10. *Origen de la milagrosa Imagen de Nuestra Señora del Pilar*, pag. 398. edit. Valentiæ, 1691. in fol. Fuit insignis cultor Deiparæ; migravit ex hac vita cum opinione eximiæ sanctitatis, teste Sotuello in Bibliothecâ Societatis Jesu. Ejus meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDXCIII. JOANNES ANTONIUS LUPUS DE LA CASA, Canonicus Sedis Cæsaraugustanæ, in Opere inscripto: *Discurso açerca de la forma de obedecer los executoriales de la Sacra Rota Romana, que han salido en favor del Capitulo de Nuestra Señora del Pilar, &c.* edit. Cæsaraugustæ, 1660. in fol. Ut ego observavi tam in Dedicatoriâ, quàm §. 1. ubi dicit nunquam Cæsaraugustæ dubitatum

fuisse de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, nec de miraculosâ fundatione sacelli à *Columna* nuncupati. Reverendissimus Urquiòla, pag. 227. citat aliud Opusculum hujus Authoris, inscriptum *Alegacion Apologetica*, editum Cæsaraugustæ, 1659. ex quo producit duo testimonia pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, unum ex pag. 129. num. 89. & aliud ex pag. 234. quibus Author scribit, quàm firmiter adhæreat sententiæ, quam asserimus. Nescio an hic Author sit idem atque Joannes Lope de la Casa, quam profert Clarissimus Marzo, citato illius *Memoriali ad Regem Hispaniarum*, num. 10. & num. 26. & num. 459. edit. Cæsaraugustæ, 1656. Utrumque nomen præterit Nicolaus Antonius.

CDXCIV. JOANNES ANTONIUS DE VELASQUEZ, Matritensis, Societatis Jesu, in Dissertationibus de Immaculata Conceptione, lib. 5. Dissertatione 3. Adnotatione 9. num. 1. pagina 434. edit. Lugduni, 1653. in fol. Scripsit ad Fratrem suum natu maiorem *expectari à se mortem lætissimè ob fiduciam, quam in Patrocinio Deiparæ Virginis habebat repositam.* Obiit annos habens 84. De eo summâ cum laude meminere Philippus Alegambe, Nathanael Sotuellus, uterque in Bibliothecâ Societatis Jesu. Ejus meminit etiam tum viventis Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDXCV. JOANNES ANTONIUS DE VERA ET ZUÑIGA, Emeritensis, Comes de la Roca, in libro inscripto: *Vida de Nuestra Señora*, à fol. 154. usque ad fol. 155. edit. Cæsaraugustæ, 1652. in 8. relatus à Clarissimo Marzo, pag. 257. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ.

CDXCVI. JOANNES DE ARANDA FAJARDO ET GUZMAN, in *Epitome Vitæ Sancti Jacobi Maioris*, Fragment. 2. num. 17. & seqq. edit. Compos-

tellæ

tellæ, 1638. in 8. relatus à Clarissimo Marzo, pag. 250. omissus à Nicolao Antonio.

CDXCVII. V. P. Fr. JOANNES BAPTISTA LEZANA, Matritensis, Ordinis Sanctæ Mariæ de monte Carmelo splendor eximius, in *Annalibus Sacris, Propheticis, & Elianis Ordinis Beatissimæ Virginis de monte Carmelo*, tom. 1. ad annum Mundi 3348. n. 8. edit. Romæ, 1645. in fol. & tomo 2. ad annos Christi 36. 37. & 38. num. 4. pag. 103. edit. Romæ, 1650. in fol. & in *Columna Immobili*, quæ extat tomo Consultorum ejusdem Authoris pag. 473. & in *Turre Davidica*, quæ extat eodem tomo pag. 515. De Clarissimo hoc Viro summâ cum laude agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, ubi refert plures Authores Lezanam celebrantes, quibus addo Illustrissimum Aranaz, pag. 482.

CDXCVIII. JOANNES BAPTISTA VALENZUELA VELASQUES, Conchensis, Episcopus Salmanticensis, quem protuli numero 1645. Præclarum illius Elogium scripsit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. De eo etiam scribit non indiligenter Ægidius Gonzales de Avila, in *Theatro Ecclesiastico*, tom. 3. ubi de Ecclesiâ Salmanticensi, pag. 364.

CDXCIX. JOANNES BELTRAN LADRON DE GUEVARA, Medinaturrensis, ex Archiepiscopo Salernitano, Episcopus Pacensis, deinde Archiepiscopus Compostellanus, quem protuli num. 1729. Vir fuit, præter egregias animi dotes, doctrinâ juris, & omnimodâ eruditione clarissimus, ut de eo ait Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Ejus meminit Ughellus in Italiâ Sacrâ, tom. 7. col. 443. ubi de Archiepiscopis Salernitanis, numer. LXXXVI. secundæ editionis, in quem locum videnda est Notula Nicolai Coleti, Operis Ughelliani Continuatoris. Latiùs de ipso agit Ægidius Gonzá-

lez de Avila in *Theatro Ecclesiastico*, tomo 1. pag. 116. edit. Matriti, 1641. Addictissimus fuit Beatissimæ Virgini Mariæ. Obiit octogenario maior.

D. JOANNES BONIFACIUS, ex oppido Sancti Martini *del Castañar*, Diœcesis Civitatensis, Societatis Jesu, in *Historia Virginali*, lib. 2. pag. 119. edit. Parisiis, 1605. in 8. Vir fuit non vulgari virtute ornatus, teste Sotuello in Bibliothecâ Societatis Jesu.

DI. ILLUSTRISSIMUS D. D. JOANNES CAMARGO, Episcopus Pampelonensis, Inquisitor Generalis Regnorum Catholico Regi subditorum, in Epistolâ datâ ad Clementem XI. Pontificem Maximum, die 20. Martii, anno 1720. ubi ait: *Inter cætera pietatis officia erga B. Virginem, singulariter viget in Hispaniâ cultus eidem Deiparæ dicatus Cæsaraugustæ in statuâ supra Columnam, & quidem in signum nostræ gratitudinis; piè enim tenemus, tum ex constanti traditione, tum etiam ex bonæ notæ Historicis, tam ex nostratibus, quàm ex exteris gentibus Beatissimam Virginem ibidem Sancto Jacobo Apostolo apparuisse, Templique in sui cultum, structuram eo loci imperasse.* Quæ verba, & alia ejusdem Epistolæ leguntur apud Reverendissimum P. Urquiôlam, pag. 149. Illustrissimum hunc Præsulem laudat, ejusque Epistolæ meminit Illustrissimus Aranaz, pag. 475.

DII. Fr. JOANNES DE CARTHAGENA, Ordinis Minorum *Homiliarum Catholicarum* tomo 4. lib. 17. §. 5. & lib. 18. Homilia 7. pagina 325. edit. Antuerpiæ, 1622. in fol. De eo Wadingus de Scriptoribus Ordinis Minorum, pag. 198. & fusiùs Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Eum laudat Illustrissimus Aranaz, pag. 480.

DIII. JOANNES CHRISTOPHORUS DE SUELVES, Aragonensis, in *Semicenturia* 2. Consil. 44. num. 9.

pag.

pag. 245. col. 2. edit. Cæsaraugustæ, 1646. *Elogia Miraculosæ Mariæ Sacratissimæ del PILAR*, quæ illic habet Suelves, appendit Decisioni suæ 60. Ejus discipulus Joannes Chrysostomus de Vargas Machuca, qui sequitur. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ.

DIV. JOANNES CHRYSOSTOMUS DE VARGAS MACHUCA, Aragonensis, discipulus modo laudati Joannis Christophori de Suelves, vir & ipse magnus, in *Decisionibus* post Decisionem 60. in Observationibus ad Elogia nuper citata, scripta à prædicto Suelves; Machucæ autem Opusculum extat à pagina 451. usque ad pag. 498. Quàm honorifica munera exercuerit Machuca, constat ex fronte ipsius libri Decisionum, edit. Neapoli, 1676. in fol. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ.

DV. JOANNES DE ESCOBAR A' CORRO, natus in Oppido *Fuente de Cantos*, Hispalensis Diœcesis, in tractatu de *Puritate, & Nobilitate probandâ*, part. 1. quæst. 8. §. 2. num. 1. à pag. 163. edit. Turnoni, 1637. in fol. ubi plures citat gravissimos Authores, post quorum seriem addit:

> *Et maximè Adventus Sancti Jacobi in Hispaniam comprobatur hodie authoritate D. N. Urbani Papæ VIII. qui in Breviario noviter excusso in 2. Lectione* (secundi Nocturni) *ipsius Festi, affirmativè tamquam res certa, & indubitata, cum antea sub dubio posita esset his verbis*: Mox in Hispaniam adiisse, & ibi aliquos ad Fidem convertisse, Ecclesiarum illius Provinciæ Traditio est. *Quæ per dictum Summum Pontificem fuerunt sublata, & indubiè, & affirmativè posita.*

Est hic Author gravissimus, & notior quàm ut Elogio indigeat: rexit Decretorum Cathedram, Inquisitor fuit,

Elle-

Ellerenensis, de Murciensis, & Cordubensis, & denique Supremi Inquisitionis Fiscalis (ut vocant) Promotor. Præter citatum Opus, scripsit tres fructus 1. de *Utroque foro*. 2. de *Confessariis sollicitantibus*. 3. de *Horis Canonicis*; qui prodierunt duobus voluminibus 1642. cuique tomo sua addita est Appendix; primo enim addita est Apologia adversus Amayam, secundo verò Ars dignoscendi bonos, & malos spiritus. De eo agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

DVI. V. P. JOANNES EUSEBIUS NIEREMBERG, Matritensis, Societatis Jesu, tr. *de la Devocion, y Patrocinio de S. Miguel*, in tractatu de *Perpetuo objecto Festi Immaculatæ Conceptionis*, cap. 1. edit. Valentiæ, 1653. in quarto, & in *Trophæis Marianis*, lib. 5. cap. 2. pag. 100. edit. Antuerpiæ, 1655. in fol. & tomo 2. in opere *de la Aficion, y Amor de Maria*, cap. 9. fol. 130. col. 3. edit. Matriti, 1665. in fol. Vir fuit admirabilis ab eruditione, à corporis castigatione, à perseverantiâ in Oratione, à multiplici scriptione, adeo ut suspicatum fuerit illum habuisse scientiam divinitùs infusam. Augustissimam Virginem Mariam tenerrimè dilexit. Moriens vultu jucundo post altum silentium dixit: *Quam dulcis res est mori!* Piissimè obiit die 7. Aprilis, anno 1658. De eo scripsere Joannes Nadasi in Anno dierum memorabilium Societatis Jesu, ad diem 7. Aprilis. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ; & Sotuellus in Bibliothecâ S. J. Illius vitam scripserunt Hispanicè Antonius de Andrade, tomo de Viris Illustribus S. J. & Joannes Igarza, uterque Societatis Jesu, ex quibus confecta est vita Nierembergii Latina, sexdecim capitulis constans, quæ præfixa est volumini ipsius inscripto: *Hieromelissa Bibliotheca*, edit. Lugduni, 1661. in folio.

DVII. Fr. JOANNES FEIXOO DE VILLALOBOS,

BOS, ex Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmelo Priore Generali, Episcopus Accitanus, vulgò de *Guadix*, in *Dissertatione de verà origine, & progressu Monastices*, num. 1508. pag. 596. edit. Nolæ, 1697. in fol. Illius benignitati debeo, quod cùm esset Prior Generalis, suis manibus mihi imposuerit Ulyssipone parvum Scapulare Beatissimæ Virginis de monte Carmelo, die 16. mensis Junii, anni 1694. Illius sapientiam admiratus sum, dum illum non semel audivi de difficillimis Sacræ Theologiæ quæstionibus summâ perspicuitate differentem. Opus, quod hîc citavi, commendatum est à quampluribus Theologis magni nominis, ut videre est in illius vestibulo, ubi etiam exhibetur notitia Authoris, scripta à P. Fr. Andrea Mastellono, ejusdem Ordinis Provinciale Scotiæ. Ibidem etiam reperiuntur Authoris luculenta Elogia à diversis scripta; ejus verò gravissima munera, amplissimique tituli conspiciuntur in fronte eruditissimi, & spissimi illius Operis, quod implet paginas 914. Illius meminit Reverendissimus P. Fr. Emmanuel de Sá, in Opere inscripto *Memorias Historicas*, tom.1.cap.73.num.546. pag.372. & cap.97. num.699. pag 477.

DVIII. JOANNES FERNANDES DE VELASCO, Magnus Comestabuli Castellæ, quem produxi num. 1576. Fuit maternus avus Augustissimi Regis nostri Joannis IV. Fuit Historiæ Sacræ, prophanæque peritissimus, litteratorumque Mecænas egregius. Illius Operis pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi tres editiones vidi. I. Vallesoleti, anno 1605. in quarto, factam jussu Regni in Comitiis congregati. II. Antuerpiæ, 1608. in octavo. III. Lovanii, eodem anno 1608. Opusculi Latinè redditi ab Erycio Puteano, de quâ versione loquens Josephus Pellicer, columna 654. ait: *Tantum Belgam debitum fuisse tanto Hispano*, quod utriusque est non minima

minima laus. Authorem, & Opus laudant quotquot de hoc argumento ſcripſerunt proximis viginti annis ſupra centum. Et præcipuè Petrus Mantuanus in libro inſcripto: *Advertencias a la Historia del P. Juan de Mariana.*

DIX. CLARISSIMUS D. D. JOANNES DE FERRERAS, quem protuli numero 1677. & ſeqq. & quem longè infra tanti Viri meritum laudavi num. 11. & 78. & quem nunquam ſine Elogio nominaverim, cùm propter officioſam amicitiam, tum propter ſingularem Viri eruditionem, quæ eum reddidit hoc ſæculo Authorem celeberrimum.

DX. JOANNES FRANCISCUS ANDREAS DE USTARROZ, Cæſarauguſtanus, in Opere inſcripto: *Chronologia de las Imagenes aparecidas de Nuestra Señora en el Reyno de Aragon*, relatus à Reverendiſſimo Urquiôla, à pag. 225. Chronologus fuit Regni Aragoniæ. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hiſpaniæ, & à pluribus aliis. Plurium voluminum Scriptor fuit.

DXI. JOANNES GARCIA OLIVAN, Epiſcopus Urgelenſis, in *Historiâ Aragoniæ*, M. S. cap. 14. relatus à Xodar, pag. 89. & ab omnibus, qui poſt Xodar de hoc argumento ſcripſerunt.

DXII. D. Fr. JOANNES LOPES, Borgienſis, ex Ordine Prædicatorum, Epiſcopus primo Cotronenſis, deinde Monopolitanus, in Opuſculo inſcripto: *Memorial de diverſos exercicios, Roſario de Nuestra Señora*, lib. 1. cap. 17. num. 5. fol. 119. edit. Neapoli, 1608. in fol. & in *Epitome Sanctorum Patrum*, tom. 4. in feſto Sancti Jacobi Apoſtoli, pag. 154. edit. Antuerpiæ, 1614. in fol. Illum celebrat Ughellus in Italiâ Sacrâ, tomo 9. col. 388. num. XLIII. ubi de Epiſcopis Cotronenſibus; & tomo 1. col. 974. num. 41. inter Epiſcopos Monopolitanos, quo Epiſcopatu ſe abdicavit. Fuit Beatæ Virgini Mariæ addictus: obiit

obiit ætatis anno centesimo octavo. De eo Marraccius in Bibliothecâ Marianâ. Insigni Elogio ornatur à Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom.2. col.474.

DXIII. JOANNES DE MARIANA, Talavérensis, Societatis Jesu, quem protuli num.1586. quem effusè laudant Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, & Philippus Alegambe in Bibliothecâ Societatis. Laudatus etiam fuit, dum adhuc viveret, à Cardinali Baronio, tomo 8. ad annum Christi 688. & à Petro Ribadaneira, in Catalogo Scriptorum Societatis Jesu, pagina 122. edit. Antuerpiæ, 1608. Piè obiit prope nonagenarius.

DXIV. Fr. JOANNES DE MARIETA, Victoriensis, Ordinis Prædicatorum, in Opere inscripto: *Historia Ecclesiastica, y Flores de Santos de España*, lib.1. cap. 4. fol. 13. edit. Conchæ, 1594. in fol. ne mihi succenseat eruditus Lector non allegari à me hujus Authoris capita 3. & 4. libri 1. cùm ex Indice capitum constet caput tertium agere de Adventu Sancti Apostoli in Hispaniam; quartum verò agere de reddito Sancti Jacobi in Jerusalem, nam in Marietæ volumine, quo utor, desunt illa duo capita, sicut in hac Sylloge numero CCCXXII. observavi deesse in Baptista Fragoso, Expeditionem Hispanicam, disputationemque, quâ Author de illâ agebat, & ad quam Index Lectorem remittit. Hic Author tam validè stetit pro nostrâ sententiâ, ut illum jure merito retulissem, Parte 3. Sectione 1. Assertione 51. inter eos Authores, qui pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi exertis viribus pugnavere; & quidem attentâ ipsius antiquitate, statim post numerum 1570. si anno 1726. quando illam Assertionem scripsi, scirem illum exarasse Opusculum directum ad Philippum III. Regem pietate insignem, quo eruditè probat Adventum Sancti Jacobi in

Hiſpaniam, productis centum Authoribus (ut dixi numero 2850.) ordine Alphabetico diſpoſitis; quam lucubrationem poſtea conſequutus ſum beneficio eruditiſſimi Viri (qui hoc ævo eſt unus ex Heroibus Hiſtoriæ Hiſpaniæ) D. D. Ludovici de Salazar & Caſtro, quocum mihi à ſeptemdecim annis intercedit inſtituta amicitia, & conſtituta multis ejus beneficiis, & meis obſequiis neceſſitudo. Virum laudavi numero 1500. cujus nunquam ſine grati animi teſtificatione mentionem fecerim. Redeo ad Marietam, ejuſque Opuſculum pro Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam, quod inſcribitur: *Relacion, que Fr. Juan de Marieta, de la Orden de Predicadores, y natural de la Ciudad de Victoria, dà al Rey D. Philipe III. Nueſtro Señor ſobre la venida del Apoſtol Santiago a Eſpaña.* Implet paginas decem & octo in folio. Hic dicit tenendam eſſe fide humanâ Expeditionem Hiſpanicam S. Jacobi, quam adſtruunt non tantum duo, vel tres teſtes, ſed pluſquam centum, inter quos numerantur aliquot Summi Pontifices, Cardinales, Epiſcopi, & Doctores Hiſtoriæ peritiſſimi. Deinde ſubjungit Authorum centuriam. Deinde addit, plures Viros Doctos hanc Expeditionem prædicaviſſe tam in Hiſpaniâ, quàm extra ipſam coram Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Inquiſitoribus, quæ niſi vera eſſet, & ut vera perſpecta, receptaque eſſet, non poſſet impunè prædicari. Miraturque fuiſſe, qui oppugnaret antiquiſſimam Traditionem. Deinde ſic alloquitur Regem:

> *Vueſtra Mageſtad como Rey, y Señor de eſtos Reynos de Eſpaña eſtà obligado a bolver por eſta cauſa, y defenderla, ſin que ſe permita aya mudança, ni alteracion en contrario de lo que ſe ha tenido ſiempre en Eſpaña.*

Poſt nonnulla claudit lucubrationem his verbis:

> *Querrà Nueſtro Señor, que con la proteccion, y defenſa de*

de Vuestra Magestad se defienda esta verdad, pues es tan cierta, y tan en honra destos sus Reynos de España, a los quales Nuestro Señor quiso embiar su Santo Apostol, y pariente tan cercano, para que de el, como de primera semiente, creciesse en nós otros la Fé, que nos predicò.

Quantum valuerit apud Regem Philippum III. Marietæ adhortatio, videbimus infrà, cùm de hoc piissimo Rege egerimus. Marieta autem fuit historiæ, suæ præsertim gentis, scrutator indefessus Ecclesiasticæ, obiitque Matriti cum opinione sanctitatis, ut ait Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. pag. 377. col. 1. Laudatur etiam à Fr. Alphonso Fernandes Placentino in *Concertatione Prædicatoriâ*, pag. 378.

DXV. V. D. JOANNES DE PALAFOX ET MENDOÇA, natus in oppido Navarræ, quod vernaculo sermone dicitur *Fitero*, Episcopus Angelopolitanus in Americâ, & Oxomensis in Hispaniâ, designatus Archiepiscopus Mexicanus, tomo 4. Operum in Vitâ Serenissimæ Infantis Margaritæ à Cruce, lib. 1. cap. 23. pag. 194. col. 1. edit. Matriti, 1664. in fol. Fuit plurium librorum Author, tantâque pietate fulsit, & obiit, ut de eo in Beatorum album referendo agi cæptum sit apud Sedem Apostolicam, & nonnulla penes me habeo scripta, ad hoc negotium spectantia. Vigilantissimum Episcopum magnoperè laudat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, fusiùs laudaturus, si nancisci potuisset (ut ipse ait) librum, quem ipse Episcopus scripsit de Vitâ suâ interiori, quam ego penes me etiam habeo. Vitam illius justo volumine scripsit vir elegantissimus Antonius Gonzales de Rosende, ex Doctissimo Ordine Clericorum Regularium Minorum, edit. Matriti, 1671. in fol. constatque paginis 646. præter Indices.

DXVI. Fr. JOANNES PEREZ LOPEZ, Aragonensis, Ordinis Minorum, quem produxi, & laudavi numero 1671. De eo, præter Venerabilem Arbiol ibidem citatum, cum laude meminit Reverendissimus Urquiôla, pag. 231. & Illustrissimus Aranaz, pagina 481. ubi illum conjungens cum Venerabili, & Illustrissimo Arbiol, utrumque extollit brevissimo, sed gravissimo Elogio, dicens, dum loquitur de sacello Cæsaraugustano à *Columnâ* dicto:

> *El Reverendissimo P. Perez Lopez, y Reverendissimo Arbiol, que son dos columnas deste Santuario, y el* Non plus ultra *de su aprobacion.*

DXVII. JOANNES DE PINEDA, Hispalensis, S. J. libro 8. de *Rebus Salomonis*, cap. 1. Sect. 7. num. 73. pag. 577. edit. Lugduni, 1609. in fol. In Beatissimam Virginem tenerrimo fuit, ac filiali prorsus affectu, meditabatur extremam lucubrationem de Nominibus Matris Dei conscribere, quâ laborum suorum periodum concluderet, & suæ in eam devotionis documentum exhiberet. Obiit octogenarius. Laudatus est vivens à Petro de Ribadaneira in Catalogo Scriptorum Societatis Jesu, pagina 126. post mortem fusiùs à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ. De eo Philippus Alegambe, & pleniùs Nathanael Sotuellus, uterque in Bibliothecâ Societatis Jesu. Sotuellus verò ait: *Scripsit autem Pineda excellenti ingenio, magno judicio, variâ eruditione.*

DXVIII. Fr. JOANNES DA PUENTE, Pincianus, Ordinis Prædicatorum, quem produxi, & laudavi numero 1602. & seqq. & laudaveram numero 19. De eo etiam tum vivente cum eximiâ commendatione egerunt Illustrissimus D. Fr. Joannes Lopes, Episcopus Monopolitanus, in *Historia Ordinis Prædicatorum*, parte 4. capite 58. & 62. & Fr. Alphonsus Fernandes, Placentinus, in

in *Concertatione Prædicatoriâ*, pag. 379. col. 1. De eo jam vitâ functo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, & Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. pag. 460. Neuter tamen scribit diem obitus ejus. Quetif loco citato ait:

> *Vivebat etiam num anno 1627. ex Fernandez in* Historia del Rosario. *At eum conjicio, de quo in Actis Capituli Generalis 1644. inter piè defunctos ab anno 1629. In Conventu Vallisoletano obiit R. P. Fr. Joannes de la Puente, sui instituti custos integerrimus, qui per XXX. annos in Choro sacris vigiliis continuò assistens, corporis demum maceratione consumptus, magnam virtutis opinionem reliquit.*

Si autem ista conjectura consona est rei veritati, æquè queri possumus de Nicolao Antonio, atque de Authore illius Elogii, ad illud Capitulum Generale missi; de Nicolao Antonio, quia nihil dicit de eximiis virtutibus, quas recenset Elogium; de Authore verò Elogii, quia nihil dicit de doctrinâ, & splendidis muneribus, quæ P. Puente gessisse dicit ipse Nicolaus, & expressiùs Quetif; præsertim cùm maxima laus esset, homini tot occupationibus districto, assistere continuo in Choro sacris vigiliis per triginta annos. Prætereo Patrem, de quo loquitur Elogium, obiisse in Conventu Vallisoletano, & nostrum Fr. Joannem de Puente obiisse in Conventu Galistei, ut alicubi me olim legisse memini; libri tamen non recordor; fortassè id legi apud Michaelem Erze Ximenes, quem nunc penes me non habeo.

DXIX. JOANNES REX ARAGONIÆ, hujus nominis II. in *Privilegio* dato Cæsaraugustæ, die 26. Octobris, anno 1459. quod refertur à ferè omnibus, qui probaverunt Expeditionem Sancti Jacobi in Hispaniam, sacellumque à *Columnâ* ab eo Apostolo constructum esse; utrum-

utrumque enim eo privilegio testatur Joannes Rex Optimus. Fuit is sapientum amator, benignus erga exteros, in bello fortis, & prudens, munificus erga benemeritos, liberalitate insignis, virorumque insignium amans, Religiosis Ordinibus augendis incubuit, Ecclesiæ præceptorum servantissimus, Augustissimæ Virgini Mariæ addictissimus, hinc ejus festa lætissimè celebrabat; piissimè obiit Barcinone, die 19. Januarii, anno 1479. natus annos 81. menses 7. dies 20. De eo agit Stephanus Garibay toto lib. 28. Mariana lib. 23. & 24. usque ad caput 18. quo scribit hujus Regis mortem.

DXX. D. Fr. JOANNES DE ROXAS, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Episcopus in Americâ, *Catecismo Real, y Alfabeto Coronado*, tomo 1. lit. E, Lecion 6. Disc. 1. num. 1. edit. Matriti, 1672. relatus à Reverendissimo Urquiôla, pag. 261. & in *Cadena de Exemplos &c.* tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 276. edit. Matriti, 1676. relatus à Clarissimo Marzo, pag. 255.

DXXI. JOANNES DE SALAZAR, quem produxi numero 1625. Archidiaconus Ubetensis Ecclesiæ, quæ dignitas est in Giennensi Collegio, (Capitulum vocat sequioris ævi Latinitas) & Compostellanæ Ecclesiæ Canonicus, & Cardinalis, quod privilegium speciale est hujus Apostolicæ Ecclesiæ. De eo meminerunt omnes, qui post ipsum pugnaverunt pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, & Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Laudatur à Reverendissimo Urquiôla, pag. 441.

DXXII. JOANNES SOLORZANO PEREIRA, Matritensis, Militaris Ordinis Sancti Jacobi Eques, de *Jure Indiarum*, tomo 1. lib. 1. cap. 14. num. 33. & 34. pag. 104. edit. Lugduni, 1672. in fol. Citato loco non solùm asserit Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, sed congerit Authores illam asserentes. Fuit Vir omni-

genâ

genâ eruditione conſpicuus, à plurimiſque laudatus. Illius meminit Antonius de Leone Pinellus in Bibliothecâ Occidentali, titulo 1. pag. 67. Inſigni Elogio celebratur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hiſpaniæ, tomo 1. pag. 598. ſed nemo laudat Solorzanum magnificentiùs, ſimulque nemo breviùs, quàm Illuſtriſſimus D. Fr. Gaſpar de Villaroel, ex Eremita Auguſtiniano, Epiſcopus Civitatis Sancti Jacobi de Chile, *Govierno Eccleſiaſtico*, parte 1. quæſt. 1. articulo 2. num. 1. pag. 4. edit. Matriti, 1656. in fol. ubi de Solorzano loquens ait: *Siendo eſte Cavallero uno de los maiores Letrados del Mundo, y con eſſo tan pio, y tan Religioſo &c.*

DXXIII. D. Fr. JOANNES THOMAS ROCABERTI, Paraladenſis, ex LVIII. Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum, Archiepiſcopus Valentinus, Hiſpaniæ Inquiſitor Generalis, biſque Regni Valentiæ Prorex, & Gubernator, in egregio Opere de *Romani Pontificis authoritate infallibili extra Concilium*, tomo 1. lib. 2. cap. 3. §. 6. à num. 353. ad num. 357. edit. Valentiæ, 1691. in folio. Vir hic Maximus Natalium ſplendore, doctrinâ, pietate, atque virtutibus ſpectabilis, clariſſimis parentibus natus circa annum 1624. obiit Matriti die 13. Junii, anno 1699. Nemo de eo, niſi ſummâ cum virtutis, & ſapientiæ laude ſcripſit; ſcripſere autem plurimi; quos nunc tantum præ manibus habeo, ſunt Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, tomo 2. pag. 330. Fr. Vincentius Maria Fontana in *Monumentis Dominicanis*, parte 5. cap. 4. pag. 683. Fr. Jacobus Quetif, & Fr. Jacobus Echard in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. pag. 630.

DXXIV. JOANNES DE TORRES, Metinenſis, S. J. in Opere inſcripto: *Filoſofia Moral de Principes*, lib. 3. cap. 2. pag. 110. edit. Ulyſſipone, 1602. Sæpius recuſum fuit hoc Opus, nempe Burgis, 1596. Barcinone, 1597. iterum

iterum Burgis, 1602. *Sæpe à Philippo II. Rege Catholico lectus, & laudatus, cujusque doctrinæ magnâ ex parte acceptam retulit optimam educationem filii sui Philippi III.* ut ait Philippus Alegambe in Bibliothecâ S. J. ubi de hoc Authore. Cujus etiam meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, & Ribadaneira in Catalogo Scriptorum S. J.

DXXV. Fr. JOANNES DE TURRECREMATA, Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Magister, Cardinalis titulo Sancti Sixti, Episcopus Sabienensis, *Commentario in Sancti Matthæi cap.* 20. & in *Quæstionibus Euangelicis*, in Festo Sancti Jacobi, relatus à Marieta, num. 68. & Xodar, pagina 87. De hoc sapientissimo Cardinale scribunt omnes, qui de Vitis Cardinalium, omnes, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis, omnes, qui de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum agunt. Satis sit legere quæ de eo scribit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Veteri Hispaniæ, tomo 2. lib. 10. cap. 10. à num. 515. pag. 187. & Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tomo 1. pagina 837. qui plures refert Turrecrematam laudantes. Quibus addo Georgium Josephum Eggs in *Purpura Docta*, tom. 2. lib. 3. ad annum 1431. pag. 125. edit. Monachii, 1714. in fol. & Joannem Doujat in *Prænotionibus Canonicis*, lib. 5. cap. 7. pag. 448. edit. Venetiis, 1717. in quarto.

DXXVI. REVERENDISSIMUS P. FR. JOSEPHUS ANTONIUS DE HEBRERA, Aragonensis, Ordinis Minorum, in Opere inscripto: *Descripcion Historico-Panegyrica de las solemnes demonstraciones festivas de la Santa Iglesia Metropolitana de Zaragoza, hechas en la Translacion del Santissimo al nuevo gran Templo de N. S. del Pilar*, edit. Cæsaraugustæ, 1712. in quarto, relatus à Clarissimo Marzo, pag. 235. Operis Reverendissimi Hebreræ œconomiam exponit Reverendissimus Urquiôla, à pag. 234. & pag. 235. addit quantum ponderis accedat nostræ Traditioni

ditioni à testimonio Concionatorum. Illustrissimus Aranaz, pag. 481. decorat Reverendissimum Hebrera titulo Erudici Chronologi. Illius meminit Reverendissimus Urquiôla, pag. 117. 165. 234.

DXXVII. JOSEPHUS DE BARZIA ET ZAMBRANA, Episcopus Gaditanus, in *Mariali*, Sermone 31. num. 5. pag. 321. & Sermone 32. §. 2. num. 9. pag. 334. edit. Gadibus, 1692. in fol. Fuit primò Canonicus Collegiatæ Montis Sancti Granatensis, deindè Metropolitanæ Ecclesiæ Toletanæ, postremò Episcopus Gaditanus, & Algeziranus, Catholicæ Maiestati à Consiliis, & Vicarius Generalis Classis maris Oceani. Vir fuit Apostolici spiritûs, Doctissimus, & flagrantissimus Orator. Tres supra triginta edidit Sermonum decadas, digestas per novem volumina in fol. quæ magno in pretio sunt apud omnes verbi Dei Præcones, maximè Missionarios. Cùm primum volumen hujus Authoris legit V. P. Fr. Antonius à Plagis dixit, sibi nihil opus esse aliis libris, cùm ille unus sibi sufficeret, illumque esse fructuosiorem, quàm omnes Conciones, quibus ipse Venerabilis Pater ingentes animorum motus per totam Lusitaniam fecerat. Laudatur brevissimo, sed gravissimo Elogio ab Illustrissimo Aranaz, pag. 470. num. 33.

DXXVIII. JOSEPHUS FELIX DE AMADA, Aragonensis, de quo loquutus sum numero 1663. Fuit utriusque Juris Doctor, Canonicus Capituli Regularis Sanctæ Ecclesiæ *del Pilar*, deinde Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ. Mirificè laudatur à Fr. Joanne Michaele de Espinosa, Vicario Generali Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula, per Provincias Hispalensem, & Neapolitanam; & à Doctore Carolo Bueno de Piedrafita, Consiliario Civili in Regno Aragoniæ, in Approbationibus libri ab eodem scripti, cui titulus: *Compendio de los Mila-*

gros de Nuestra Señora del Pilar. Adducitur à Reverendissimo Urquiôla, pag. 233.

DXXIX. V. Fr. JOSEPHUS A' JESU MARIA, natus in Oppido, vulgò dicto *Castro de Caldellas*, in Diœcesi Astorgensi, Carmelitarum Nudipedum Historiographus Generalis, in egregio Opere inscripto: *Historia de Nuestra Señora*, lib. 5. cap. 8. num. 4. pag. 769. & 770. edit. Antuerpiæ, 1652. in fol. Author fuit sanguine, literis, & virtutibus Clarissimus: præscivit diem mortis suæ: obiit die 13. Decembris, anno 1629. Insigni Elogio decoratur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ; & à sui Ordinis Historicis, præcipuè à V. P. Fr. Francisco à Sancta Maria, *Historia de los Descalços de Nuestra Señora del Carmen*, tom. 2. lib. 7. cap. 11. num. 6. pag. 222. & Fr. Josepho à Sancta Teresia, *Reförma de los Descalços de Nuestra Señora del Carmen*, lib. 17. cap. 25. à pagina 631. edit. Matriti, 1684. in fol.

DXXX. JOSEPHUS MARTINEZ RUBIO DE AGUIRRE, Aragonensis, in *Summario pro gloriosissima apparitione Beatissimæ Virginis Mariæ adhuc viventis super columna marmorea Beato Apostolo Jacobo Maiori Cæsaraugustæ prædicanti, & fundatione Templi Mariæ de Pilari, ac concessione Officii proprii*, edit. Cæsaraugustæ, 1704. Hoc aureum Opusculum in folio volante impressum penes me habeo; illud exscripsit Clarissimus Marzo, inseruitque Opusculo suo Hispano-Latino Mariano-Jacobæo, à pag. 27. usque ad 39. Author fuit Alumnus Collegii Imperialis Sancti Jacobi Maioris Oscensis urbis, Philosophiæ Magister, ac Professor Sacræ Theologiæ, Doctor in Sertorianâ Academiâ, Institutionum, Codicis Justinianæi, & Primariæ Juris Civilis Cathedræ Antecessor, Canonicus Doctoralis Sanctæ Ecclesiæ Turiasonensis, & ejusdem Diœceseos Judex, & Examinator Synodalis, nunc verò

post

poſt Canonicatum Doctoralem S. Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſarauguſtanæ, ad alium ejuſdem Eccleſiæ Canonicatum promotus. Laudatur à Clariſſimo Marzo, pag. 27. n. 44. & à Reverendiſſimo Cupero, n. 613. & 614. citati tractatûs.

DXXXI. REVERENDISSIMUS P. FR. JOSEPHUS NICOLAUS CAVERO, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in *Poſitione*, ſeu *Memoriali*, exhibito Sacræ Rituum Congregationi, quo ſtabilivit Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, ab eoque extructum ſacellum Cæſarauguſtanum à *Columnâ* probationibus in ſex claſſes diviſis, quæ ſunt I. Monumenta venerandæ antiquitatis. II. Pontificia Diplomata. III. Regia privilegia, & reſcripta. IV. Deciſiones, & ſententiæ Tribunalium ſæculi, & Eccleſiæ. V. Infinitus propemodum univerſi Chriſtiani Orbis Scriptorum numerus. VI. Signorum, & Miraculorum copia. In *Summario* autem ab ipſo producitur ſcriptum, antiquiſſimam continens relationem fundationis Baſilicæ S. Mariæ de Pilari Cæſarauguſtanæ. 2. Bulla Gelaſii Pontificis, quâ concedit indulgentias omnibus manus adjutrices porrigentibus reparationi Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Pilari, anno 1118. 3. Literæ circulares Petri Libranæ, Epiſcopi Cæſarauguſtani, quibus notificavit ſupradictas indulgentias, conceſſas ab eodem Gelaſio. 4. Preces Auguſtiſſimi Regis Catholici Philippi V. Innocentio XIII. porrectæ. 5. Supplices literæ ſcriptæ ad Clementem XI. ab Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, à Capitulo Cæſarauguſtano, à Magiſtratu Civitatis Cæſarauguſtanæ, ab Academiâ Cæſarauguſtanâ, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Capitulis, quorum exhibetur Catalogus num. 6. Num. 7. Lectiones ſecundi Nocturni, quas concedi poſtulabat. 8. Lectiones propriæ de Apparitione Imaginis Sanctæ Mariæ in Porticu. 9. Miſſa propria antiquitus dici ſolita in die

Dedicationis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Pilari. 10. Instrumentum publicum afficurationis Civitatis Cæsaraugustanæ, anno 1299. 11. Particula statuti Cathedralis Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, anno 1471. 12. Particula sententiæ latæ ab Officiali Ecclesiastico Archiepiscopi Cæsaraugustani, 1502. 13. Particula literarum Prioris, & Capituli Ecclesiæ de Pilari. Num. 14. Bulla Calixti III. 15. Particula Bullæ Clementis VII. 1629. 16. Bulla Pauli IV. 17. Privilegium Joannis II. Aragoniæ Regis, 1459. 18. Privilegium Ferdinandi Catholici, 1504. 19. Edictum Regium circa Traditionem Beatæ Mariæ de Pilari. 20. Decretum Sanctæ Inquisitionis Generalis Hispaniæ, prohibens scripturam, quæ revocabat in dubium Pilarensem Traditionem. 21. Catalogus CLXVIII. Authorum afferentium Traditionem Pilarensem. 22. Tenor sententiæ prolatæ per D. Archiepiscopum Cæsaraugustanum super miraculo Beatissimæ Virginis noviter facto anno 1641. Post hæc reperiuntur in eodem Codice Animadversiones R. P. D. Fidei Promotoris, per 18. numeros digestæ; & denique Responsio ad prædictas Animadversiones undecim paragraphis, qui omnes constant numeris sex supra septuaginta. Hæc scripsi diligentiùs, quia hucusque solitus sum Lectorum oculis exponere tractatus eorum Authorum, qui pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi exertis viribus pugnavere, & quia citatus Codex est rarus in Lusitaniâ, editus Romæ Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ, 1723. in folio. Vivit adhuc validus hic propugnator Jacobæi Adventûs in Hispaniam, & Apostolicæ fundationis sacelli Cæsaraugustani, quâ in re fuit adeo felix, ut obtinuerit optatas, totiesque postulatas Lectiones, ut vidimus numeris 2456. 2457. & 2458. quibus ipsum laudavimus. Ipse etiam laudatus ante Victoriam à Venerabili P. Arbiol in *Hispaniâ Felici*,

pag.

pag. 83. & à Reverendiſſimo P. Cupero, num. *615*. tractatûs, quem protuli numero *2469*. & à Clariſſimo Marzo, pag. 45.

DXXXII. JOSEPHUS PELLICER DE OSSAU SALAS ET TOVAR, Cæſarauguſtanus, quem protuli numero *1634*. Fuit Jacobææ Militiæ Eques, à Philippo IV. meritiſſimè honeſtatus munere Regii Archichronologi Regnorum Caſtellæ, & Legionis. Luculentum illius Elogium ſcripſit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, fuſiùs ſcripturus, niſi tunc viveret Author. Tot ſcripſit libros, ut de illis ſcripta ſit integra Bibliotheca, edita Valentiæ, *1671*. in quarto; à tot Clariſſimis eſt laudatus, ut illorum Catalogus, qui ſola nomina recenſet, impleat paginas 24. Obiit Vir immortalitate dignus, die *16*. Decembris, anno *1679*.

DXXXIII. EMIN.MUS D.FR.JOSEPHUS SAENZ, S. R. E. CARDINALIS DE AGUIRRE, Lucronienſis, ex Monacho Benedictino, quem protuli numero *1669*. Natus eſt die 24. Martii, anno *1630*. ab Sanctiſſimo Pontifice Innocencio XI. creatus S. R. E. Cardinalis, die 2. Septembris, anno *1686*. & Protector Regni Siciliæ; cùm extitiſſet in Academiâ Salmanticenſi, poſt quatuor Theologiæ Cathedras jam obtentas, Primarius Doctrinæ morum Anteceſſor, Regii, ac Supremi Senatûs Fidei Cenſor, & à ſecretioribus Conſiliis, Toletanæ Archi-Diœceſeos Examinator Synodalis, ſemel atque iterum Abbas inſignis Collegii Salmanticenſis Sancti Vincentii, & per plures quàm quindecim annos ſtudiorum Præfectus. Scripſit plura volumina, eaque doctiſſima, quæ ſunt:

Ludi Salmanticenſes, ſeu *Theologia florulenta*, tom. I. Salmanticæ, *1668*. in fol.

Philoſophia Nou-antiqua, tom. I. Salmanticæ, *1672*. in fol. *Philo-*

Philosophia Nou-antiqua, tom.2. Salmanticæ, 1673. in fol.

Philosophia Rationalis Nou-antiqua, Salmanticæ, 1675. in fol.

Defensio Cathedræ Sancti Petri, Salmanticæ, 1683. in fol.

Notitia Compendiaria Conciliorum Hispaniæ, Salmanticæ, 1686. in octavo.

Sancti Anselmi Theologia Commentariis illustrata, tom. 1. Romæ, 1688. in fol. editio nova aucta, & correcta.

Sancti Anselmi Theologia Commentariis illustrata, tom. 2. Romæ, 1689. in fol. hæc est editio nova, aucta, & correcta.

Sancti Anselmi Theologia Commentariis illustrata, tom. 3. Romæ, 1689. in folio, editio nova, aucta, & correcta.

Collectio Maxima Conciliorum omnium Hispaniæ, & novi Orbis, tomus 1. Romæ, 1693. in fol.

Collectio Maxima Conciliorum omnium Hispaniæ, & novi Orbis, tom.2. Romæ, 1694. in fol.

Collectio Maxima Conciliorum omnium Hispaniæ, & novi Orbis, tom.3. Romæ, 1694. in fol.

Collectio Maxima Conciliorum omnium Hispaniæ, & novi Orbis, tom.4. Romæ, 1693. in fol.

Synopsis Conciliorum Hispaniæ, Romæ, 1695. in 12. Hunc libelum non habeo; fortasse est secunda editio *Notitiæ Compendiariæ Conciliorum Hispaniæ*, supra notatæ, editæ Salmanticæ, 1686. in octavo.

De Virtutibus, & Vitiis Disputationes Ethicæ, Romæ, 1697. in fol.

Philosophia Moralis ab Aristotele tradita, Commentario illustrata, pars 1. Romæ, 1698. in fol.

Philosophia Moralis ab Aristotele tradita, Commentario illustrata, pars 2. Romæ, 1698. in fol.

Lacinia

Lacinia contra Socinianos, in fol. sine anno, neque loco impressionis, certò tamen edita fuit Romæ.

Non contentus fuit Sapientissimus Cardinalis sua edidisse; sed cùm esset eruditorum Mecœnas, effecit, ut suo jussu, suisque expensis ederetur *Bibliotheca Hispana Vetus*, eruditissimi Viri Nicolai Antonii, Romæ, 1696. in fol. 2. voluminibus. Obiit Doctissimus Cardinalis Romæ, die 19. Augusti, anno 1699. sepultusque fuit Romæ in Ecclesiâ Sancti Jacobi Hispanorum. De illius obitu scripsit Epistolam ad Magnum Joannem Mabillonium, Benedictinorum Congregationis Sancti Mauri Coriphœum, Leander S.R.E. Cardinalis Colloredus, Congregationis Oratorii, Vir etiam ipse Clarissimi nominis, quæ extat cum Edmundi Martene de Antiquis Ecclesiæ Ritibus, tom.2. De eodem Cardinale Aguirre agit Abbas Joannes Palatius, in Fastis Cardinalium, tom. 4. col. 466. edit. Venetiis, 1703. qui citat Brietium in Annalibus. De eodem Cardinale agit Georgius Josephus Eggs in *Purpurâ Doctà*, tom.3. lib.6. pag. 528. ad annum 1676. edit. Monachii, 1714. in fol.

DXXXIV. JOSEPHUS SESSE, Aragonensis, in Opere inscripto: *Cosmographia General del Mundo*, libro 2. cap. 4. edit. Cæsaraugustæ, 1619. in quarto. Jurisprudentiæ Cathedras rexit Ilerdæ, & Cæsaraugustæ; præcipuos gessit Magistratus; tandem Matriti inter Patres Supremi Senatûs Aragoniæ cooptatus, doctissimosque scripsit libros ad Aragonium Jus spectantes. Eum commendat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, & Vincentius Blascus de la Nuza *Historias Ecclesiasticas, y seculares de Aragon*, tom.1. lib.5. cap.43. pag.562. edit. Cæsaraugustæ, 1622. in fol.

DXXXV. Fr. JOSEPHUS DE SIGUENZA, à patriâ dictus, Ordinis Monachorum Sancti Hieronymi Histo-

Historiographus, & Regius Concionator disertissimus, in *Historia del Orden de S. Geronymo*, parte 3. lib. 1. cap. 11. pag. 57. col. 1. edit. Matriti, 1605. in fol. Laudatur eximiè à Fr. Joanne Ruiz, ejusdem Ordinis, licèt brevissimo Elogio, in Prologo libri inscripti: *Primera parte del Discipulato, ò Monachato del Maximo Doctor de la Iglesia San Geronymo*, edit. Matriti, 1728. in quarto, & à Reverendissimo P. Fr. Paulo à Sancto Nicolao, in egregio, & summi laboris Opere inscripto: *Siglos Geronymianos*, parte 1. cap. 1. pag. 6. edit. Matriti, 1723. in fol. & latiùs à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ.

DXXXVI. JOSEPHUS STEPHANUS, sive *Stevanus*, vulgò *Esteve*, Valentinus, Episcopus primùm Vestanus, deinde Oriolanus, in libro de *Potestate coactiva Romani Pontificis*, capite 8. & in *Oratione ad Sixtum V. habita cùm Joannes de Velasco obedientiam præstaret nomine Philippi II.* edit. Romæ, 1586. & 1588. in quarto. Extat Romæ in Bibliothecâ Barberinâ utriusque editionis exemplar, ut constat ex illius Indice, tom. 2. pag. 415. Illius fragmentum, quo asserit Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, extat in Bibliothecâ Andreæ Schoti, tomo 1. cap. 1. pag. 7. edit. Francofurti, anno 1608. in quarto. Illam Orationem testatur se vidisse Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, tom. 1. pag. 625. col. 1. post insigne Elogium Josephi Stephani. Ejus, ut Episcopi Vestani, summâ cum laude meminit Ferdinandus Ughellus in Italiâ Sacrâ, tomo 7. col. 869. num. 30.

DXXXVII. SANCTUS ISIDORUS, Episcopus Hispalensis, quem protuli, & de quo latè egi à numero 1377. Omnium ore laudatur, quibus nihil addere placet nisi ea, quæ leguntur quintâ Lectione illius Officii, quâ de eo dicitur, approbante Papa Clemente XI.

Tantam apud omnes sanctitatis, & doctrinæ famam

adeptus

adeptus est, ut elapso vix ab ejus obitu sextodecimo anno universa Toletana Synodo duorum supra quinquaginta Episcoporum, ipso etiam Sancto Ildephonso suffragante, Doctor egregius, Catholicæ Ecclesiæ novissimum Decus, in sæculorum fine doctissimus, & cum reverentiâ nominandus, appellari meruerit; eumque S. Braulio non modo Gregorio Magno comparaverit, sed & erudiendæ Hispaniæ loco Jacobi Apostoli cælitus datum esse censuerit.

Ea autem, quæ in libro S. Isidori de Ortu, & obitu Patrum circa Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, non esse Laciniam assutam Operi Sancti Doctoris, ut persuadere conabatur Neotericus Adversarius, supra ostendimus numero 1414. Idem testimonium asseruit Sancto Isidoro Reverendissimus P. Guillielmus Cuperus in Tractatu de Sancto Jacobo, parte 2. §. 7. ut nos supra animadvertimus num. 2592.

DXXXVIII. S. JULIANUS, Episcopus Toletanus, quem produxi numero 1423. ubi latè vindicavi testimonium Sancti Juliani, ab impugnatione Neoterici Adversarii, ejusque argumentis haustis ex Natali Alexandro; ibi dictis addo Reverendissimum P. Cuperum, eâdem citatâ parte 2. §. 8. etiam vindicare Sancti Juliani testimonium de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, ab impugnationibus Natalis Alexandri, ut adnotatum à nobis est eodem numero 2592.

DXXXIX. EMINENTISSIMUS D. LUDOVICUS, S.R.E. Cardinalis de BELLUGA, & MONCADA, Episcopus Murciensis, in Epistolâ ad Clementem XI. Pontificem Maximum, datâ die 12. Martii, anno 1720. relatus à Clarissimo Marzo, pag. 277. Natus est in Oppido Regni Granatensis, dicto *Motril*, die 30. Novembris, anno 1663. ingressus Congregationem Oratorii Sancti

Philippi Nerii; in illâ fuit Præpositus, ex hâc assumptus est ad Episcopatum Murciensem, seu Carthaginensem, anno 1705. Creatus Cardinalis ab eodem Pontifice, die 12. Julii 1717. accepitque titulum Sanctæ Mariæ Transpontinæ. Assidet Sacris Congregationibus de Episcopis, & Regularibus, Concilii Tridentini, de Ritibus, & Immunitate Ecclesiasticâ. Eum brevi Elogio laudat eleganter Illustrissimus Aranaz, pag.473. num.15.

DXL. LUDOVICUS DIAS DE AUX, Cæsaraugustanus, in Opere inscripto: *Fundacion de la Capilla de Nuestra Señora del Pilar*, edit. Cæsaraugustæ, 1593. in octavo, relatus à Marieta, n.77. Authoris nobilitatem, & stylum laudat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, tom.2.pag.26. De eo meminit Vincentius Blascus de la Nuza *Historias Ecclesiasticas, y seculares de Aragon*, tomo 1. lib.5. cap.43. pag.562.

DXLI. V. P. Fr. LUDOVICUS DE ESTRADA, Monachus Cistertiensis, Abbas Hortensis, in Opere inscripto: *Rosario de Nuestra Señora, y summario de la vida de Christo*, parte 2. cap. 17. Quod Opus translatum fuit in linguam Italicam ab Odoardo de Moraes Lusitano, qui fuit Theologus Scipionis, S. R. E. Cardinalis Gonzagæ, editusque primo Florentiæ, 1584. in 16. postea Romæ, 1588. in 12. & hanc editionem hujusque paginam 279. produxit Romæ Reverendissimus P. Cavero in suo Memoriali, pag. 28. num. LXIV. Tantus Vir fuit Estrada, ut de eo Chrysostomus Henriques in *Menologio Cistertiensi*, quarto Nonas Junii, scripserit:

> *In Monasterio Hortensi apud Hispanos commemoratio piæ recordationis Ludovici de Estrada, Divini verbi proclamatoris eximii, miræ erga Deum pietatis, & insolitæ erga pauperes charitatis. Cujus egregia merita egregiis signis Dominus comprobavit; qui etiam Venerabilis Pater, Sanctis-*

Sanctissimam Jesu Societatem, tunc noviter natam, multum suâ auctoritate, & scriptis promovit.

Quæ idem Author in Commentario dici 2. Junii pleniùs expendit. De eodem Estrada, ut Scriptore, differit idem Chrysostomus Henriquès in *Phœnice Reviviscente*, lib.2. cap.62. pag.426. Carolus Vischius in Bibliothecâ Cistertiensi, pag.240. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ; & alii apud istos. Obiit Venerabilis Author die 2. Junii; circa mortis annum diffident Authores, nam Vischius scribit obiisse anno 1581. Nicolaus verò Antonius scribit id contigisse anno 1588. & quod magis mirere, idem Chrysostomus in citato Commentario Menologii, illius mortem assignat anno 1581. & in *Phœnice Reviviscente*, anno 1588.

DXLII. V. P. Fr. LUDOVICUS GRANATENSIS, Ordinis Prædicatorum, tomo 2. *Sermonum de Sanctis*, Serm. 2. *de Sancto Jacobo Maiore*, pagina 33. edit. Antuerpiæ, 1580. in octavo. Hunc Authorem toto Orbe celeberrimum Elogiis extulerunt, quicumque de Scriptoribus Ecclesiasticis egerunt, omnesque Chronologi sui Ordinis, qui historias ad illius tempora produxerunt. De ejus Operibus diligenter scripserunt Fr. Ambrosius de Altamura in Bibliothecâ Ordinis Prædicatorum, ad annum 1589. à pag. 391. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, & Jacobus Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom.2. à pag.285. Laudatus est à Sanctis Pontificibus, Carolo Borromæo, & Francisco Salesio, à Sancta Teresia de Jesu, & à Gregorio XIII. Pontifice Maximo: à se avertit Archiepiscopatum Bracharensem, & Galerum Cardinalitium. Illius Opera leguntur novem linguis, ut ait Nicolaus Antonius. Illius vitam scripserunt ad minus decem Authores, nempe Latinè Andreas Schotus, S. J. edit. Coloniæ, 1628. in

vestibulo Operum ipsius Granatensis; Italicè Agatius de Somma, & Fr. Hieronymus Joanninus, edit. Venetiis, 1595. Gallicè Andreas Felibien, edit. Parisiis, 1668. & 1672. in 12. Simon Martin, Ordinis Minorum, Parisiis, 1656. & Franciscus Giry, ejusdem Ordinis, ad calcem tertii tomi de Vitis Sanctorum, ad diem 31. Decembris, pag. CXXXV. edit. Parisiis, 1718. Hispanicè Franciscus Diago, edit. Barcinone, 1625. in octavo, Joannes de Marieta, Matriti, 1604. in octavo, & Ludovicus Muños, Matriti, 1645. in quarto; & Lusitanè Fr. Emmanuel de Lima (sub cujus nomine latere voluit Reverendissimus P. Fr. Emmanuel Guillielmus, à me laudatus numero 2856.) in Agiologio Dominicano, tomo 4. ad diem 31. Decembris, pag. 700. edit. Ulyssipone, 1712.

DXLIII. LUDOVICUS DE GUZMAN, Osornensis, Societatis Jesu, in Opere inscripto: *Historia de las Missiones en el Xapon*, parte 2. lib. 9. cap. 28. pag. 287. edit. Compluti, 1601. in fol. Vir fuit adeo Orationi deditus, ut quotidie duodenas horas, ut minimum, in orando transigeret. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ, & ab Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jesu, & ante utrumque, à Patre de Ribadeneira in Catalogo Scriptorum Societatis Jesu, pag. 137. dictus est *expressa quædam sanctitatis imago.* De eo etiam agit Joannes Nadasi in *Anno dierum Memorabilium Societatis Jesu*, ad diem 10. Januarii, quo die prædixit se moriturum, quo in cœlum abiit Sanctus Paulus primus Eremita, cui erat addictissimus. Illius Vitam latè scripsit Joannes Eusebius Nieremberg in *Firmamento Religioso*, à pag. 385. usque ad 407. hac exclusâ.

DXLIV. LUDOVICUS PUEYO ET ABADIA, Episcopus Albarracinensis, in epistolâ Dedicatoriâ Operis inscripti: *El hombre es la mejor, y peor creatura fuera de la Omnipo-*

Omnipotencia, edit. Cæsaraugustæ, 1706. in folio, relatus à Clarissimo Marzo, pag. 262. De hoc Authore nihil scio, nisi fuisse Episcopum Albarracinensem, & fuisse Episcopum Hispanum, quod satis est, ut constet fuisse Virum doctissimum, ut sunt omnes, qui in Regnis Catholici Regis Episcopales obtinent Ecclesias.

DXLV. REVERENDISSIMUS P. FR. LUDOVICUS URQUIOLA, Ordinis Minorum, (quem protuli, & laudavi à numero 1715.) Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, (ut vocant) & unus ex Definitoribus Provinciæ Aragoniæ, Præfectusque (Guardianum vocant) insignis Collegii Sancti Didaci. Triplici Elogio extollitur à triplici Censore illius Operis inscripti: *Sagrada Columna de España*, qui fuere Reverendissimus P. Fr. Dominicus Losada, Ordinis Minorum, Illustrissimus D. Fr. Hyacinthus de Aranaz, Ordinis Beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, & Reverendissimus P. Josephus Mathias de Leris; sed tanti Authoris luculentius Elogium est ipsemet liber.

DXLVI. MARCELLINUS SIURI, Episcopus Auriensis, deinde Cordubensis, tomo 1. *Tractatum variorum in Euangelia*, Tractatu 1. Isagogico à num. 110. usque ad num. 113. edit. Cordubæ, 1723. & tract. 34. cap. 7. num. 72. & tomo 3. tract. 20. cap. 3. num. 33. & 34. relatus à Clarissimo Marzo, pag. 263. Hic Author fuit virtutibus, literis, & editis voluminibus celebris, & cum magno bonorum omnium dolore, Reipublicæque literariæ detrimento, obiit hoc anno 1731. mense Januario.

DXLVII. V. MATER MARIA DE LA ANTIGUA, de qua dixi numero 2077. nata est in agro Oppidi, dicti *Caçalla*, anno 1566. lustrali aquâ expiata die 25. Novembris: obiit feria sexta, die 22. Septembris, anno

anno 1617. in Oppido, dicto *Lora*. Vixit annos quinquaginta, menses decem. In sæculo tredecim annos, & sex menses. In Conventu Sanctæ Claræ Oppidi Marchenæ, in quo professa est Ordinem Sancti Francisci, septem & triginta annos, & aliquot dies. In Conventu Immaculatæ Conceptionis Oppidi *Lora* Virginum Excalceatarum Sanctæ Mariæ de Mercede, menses duos, & dies viginti. Fuit virtutibus clara, revelationibusque cœlestibus illustrata. Scripsit *Desengaño de Religiosos, y de Almas, que tratan de virtud.* Opus sæpius editum. Quinta editio, quâ utor, est Barcinonensis, anno 1720. in folio.

DXLVIII. V. MATER MARIA DE JESU, Ordinis Minorum, cujus testimonium produxi num. 2078. Abbatissa fuit in Oppido *Agreda* Monasterii Conceptionis, quod fundavit, & per annos quinque supra triginta rexit. Nata est die 2. Aprilis 1602. Ingressa Religionem, die 13. Januarii 1619. Professa 2. Februarii 1620. Obiit 24. Maii 1665. Scripsit Vitam Augustissimæ Virginis Mariæ, ipsâ dictante, nobili stylo, sermone Hispanico, in tria volumina in folio digestam, hoc titulo, *Mystica Ciudad de Dios.* Opus fuit sæpius examinatum, & sæpius approbatum à Doctissimis Viris, ut constat ex iis, quæ dixi loco citato; tandem præstantissimam assequutum est approbationem à Decreto sequenti.

TIRASONEN

Beatificationis, & Canonizationis servæ Dei MARIÆ à JESU de Agreda.

SAnctissimus Dominus Noster BENEDICTUS XIII. ad humillimas preces Postulatoris Causæ Beatificationis, & Canonizationis servæ Dei Mariæ à Jesu de Agreda, per organum R.P.D. Pitoni, Episcopi Imeriæ, Sanctitatis

tatis ſuæ Auditoris, mediante ipſius Reſcripto ſub infraſcriptâ die, mandavit, ut Cauſa prædictæ ſervæ Dei proſequatur in Sacrâ Rituum Congregatione, abſque novo examine librorum Myſticæ Civitatis Dei, iidemque libri retineri, & legi poſſint. Et ita &c. Die 21. Martii 1729. Ità reperitur in Reg. Decretorum Congregationis Sacr. Rit. In fidem &c.

N. Cardinalis Coſcia.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeſchi Archiepiſcopus Apamenus Secretarius.

Romæ, Typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ, 1729.

Hujus Decreti exemplar Romæ impreſſum penes me habeo; extat exſcriptum in aliquot libris poſtea impreſſis Myſticæ Civitatis Dei. Plures editiones vidi: Hiſpanicè, Ulyſſipone, 1684. 3. vol. in fol. & Antuerpiæ, 1709. 3. vol. in fol. & Matriti, 1723. 8. vol. in octavo. Latinè, Auguſtæ Vindelicorum, 1719. 3. vol. in fol. Italicè, Antuerpiæ, 1717. 5. vol. in quarto, Gallicè, Bruxellis, 1715. 3. vol. in quarto. Luſitanè ejuſdem Operis Compendium, Ulyſſipone, 1730. in quarto. Audivi plures editiones Myſticæ Civitatis Dei, nunc in Hiſpaniâ adornari, ut lucro ex ejus diſtractione collecto ſuppeditentur pecuniæ expendendæ in Cauſâ Beatificationis, & Canonizationis illius Venerabilis ſervæ Dei, cujus vitæ Epitome ſcripta à Reverendiſſimo P. Joſepho Ximenes Samaniego, ex Ordinis Minorum Miniſtro Generali, Epiſcopo Placentino, extat in veſtibulo primi tomi Myſticæ Civitatis Dei, edit. Ulyſſipone, 1684.

DXLIX. MARTINUS CARRILLO, Cæſarauguſtanus, in Opere inſcripto: *Anales Cronologicos del Mundo,* ad

ad annum Christi 41. fol. 72. verso, lit. F, & ad annum Christi 44. fol. 73. edit. Cæsaraugustæ, 1634. in fol. Fuit Cathedræ Decretorum Antecessor, ultra decennium, Cæsaraugustanæ Academiæ Rector, Vicarius Generalis Oscensis Ecclesiæ, Episcopi D.Fr.Berengarii Bardaxi, Ordinis Minorum, & trium Archiepiscoporum Cæsaraugustanorum, Alphonsi, scilicet, Gregorii, & Thomæ de Borgia; fuit Canonicus Cæsaraugustanus, Judicum, & Administrorum Sardiniæ Regius Inspector, anno 1615. à Philippo III. ornatus Abbatia Montis Aragonis, Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini in Regno Aragoniæ, antiqua, & locuplete, quàm ad mortem usque administravit. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ, & ex ipso à Moreri in Dictionario Historico, sed neuter adnotat annum, quo obiit clarus ille Scriptor. De eo agit Vincentius Blascus de la Nuza *Historias Ecclesiasticas, y seculares de Aragon*, tomo 1. lib. 5. cap. 43. pag. 562.

DL. Fr. MARTINUS A' CRUCE, Aragonensis, Eremita Augustinianus Nudipes, Aragoniæ Provinciæ Procurator Generalis, in Opere inscripto: *España restaurada en Aragon*, cap. 3. pag. 18. & 19. edit. Cæsaraugustæ, 1622. & 1627. Refertur à Reverendissimo Urquiôla, pag. 225. De eo meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

DLI. Fr. MARTINUS DIEST, Aragonensis, Ordinis Minorum, Sacræ Theologiæ Lector, in *Conclusionibus in æs incisis, propugnatis* Romæ, anno 1639. in Capitulo Generali totius Ordinis Minorum. Relatus ab Illustrissimo Aranaz, pag. 481. & à Reverendissimo Urquiôla, pag. 209. qui ingeniosissimam Conclusionum dispositionem innuit, (utinam eas in librum suum transtulisset) & sapienter notat quantæ authoritatis sint Theses propugnatæ

tæ Capite Christiani Orbis Romæ; & in Capitulo Generali Fratrum Minorum, ad quod confluunt Viri selectissimi ex toto Ordine, ac proinde ex toto Orbe, per quem extenditur Sanctissima, amplissimaque Sancti Francisci Familia. Has etiam Conclusiones allegat Clarissimus Marzo, pag. 263.

DLII. MARTINUS GARZIA, Caspensis, Inquisitor Regni Aragoniæ, & Episcopus Barcinonensis, in *Volumine Sermonum*, Serm. 90. 91. & 101. & 102. relatus à Marieta, num. 80. & à Xodar, pag. 89. Hoc volumen editum Cæsaraugustæ, 1550. Fuit Martinus Garzia Catholicis Regibus Ferdinando, & Elisabethæ à Concionibus, Reginæ insuper à Confessionis Sacramento. Ipsum laudat Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, allegatque Authores magni nominis ipsum laudantes.

DLIII. MARTINUS DE ROA, Cordubensis, Societatis Jesu, in libro de *Cordubæ in Hispaniâ Beticâ Principatu*, cap. 10. edit. Lugduni, 1617. in quarto, & in *Malaga, su fundacion &c.* cap. 12. edit. Malacæ, 1622. in quarto, & in *Ecija, y sus Santos*, lib. 2. cap. 1. edit. Hispali, 1629. non 1529. ut per typographicum errorem legitur in Bibliothecâ Hispaniæ, tom. 2. pag. 89. unde non nemo hausit eundem errorem unius sæculi, non animadvertens Martinum non fuisse natum, nisi annis quatuor supra triginta, post illum annum 1529. utpote, qui quindecim vix annos natus ingressus est Societatem Jesu, anno 1578. ut docet Alegambe in Bibliothecâ Societatis Jesu, ubi Roam laudat. De eo pleniùs Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ: uterque recenset plures ipsius Roæ libros.

DLIV. MAURUS DE CASTELLA FERRER, in Gallæcia natus, quem protuli numero 1589. Grammaticæ, Rhetoricæ, Philosophiæ, & Sacris Canonibus

Salmanticæ operam dedit. Theologiæ non parum vacavit ſub Magiſtris Joanne Vincentio, Ordinis Prædicatorum, & Ludovico Legionenſi, Eremita Auguſtiniano. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

DLV. Fr. MELCHIOR PRIETO, Burgenſis, ex Ordine Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Paraquariæ Epiſcopus deſignatus, in *Hiſtoriâ Civitatis Brugenſis*, M. S. parte 2. cap. 3. relatus à Clariſſimo Marzo, pag. 264. De eo, & de citatâ Hiſtoriâ latè Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

DLVI. MICHAEL ANTONIUS FRANCEZ DI URRUTIGOYTI, Cæſarauguſtanus, ejuſdemque Urbis Eccleſiæ Archidiaconus, in tract. de *Eccleſiis Cathedralibus*, cap. 3. num. 111. ubi ab ipſo refertur pro hâc Expeditione Sancti Jacobi Magiſter Didacus de Eſpes in *Hiſtoriâ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ*, lib. 1. cap. 6. de quâ dicit: *Neſcio quare typis mandata non fuerit, cùm ille Author & pius & doctus fuerit, & quàm maximè in illo Opere inſudaverit.* Laudatur vivens à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

DLVII. MICHAEL BAPTISTA DE LANUZA, Cæſarauguſtanus, Ordinis Sancti Jacobi Eques, in *Vida de la Bendita Madre Iſabel de Santo Domingo*, lib. 1. cap. 10. num. 4. pag. 66. edit. Matriti, 1638. in fol. Fuit Vir prudentiâ, & pietate ſpectabilis. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

DLVIII. MICHAEL CERCITUS, Aragonenſis, ex Oppido *Exea de los Cavalleros*, in libro inſcripto: *Inſtauracion de las Igleſias de Aragon, con la Hiſtoria de los primeros Obiſpos de Balbaſtro;* & in *Vida de S. Braulio, Obiſpo de Zaragoza*, relatus à Clariſſimo Marzo. Fuit Canonicus Sanctæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis *del Pilar* Cæſarauguſtanæ, & poſtea Epiſcopus Balbaſtrenſis, qui Sedem tenuit

tenuit usque ad annum 1595. quo nimirum lustrandæ Provinciæ suæ intentus, apud Oppidum *Graus* decessit, ut ait Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, tom. 2. pag. 105. Ipsum laudat Vincentius Blascus de la Nuza *Historias Ecclesiasticas, y seculares de Aragon*, tom. 1. lib. 5. cap. 43. pagina 562. & cap. 44. pag. 564.

DLIX. MICHAEL DE ERZE XIMENES, Prexamensis (ex Oppido *Prexamo*, Diœcesis Calagurritanæ) quem protuli numero 1646. & sequentibus. Ibi dictis, & iis, quæ scripsi in hâc Sylloge, numero 338. cùm de Emmanuele de Faria & Sousa, nihil est quod addam, nisi Michaelem, inter Defensores Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, fuisse Heroem incomparabilem.

DLX. MICHAEL MARTINES DE VILLAR, Monobricensis, quem protuli numero 1581. Libellum, quem eo numero allegavi, vidi in Bibliothecâ Regiâ: præter illum citantur à Pardo, & à Clarissimo Marzo, pag. 265. duæ aliæ ejusdem Authoris lucubrationes, quibus adstruit Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, nempè in tractatu *del Patronado, Antiguedades, Gobierno, y Varones Ilustres de la Ciudad, y Comunidad de Calataiud, y su Arcedianado*, part. 1. num. 7. edit. Cæsaraugustæ, 1598. in quarto; & in *Interpretatione trium Epigrammatum Cæsaraugustani Templi Sanctæ Mariæ ad Columnam*, edit. Palmæ Balearium, 1609. in quarto. Fuit hic Author Vir literis, & muneribus gestis superiori sæculo clarus. Per varios gradus ascendit ad Subsellia Patrum summi, ac principis Concilii Aragoniæ. Laudatus à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ.

DLXI. Fr. MICHAEL DE LA SIERRA ET LOZANO, Monachus Ordinis Sancti Hieronymi, in Opere inscripto: *Elogios de Christo, y Maria*, Sermone de Epiphaniâ Domini, §. 3. edit. Cæsaraugustæ, 1646. in

fol. Refertur à Clarissimo Marzo, pag. 266. Fuit Author Ecclesiastes, & Antistes Monasterii Cæsaraugustani, Sanctæ Engratiæ nuncupati, de quo scripsit Didacus Josephus Dormer, in Opere inscripto: *San Laurencio defendido*, pag. 65. *Es un Monasterio dedicado a su nombre* (Sanctæ Engratiæ) *de los mas Ilustres, y Religiosos, que tiene la Orden Sagrada del Gran Padre, y Maximo Doctor de la Iglesia San Geronymo.* Illius eruditio laudatur ab Illustrissimo Aranaz, pag. 478. ubi hunc Authorem allegat pro apparitione Beatissimæ Virginis Sancto Jacobo ad Cæsaraugustam ex *Mariali*, Sermone 4. pag. 51.

DLXII. ORENTIUS LUDOVICUS ZAMORA, in Opere inscripto: *Memorial Juridico en defensa de las preeminencias de la Ciudad de Zaragoza*, Discurs. 4. num. 2. à fol. 111. edit. Cæsaraugustæ, 1662. in quarto, relatus à Clarissimo Marzo, pag. 266.

DLXIII. REVERENDISSIMUS P. FR. PAULUS A' S. NICOLAO, Ordinis Monachorum Sancti Hieronymi, Procurator, Definitor, Visitator, & Chronologus Generalis, & Catholicæ Maiestatis Concionator, ex iis, quos vocant *del Numero*, in mirabili Opere inscripto: *Antiguedades Ecclesiasticas de España en los quatro primeros siglos de la Iglesia*, sæculo 1. capite 4. à pag. 13. edit. Matriti, 1725. in fol. ubi Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi tam solidè, eruditèque propugnat, ut meritò accensendus sit Clarissimis iis Viris, qui eam exertis viribus asseruere, quos recensui parte 3. Sect. 1. Assert. 51. Eruditissimus hic Author plura edidit volumina, ex quibus novem tantummodo vidi, scilicet, modo citatum de *Antiquitatibus Ecclesiasticis Hispaniæ*, & octo magni illius Operis inscripti: *Siglos Hieronymianos*; quo Vir indefessus Herculeo sanè labore complecti parat Historiam Ecclesiasticam, & Monasticam per sæcula digestam, cujus nonum volu-

volumen jam ſub prælo eſt. Præter hæc Hiſtorica edidit idem Author Concionatoria, nempè *Ideas Geronymianas*, ſive *Sermones de Sanctiſſimo Parente ſuo, Doctore Maximo Sancto Hieronymo*; & parata prælo habet duo volumina *Orationum Euangelicarum, in omnes dies Quadrageſimæ*; & denique duo volumina *Commentariorum in Prophetas*. Utiliſſimis eruditiſſimi Viri laboribus faveat Deus, adſintque Mecœnates. Laudatus eſt Author à pluribus graviſſimis Viris, & inter eos uberiori calamo, duplici eruditiſſimâ Epiſtolâ, una præfixa ſexto, altera ſeptimo ſæculorum Hieronymianorum volumini, à Sapientiſſimo Domino Alexandro Ferreira, qui olim extitit Collega, & Rector Regii Collegii Sancti Pauli, & ante vigeſimum ſecundum ætatis annum Senator in Eccleſiaſtico Senatu Diœceſis Conimbricenſis (tenente eam Eccleſiam Illuſtriſſimo Epiſcopo Comite Joanne de Mello, Viro prudentiâ, æquitate, liberalitate in pauperes, morum ſanctimoniâ, & omnigenâ virtute inſigni) in almâ Conimbricenſi Academiâ publicus Legum Profeſſor, Senatorque Regius Appellationum, & Supplicationum, in Regiis Tribunalibus Urbis Portuenſis, & Ulyſſiponenſis, Procurator Fiſcalis bonorum Sereniſſimæ Domus, quam vocant *do Infantado*, Deputatus Congreſsûs Magni Prioratûs Cratenſis Sacri Ordinis Melitenſis, Promotor Fiſcalis, nuncque Deputatus Tribunalis Bullæ Sanctæ Cruciatæ, Conſiliarius, Deputatuſque Regalis Conſilii Conſcientiæ, & Ordinum Militarium, Judexque adjunctus in cauſis Inconfidentiæ, & unus ex Aſſeſſoribus Juſtitiæ in Conſilio Rerum Bellicarum, Regius Secretarius Legationis extra ordinem Auguſtiſſimi Regis Domini Noſtri Joannis V. ad Auguſtiſſimum Regem Catholicum Philippum V. Chriſti Militiæ Eques, & Regalis Academiæ Socius, Vir eruditione Clariſſimus, cujus ſcripta typos non ſemel decorarunt; quæ omnia redundant

dundant

dundant in laudem Reverendiſſimi P. Fr. Pauli à Sancto Nicolao; nam magni apud ſapientes factum eſt, laudari à laudato Viro.

DLXIV. PAULUS DE PALACIOS, Eccleſiæ S. Mariæ de Pilari Canonicus, in *Allegatione pro Eccleſia Columnatæ Deiparæ*, anno 1654. Refertur à Clariſſimo Marzo, pag. 267. omiſſus eſt à Nicolao Antonio; oportet tamen fuiſſe Virum Doctiſſimum, utpote cui demandata eſt Provincia ſtandi pro Jure illius Apoſtolicæ Eccleſiæ.

DLXV. REVERENDISSIMUS P. FR. PAULUS YAÑEZ AVILES, Monachus Ciſtertienſis, Sacræ Theologiæ Lector, & Prædicator Generalis emeritus, Toletanæ Archidiœceſeos Examinator Synodalis, Chronologus Generalis totius Ordinis Ciſtertienſis, atque Catholici Regis Philippi V. & Regnorum ejus Hiſpaniarum, & Indiarum Hiſtoriographus, quem latentem ſub nomine Pauli de Oſſera, protuli num. 1686. expendens mirabile illius Opuſculum, inſcriptum *Baſa de la Tradicion de Nueſtra Señora del Pilar de Zaragoza.* Ibi illius nomen non detexi, licèt id probè ſcirem, ne voluntati obſiſterem Viri de MATRE ADMIRABILI optimè meriti, qui ut æmulatus eſt Apellem, *nullum reliquens amplius ſubtilitati locum,* ut ait Plinius, lib. 35. cap. 10. ita inſtar ejuſdem celeberrimi Artificis volebat poſt tabulam latere; & qui ſanctiore conſilio, quam Germanicus (de quo Tacitus lib. 2. Annalium cap. 49.) Spei Ædem ſacraverat, dum defendit Cæſarauguſtanam Ædem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quæ eſt SPES NOSTRA, imitabatur Germanicum, qui occultus, & incognitus, per caſtra incedens, ſe ipſum laudantes audiebat, & fruebatur famâ ſui, ut teſtatum reliquit Tacitus, eodem libro cap. 13. Non potuit tamen ſapientiſſimus Vir totus latere, nam breve illud Opuſculum ampliſſima Authoris munera propalavit; nam quæ dicit de

de Traditione illum probant Theologiæ Magiſtrum ; in perſuadendo efficacitas eum oſtendit Oratorem emeritum. Prudens judicium circa illud *examen*, eum adſtruit egregium examinatorem ; annorum denique certiſſima ſupputatio, rerumque Ciſtertienſium, & Hiſpanicarum ſcientia eum detegit diligentiſſimum Chronologum, non ſolùm Ciſtertienſis Ordinis, ſed & Regnorum Hiſpaniæ. Ipſe latendi amor, & occultè inſtar Apis laborandi, eum prodit Melliflui Parentis filium, maximè cùm totus ille labor ceſſerit in obſequium Auguſtiſſimæ Virginis, cujus puriſſimum lac ſuxerat Divus Bernardus ; in eo Opuſculo omnes libavit eruditionis flores, quod ſatis erat, ut cognoſceretur eſſe Apem, non quamcumque, ſed illam, de quâ Rex Sapientiſſimus mortalium ſcripſit Proverbiorum cap. *6*. verſ. *6*. juxta Verſionem Septuaginta Interpretum : *Vade ad apem, & diſce.* Totum denique Reverendiſſimum P. Fr. Paulum Yañes de Aviles latentem ſub nomine *Pauli de Oſſera*, prodidit Clariſſimus D. D. Petrus Hieronymus Hernandes & Marzo, in *Opuſculo Hiſpano-Latino Mariano-Jacobæo*, num. *59*. pag. 51. edit. Matriti, anno 1730. in quarto.

DLXVI. PETRUS ABARCA, Jaccenſis, Societatis Jeſu, in Opere inſcripto : *Los Reyes de Aragon, en Anales Hiſtoricos*, parte 1. Rey XIV. cap. 3. num. 18. fol. 1*68*. pag. 2. fol. 1*69*. edit. Matriti, 1*682*. in fol. qui eo loco non ſolùm aſſerit Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, & conſtructionem ſacelli à *Columna* dicti ; ſed diſertè perſuadet quantum honoris, & gloriæ ex his redundet in Hiſpaniam; quo refellitur judicium eorum, qui perſuadere conantur nihil intereſſe, an venerit Sanctus Apoſtolus in Hiſpaniam, necne. De Petro Abarca meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jeſu. Illius Opus vocat *pretioſiſſimum*,

ſeu

ſeu *maximi æſtimatum* Abbas Lenglet du Freſnoy in *Methode pour étudier l' Hiſtoire*, tom.4. pag.343.

CLXVII. PETRUS BIVERUS, Matritenſis, Societatis Jeſu, in *Divinis Solemniis*, Diſſertat. 3. de Apoſtolis, ubi de Sancto Jacobo, pag.479.num.3. & num.20. pag. 488. edit. Antuerpiæ, 1640. in fol. Fuit Vir excellenti doctrinâ, & à Concionibus Sereniſſimis Belgii Principibus Alberto Archiduci Auſtriæ, & Iſabellæ Claræ Eugeniæ, & Sereniſſimo Cardinali Infanti Ferdinando; deinde à ſacris Confeſſionibus Marchioni Aytonæ Belgii Gubernatori, cùm natus eſſet anno ſalutis 1572. piè obiit Matritenſis Collegii Rector, die 26. Aprilis, anno 1656. annorum 84. De eo agunt Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ, Alegambe, & Sotuellus in Bibliothecâ Societatis Jeſu.

DLXVIII. PETRUS CALIXTUS RAMIRES, Cæſarauguſtanus, in *Analitico Tractatu de Lege Regia*, quâ in Principes ſuprema, & abſoluta poteſtas translata fuit in initio, num.44. & 45.pag. 10. & 11. edit. Cæſarauguſtæ. Fuit in Cæſarauguſtanâ Academiâ Cæſaræi Juris Primarius Anteceſſor, unus ex locum tenentibus Juſtitiæ Aragoniæ, & Regius Cauſarum Criminalium Judex. Refertur à Solorzano de Jure Indiarum, loco ſupra citato, ubi de ipſo Joanne Solorzano loquutus ſum. Ejus meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

DLXIX. PETRUS HIERONYMUS CENEDUS, Aragonenſis, quem protuli numero 1568. & ſequentibus. Vir fuit Juris Canonici conſultiſſimus, præſtanti Vir judicio, & doctrinâ, Canonicus, & Præfectus almæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ *del Pilar*. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

DLXX. CLARISSIMUS D.D.D. PETRUS HIERONYMUS HERNANDES MARZO, Cæſarauguſtanus,

tanus, quem laudavi numero 2854. (*Nota quod ad hujus numeri finem linea antepenultima, & penultima per errorem Amanuensis tribuitur Natali Alexandro locus quidam Alexandri ab Alexandro*) in eruditissimo libro inscripto: *Opusculo Hispanico-Latino, Mariano-Jacobeo por la Tradicion de la Historia, en que se affirma la venida de Nuestra Señora en carne mortal a la Ciudad de Zaragoza a visitar el Apostol Santiago el Maior, quien de su mandato, con assistencia de Angeles, y de sus Discipulos, le erigiò Capilla, que es la que hasta oy con tanto culto se venera*, edit. Matriti, 1730. in quarto. In tres partes dividitur hic liber, quarum secunda, quæ incipit à pag. 15. & protenditur usque ad paginam 232. tota impenditur probationi eorum omnium, quæ in titulo proponuntur, & solutioni argumentorum, quæ morosi, seu voluntarii Critici opponunt Traditioni nostræ, cujus certitudinem tam solidè stabilit, quàm feliciter Adversariorum argumenta jugulat, & prosternit. Tertia pars, quæ excurrit à pag. 233. usque ad paginam 280. sic inscribitur: *Index Scriptorum ordine Alphabetico pro fundatione Apostolicâ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis à Columna Cæsaraugustæ de ejusdem mandato suo Jacobo Maiori.* Quo Indice, monstrante quingentos Authores, abundè satisfactum est desiderio, quem me habuisse dixi numero 2490. videndi, scilicet, librum Reverendissimi P. Fr. Francisci Salvatoris Gilaberti, quo producuntur plusquam quadrigenti Authores pro Apostolicâ fundatione Cæsaraugustani sacelli à *Columna* nuncupati. Quantum ego per hunc Indicem profecerim, suis in locis ingenuè fateor. At doleo me hoc Opusculum non habuisse, cum scripsi secundam Appendicem, sive *Syntagma de gravissimâ Authoritate Breviarii Romani novissimè recogniti*; nam illud mihi nonnulla subministraret illi lucubrationi utilissima, maximè, quæ scribit numero 301. ex Sacra Rota, Decis. 353. num. 57. & seqq. parte 5. Recentiorum,

& eodem numero, pag. 188. obſervat, quod ego obſervaveram de Benedicto XIII. Pontifice Maximo, non mutante Breviarii Romani hiſtoriam circa exiſtentiam Corporis S. Bartholomæi Romæ, in Inſula Lycaonia medio Thybri; ſed effecit æterni Numinis Providentia, ut hodie die 7. Aprilis hujus anni 1731. dum hunc dolorem meum teſtabar, mihi traditum fuerit ab eodem Clariſſimo Viro tranſmiſſum, à me hucuſque inauditum, omninoque incognitum, omnium validius, auguſtiuſque noſtræ ſententiæ patrocinium. Folium, ſcilicet, quo ſcriptæ ſunt Lectiones propriæ ſecundi Nocturni Officii ſub ritu duplici, die XII. Octobris, *Commemorationis Beatæ Mariæ de Columna pro omnibus Hiſpaniarum Regnis*, quæ fuere approbatæ à Sacrâ Rituum Congregatione, die 16. Septembris, anno 1730. cui approbationi annuit Sanctiſſimus Dominus Noſter D. CLEMENS PAPA XII. quas in fine hujus Sylloges pro coronide tranſcribemus. Fuit Author in Cæſarauguſtanâ Academiâ Doctorali utriuſque Juris laurea redimitus, Cathedraticus (ut vulgò vocant) Legum, in Univerſitate Oſcenſi. Præter *Opuſculum Hiſpano-Latinum*, plura ſcripſit pro Traditione Cæſarauguſtanæ Columnæ, quæ non edidit, vel ſuppreſſo nomine in lucem emiſit. Hujus Opuſculi num. 109. pagina 64. meminit alterius, quod ſervat M.S. cui titulus eſt: *Veritas Explorata*, & num. 286. alterius inſcripti: *Biga Sacrarum Concertationum.* Optimi hujus Viri effigiem expreſſit Reverendiſſimus P. Fr. Paulus Yañez de Aviles, nuper laudatus, in Approbatione *Opuſculi Hiſpano-Latini*, ubi de Authore loquens, ait:

> *Probum Auctorem benè noſcito, noſcant cuncti virum, cui peccatum tantum ſit nimis mentalem eſſe. Videas hominem nobilem corporis oblitum, Juriſperitum ratione, ratiociniis abſtractum, à propriâ domo ferè exulem, Bibliothecæ Regiæ incolam, curis haud liberum, ſed libro-*

rum

rum servum, vel nolentem esse nisi ingenio ingenuum. Hæc sunt.

——— jugera pauca Martialis
Hortis Hesperidum beatiora.

Nam quo studio? Solum amore Dominæ Nostræ de Columna. *Hanc unam pro Astræa sapit, & vult sapere omnes. Illi:*

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis umbra supini
Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ.

Et Matriti cum Prudentio dicit:

Inimus intra regiam salutis.

DLXXI. PETRUS JOANNES PERPINIANUS, Valentinus, ex Oppido *Elche*, S. J. libro 2. de Sanctâ Elisabethâ, Reginâ Lusitaniæ, orat. 4. pag. 163. & 170. edit. Lugduni, 1602. in 16. Vir fuit ad eloquentiam natus, ut ait Petrus Ribadeneira in Catalogo Scriptorum Societatis Jesu, pag. 158. Laudatur luculentissimo Elogio ab Alegambe in Bibliothecâ Societatis, ubi plura refert eloquentissimorum hominum honorificentissima de Perpiniano testimonia.

DLXXII. PETRUS MANTUANUS, in Opere inscripto: *Advertencias a la Historia del P. Juan de Mariana*, pag. 142. edit. Matriti, 1613. in quarto. Opus laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ. Fuit Mantuanus judicio Josephi Pellicer, col. 653. *Vivens Tabularium Historiæ, & Cosmographiæ.* De hoc libro ait Abbas Lenglet du Fresnoy in *Methode pour étudier l'Histoire*, tomo 4. pag. 328. quæ Latinè reddo: *Hæ observationes sunt eruditæ, plenæ rebus curiosis, & quæ lumina plura afferunt Historiæ generali Hispaniæ. Illæ sunt raræ, & expetitæ ab eruditis.*

DLXXIII. PETRUS DE MEDINA, Hispalensis, in Opere inscripto: *Grandezas, y cosas memorables de España*, parte 2. lib. 2. cap. 161. pagina 311. col. 2. Com-

pluti, 1595. in folio. Hæc est 2. editio, & emendatior priore, quæ est Hispalensis, anni 1543. Author suo tempore magni habitus fuit; refertur à Reverendissimo Urquiôla, pag. 265. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ.

DLXXIV. PETRUS MEDRANO, S.J. Peruanus Limensis, in *Roseto Theologico Scholastico Mariano*, tract. 9. Disp. 1. Sect. 1. n. 4. pag. 308. edit. Hispali, 1702. in fol.

DLXXV. PETRUS RIBADENEIRA, Toletanus, Societatis Jesu, in Opere inscripto: *Flos Sanctorum*, parte 2. *Vida de Santiago Mayor.* Hujus Operis innumeræ sunt editiones; pluresque in diversa idiomata translationes. Author vixit annos 84. à virtutibus, & doctrina ab omnibus commendatur, ac proinde duo tantum de eo adjiciam. Primum est Doctissimum Ambrosium Machin, Archiepiscopum Calaritanum, (quem in hâc Sylloge produxi numero 288.) in Appendice Defensionis Sanctitatis B. Luciferi, relatum à Nathanaele Sotuello in Bibliothecâ Societatis Jesu, pag. 696. vocare Petrum Ribadeneiram.

> *Sanctitate conspicuum, celeberrimum Historiographum, & in Historiâ Ecclesiasticâ, & conscribendis Sanctorum gestis nulli secundum, ac de tota Christiana Religione optimè meritum.*

Alterum est, plures Viros Doctissimos fuisse, qui audientes ea, quæ à morosis Criticis objiciuntur contra Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, dixere ad illi præstandam fidem, satis esse legisse ea, quæ de illâ Expeditione scripsit Petrus Ribadeneira. Tanti apud illos est hujus Authoris testimonium.

DLXXVI. PETRUS SUARES, in *Historia del Obispado de Guadix, y Baza*, lib. 1. cap. 2. §. 2. fol. 73. edit. Matriti, 1696. refertur ab Illustrissimo Aranaz, pag. 472. num. 14. postquam dixit Petrum Suares scribere in Vita Sancti

Sancti Torquati, esse hujus Sancti prærogativam, astitisse unà cum Magistro suo Sancto Jacobo fabricæ Templi Reginæ Angelorum à Columna dicti, adjecit: *Y es digno de advertir, que este Author se reputa por severo en la Critica moderna.* Eundem Petrum Suares refert Clarissimus Marzo, pag. 268.

DLXXVII. Fr. PETRUS DE VALDERRAMA, Hispalensis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, tomo 2. *Sermonum de Sanctis*, Sermone 2. *de Sancto Jacobo*, fol. 22. edit. Ulyssipone, 1610. in quarto. Fuit Vir clarissimi nominis inter sui temporis Concionatores, & etiam nunc nobilem habet locum apud Euangelicæ eloquentiæ studiosos. Extitit sui Ordinis Beticæ Provinciæ Moderator. Obiit Hispali, die 25. Septembris, anno 1611. dum esset Hispalensis Cœnobii Antistes. Laudatur à Fr. Antonio à Nativitate in Opere inscripto: *Montes de Coroas*, pag. 634. num. 45.

DLXXVIII. Fr. PETRUS DE VEGA, Monachorum Sancti Hieronymi Præfectus Generalis, in Opere inscripto: *Fundacion del Pilar*, relatus à Pelicer, col. 672. Vir fuit juxtà pius, atque in sacris, Patrumque antiquorum libris versatus. Floruit Carolo V. Imperatore. Laudatur à V. P. Fr. Didaco Murillo, pagina 442. & à Vincentio Blasco de la Nuza, *Historias Ecclesiasticas, y seculares de Aragon*, tomo 1. lib. 5. cap. 41. pag. 559.

DLXXIX. PHILIPPUS REX CATHOLICUS, hujus nominis III. cognomento *Bonus*, quem hortatus est ad defensionem Traditionis de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, Optimus Vir Fr. Joannes de Marieta, Ordinis Prædicatorum, ut in hâc Sylloge dixi de eodem Marieta agens, num. 514. Præmiis affecit Maurum Castellà Ferrer, qui egregiè probaverat Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi; & prætereà præcepit edi in lucem

egregium

egregium librum Fr. Francisci de Jesu Xodar, Ordinis Sanctæ Mariæ de monte Carmelo, cui titulus: *Cinco discursos con que se confirma, que el Apostol Santiago vino, y predicò en España.* Quod testatur Xodar ipse, in Epistolâ nuncupatoriâ eidem Regi; liberque editus est Matriti in Typographiâ Regiâ, anno 1612. Regioque privilegio munitus. Postremò totis suis viribus nixus est per Legatos suos, singulariterque per Ducem de Sessa, ut restitueretur Breviario Romano absoluta affirmatio Adventûs Sancti Jacobi in Hispaniam, ut testatur Emmanuel de Faria & Sousa, loco à nobis citato in hâc Sylloge, numero 338. Plurimis virtutibus claruit. Obiit editis eximiis pietatis documentis, ut par erat mori Regem Matri Admirabili addictissimum, (adstante sibi eodem Fr. Francisco de Jesu Xodar assertore Expeditionis Hispanicæ S. Jacobi morientium Advocati) die 31. Martii, anno 1621. Tertius Avus fuit Augustissimi Principis Josephi Domini Nostri. Philippi III. Historiam scripsit, jussu Philippi IV. Ægidius Gonzales de Avila, sed nondum prodierat, cùm Nicolaus Antonius edidit Bibliothecam Hispaniæ. Piissimi Regis Elogium scripsit Disertissimus Nostri Ordinis Historicus Josephus Silos, in Opere inscripto: *Mausolæa*, pag. 396. edit. Romæ, 1670. in quarto.

DLXXX. PHILIPPUS REX CATHOLICUS, hujus nominis IV. in *Literis datis ad Capitulum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Columna*, die 17. Julii, anno 1643. quam refert Josephus Fælix de Amada, in libro inscripto: *Compendio de los Milagres de Nuestra Señora del Pilar*, miraculo 36. & 37. ubi dicit has literas extare in libro de Gestis, *Partida de* 18. *de Julio de* 1643. folio 185. Tertius Avus extitit Augustissimæ Principis Mariannæ Dominæ Nostræ, conjugis Augustissimi Principis Brasiliæ Josephi Domini Nostri. Piè obiit Philippus die 17. Septembris, anno

anno 1665. Illius Elogium ſcripſit Joſephus Silos noſter in citatis *Mauſolæis*, pag. 398. Illius exequiæ Regali pompâ in Regnis ipſi ſubjectis celebratæ fuerunt, de quibus edita ſunt plura volumina; unum edidit Petrus Rodriguez de Monforti, hoc titulo: *Deſcripçion de las Honras, que ſe hizieron a la Catolica Mageſtad de D. Filippe IV.* edit. Matriti, 1666. in quarto, cum figuris: aliud edidit Hieronymus Matranga, ex noſtris Clericus Regularis, in folio, hoc titulo: *Le ſolennità lugubri eliete in nomè della fedeliſſima Sicilia*, edit. Panormi, 1666. in folio, cum figuris. Cùm autem hic Author uno, eodemque volumine complexus fuerit Philippum patrem, & Carolum filium, hæredem non magis Coronæ, quàm pietatis paternæ, non abs re erit hîc Carolum ſubnectere Philippo, licèt ordine Alphabetico reluctante; favet enim ordo Chronologicus, & æquum eſt conjungi Reges, qui nullis interjectis, tractu temporis aliis, tam in ſingulari pietate, quàm in univerſâ dominatione ſucceſſerunt, tradita quaſi per manus in Auguſtam Virginem à Columna dictam, & Sanctum Jacobum Maiorem obſervantia.

DLXXXI. CAROLUS SECUNDUS REX CATHOLICUS, paternam pietatem non tantùm æmulatus eſt, ſed longè ſuperavit. In *Comitiis habitis Cæſarauguſtæ*, anno 1678. legem ſtatuit, quâ juſſit, ut Deputati Regni Aragoniæ interpellarent Summum Pontificem pro obtinendo Officio de Apparitione Dominæ Noſtræ cum Hiſtoriâ de fundatione ſacelli Cæſarauguſtani à Sancto Jacobo extructi. De quâ lege meminere Venerabilis P. Arbiol in Opere inſcripto: *Eſpaña Feliz*, Reflexione 25. pagina 331. Reverendiſſimus Urquiôla, pag. 135. Clariſſimus Marzo, num. 217. pag. 132. ex Ægidio Cuſtodio de Liſſa. Idem Rex Carolus II. anno 1685. ſcripſit ad Sanctiſſimum Pontificem Innocentium XI. pro eodem Officio

cio obtinendo. Tam altè illius animo insederat nostræ Traditionis veritas! Obiit Rex pietate insignis Kalendis Novembris die omnium Sanctorum Festo dicatâ, Anno Jubilæi 1700. instituto Regni hærede Philippo, tunc Duce Andegavensi, nepote sororis suæ Mariæ Teresiæ Austriacæ, Ludovici XIV. Galliarum Regis uxoris.

DLXXXII. PHILIPPUS V. REX CATHOLICUS, quem Carolus II. supremis tabulis instituit Regnorum hæredem, cuique videtur, non tam reliquisse Sceptrum suæ Hispaniæ, quàm *Sceptrum Fidei Orthodoxæ*, hoc est, *Augustissimam Virginem Mariam*, quam Sanctus Cyrillus Alexandrinus, Carmelitarum decus, hoc titulo indigitavit, Augustissimam Virginem Mariam ,.in Templo Angelico, Apostolico, Cæsaraugustano cultam, ubi apertiùs ipsa est *Sceptrum Fidei Orthodoxæ*, ut ostendit Illustrissimus Aranaz, (inclytus & ipse Carmelita) in eruditissimo, & eloquentissimo libro inscripto: *El Cetro de la Fé Orthodoxa Maria Santissima en su Angelico, y Apostolico Templo del Pilar.* Nam Rex iste Augustissimus anno 1704. scripsit ad Summum Pontificem Clementem XI. postulans, ut concederet Officium de Virgine Mariâ apparente Sancto Jacobo supra Columnam. Et anno 1716. easdem iteravit preces ad eundem Pontificem. Anno verò 1720. die 8. Martii, decrevit, ut supremi Senatûs Consilii Regii jussu, tollerentur, & supprimerentur tria folia cujusdam libri, eodem anno editi Matriti, quibus Author nitebatur reddere incertam eam Historiam de Matre Admirabili, apparente Divo Jacobo ad ripam Iberi fluminis, quæ ex Traditione piâ, & antiquâ creditur, Jussitque, ut illud Regium edictum transmitteretur ad Capitulum Cæsaraugustanum, ut collocaretur, & custodiretur in Illustrissimi illius Capituli Tabulario. Post hæc supplicavit Innocentio XIII. Pontifici Maximo pro obtinendo eodem sacro

ſacro Officio, conſequutuſque eſt anno 1723. Officium in feſto Dedicationis Eccleſiarum Sanctiſſimi Salvatoris; & Beatiſſimæ Virginis &c. in cujus ſextâ Lectione, poſt verba Sancti Bernardi, adjicitur hiſtoria de Beatâ Mariâ, dum adhuc in vivis eſſet, apparente Sancto Jacobo Maiori ad ripam fluminis Iberi, eidemque Apoſtolo injungente, ut ſacellum extrueret; quod Officium eſt duplex de præcepto pro omnibus Chriſti fidelibus Civitatis, & Diœceſis Cæſarauguſtanæ. Poſtremò novis precibus petiit, & obtinuit à Sanctiſſimo Domino Noſtro Clemente Papâ XII. Officium Commemorationis Beatæ Mariæ de Columnâ, cujus ſexta Lectio comprehendit totam hiſtoriam Fundationis Eccleſiæ à Columnâ dictæ, à Sancto Jacobo conſtructæ juſſu Deiparæ; quod Officium pro univerſis Regnis, & ditionibus Regis Catholici approbatum fuit à Sacrâ Rituum Congregatione, die 16. Septembris, anni 1730. cui approbationi annuit Sanctiſſimus Pontifex Clemens XII. die 20. Decembris, anni 1730. Ex quibus omnibus apertè cognoſcitur, quàm certus ſit Auguſtiſſimus hic Rex de veritate noſtræ Traditionis; quàmque pius erga Sanctiſſimam Virginem, & Sanctum Jacobum Maiorem Hiſpaniarum Apoſtolum. Vivit adhuc, in æternumque vivat Auguſtiſſimus Rex, qui genitor eſt Auguſtiſſimæ Marianæ Principis Braſiliæ; & ſocer Auguſtiſſimæ Mariæ Barbaræ Principis Aſturicenſium, Infantiſque Luſitaniæ.

DLXXXIII. Fr. PHILIPPUS DE LA GANDARA, Gallæcus, ex Oppido *Allariz*, Diœceſis Aurienſis, Eremita Auguſtinianus, Gallæciæ Regni Chronologus, quem protuli num. 1660. Fuit Regni Gallæciæ Chronologus: laudatur à Pellicerio, & Fr. Thoma de Herrera Auguſtiniano. De eo meminit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hiſpaniæ.

DLXXXIV. Fr. PHILIPPUS DE GUIMERAN, Valentinus Guimeranensis, ex Ordine Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in *Historia del Orden de la Merced*, parte 1. cap. 6. fol. 31. relatus ab Illustrissimo Aranaz, pag. 483. num. 55. Valentinam Provinciam moderatus est: totius familiæ fuit Generalis Præfectus, (Commendatarium Generalem indigitant) ordine quintus decimus, creatus anno 1609. Deinde assumptus ad Episcopatum Jaccensem in Aragoniâ; prænunciato mortis suæ tempore, ad superos evolavit, die 24. Januarii, anno 1617. De eo Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, & Fr. Antonius Bernal del Corral in *Catalogo Magistrorum Generalium ejus Ordinis*, §. 37. qui præfixus est Bullario Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, edito Barcinone, 1696. in fol.

DLXXXV. ILL.MUS D. D. PHILIPPUS MATTHÆUS SANCHEZ DEL CASTELAR GIL DE BERNABE', Aragonensis, in *Concione pro Translatione Sacræ Eucharistiæ ad novum magnum Templum Ecclesiæ del Pilar*, pag. 4. cujus verba exhibet Reverendissimus Urquiôla, pag. 236. Est Author Doctissimus, eruditione, & eloquentiâ præstantissimus; fuit Archidiaconus Sanctæ Mariæ, Dignitas Sanctæ Ecclesiæ Cathedralis Turiasonensis, Vicarius Generalis Civitatis, & Communitatis, seu Patronatûs Calatayubii; & denique Archidiaconus Maior Sanctæ Mariæ à *Columnâ*, ab Augustissimo, & Piissimo Rege Catholico Philippo V. præsentatus; (ut dicit Latinitas inferioris ævi) eratque primus ex Præsidibus Illustrissimi Capituli Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, die 26. Julii, (postridie festum S. Jacobi) anno 1729. quo subscripsit Epistolæ Capitulari, quâ Illustrissimum illud Metropolitanum Capitulum pro suâ singulari humanitate me honorare dignatum est; cujusque exemplar transcripsi num. 2669.

D.

DLXXXVI. D. Fr. PRUDENTIUS DE SANDOVAL, Pincianus, ut fertur, ex Monacho Benedictino, Episcopus Tudensis, deinde Pampilonensis, in libro inscripto: *Fundaciones de los Monasterios del Glorioso P. S. Benito*, parte 1. §. 1. *de los primeros Predicadores de la Fé en España*, edit. Matriti, 1601. in folio. Author fuit Historiographus Regius, constitutus à Rege Catholico Philippo III. Præclarissimo Elogio ornatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ; graviore tamen, licèt longè breviore, ab Abbate Lenglet du Fresnoy *Methode pour étudier l'Histoire*, tom. 3. pag. 139. ubi de citato libro ait: *Livre curieux, & utile, fait par l'une des plus savantes plumes de toute l'Espagne.*

DLXXXVII. Fr. RAYMUNDUS LUMBIER, Aragonensis, Ordinis Sanctæ Mariæ de monte Carmelo, in Opere inscripto: *Jardin de Sermones varios*, tom. 2. pag. 747. relatus (non indicato loco) ab Illustrissimo Aranaz, pag. 482. indicato autem loco à Clarissimo Marzo, pag. 272. Fuit in Universitate Cæsaraugustanâ Primarius Sacræ Theologiæ Professor, plurium librorum Author, superiori sæculo celeberrimus. In illius jam defuncti honorem plura collegit Carmina Reverendissimus Pater Fr. Franciscus à Nativitate, Carmelitarum in Lusitaniâ non semel Prior Provincialis, Vir & ipse Doctissimus, cognominatus *o Latino*, ex quibus unum habeo penes me Lusitanum Tetradecastichum (vulgò *Soneto*) autographum, cum aliis MM. SS. pii Vatis Andreæ Nunes da Sylva, qui fuit laudatissimis moribus, & Sacerdote dignis, nostri Ordinis amantissimus, & munificus in hanc D. Nostræ de Divinâ Providentiâ Ulyssiponensem domum, in quâ per plures annos vixit, pièque obiit, magnum sui omnibus relinquens desiderium, die 3. Maii, anno 1705.

DLXXXVIII. RODERICUS SANCIUS DE ARE-

VALO, natus in Oppido *Sanctæ Mariæ de Nieva*, Diœcesis Segoviensis, Episcopus Placentinus in *Historiâ Hispaniæ*, parte 1. cap.4. tom. 1. novæ compilationis Historiarum Hispanicarum. Relatus à Marieta, num.94. & à Xodar, pag.87. Henrico IV. Regi Castellæ Historiam suam nuncupavit. Fuerat priùs Episcopus Ovetensis, Zamorensis, Calagurritanus, & tandem Placentinus: obiit Romæ, die 2. Septembris, 1471. Præclarissimum illius Elogium scripsit Ægidius Gonzales de Avila in *Theatro Ecclesiastico*, tom. 2. pag. 171. ubi de Episcopis Placentinis, pluraque hujus Doctissimi Episcopi Opera recenset, & inter ea librum de *Bullâ Cruciatâ*, qui fortassè primus fuit inter libros de hoc argumento; cujus tamen mentionem non facit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Veteri Hispanâ, tom.2. lib. 10. cap. 11. num. 587. & sequentibus, ubi fusiùs res, & libros Roderici Sancii memorat.

DLXXXIX. SANCTIUS DE AVILA ET TOLEDO, patriâ Abulensis, Episcopus Murcianus, Giennensis, Seguntinus, & tandem Placentinus, quem protuli num.1590. Fuit vir sanguine, literis, & virtutibus Clarissimus: fuit etiam S.Teresiæ à sacris Confessionibus, ad quem extant duæ ejusdem Seraphicæ Virginis Epistolæ, quæ sunt 6. & 7. in quarum Notis scripsit Sanctii laudes Venerabilis D. Joannes de Palafox & Mendoça, tom. 7. pag. 158. & 159. Illius vitam scripsit Ægidius Gonzales de Avila in *Theatro Ecclesiastico*, tom.2. ubi de *Ecclesiâ Placentinâ*, pag. 510. Laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ.

DXC. SISNANDUS, Episcopus Iriensis, quem produxi numero 488. Fuit sanguine illustris, sed illustrior sanctimoniâ; moriturus, Angelico concentu ad cœlum evocatus, abiit anno 920. Laudatur à Stephano de Garibay, lib.9.cap.21. ab Antonio de Yepes, centuria 4.
ad

ad annum Christi 835. Sancti verò Benedicti 255. fol. 46. col. 4. & ab Ægidio Gonzales de Avila in *Theatro Ecclesiastico*, tom. 1. ubi de *Ecclesiâ Sancti Jacobi*, pag. 34.

DXCI. STEPHANUS DE GARIBAY ET ZAMALLOA, Cantaber, Mondragonensis, in *Historiâ Hispaniæ*, part. 1. lib. 7. cap. 4. pagina 220. edit. Antuerpiæ, 1571. Philippi II. Chronologus, inter Historicos rerum Hispanicarum plurimi habitus. Effusè laudatur à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ. Et fusiùs à Clarissimo Viro Paulo Ignatio de Dalmasses in Dissertatione Historicâ pro patriâ Pauli Orosii, cap. 31. à pag. 379. ubi plures allegat Garibay laudatores, quibus addo Abbatem Lenglet du Fresnoy in *Methode pour étudier l'Histoire*, tom. 4. pag. 327. ubi probat ex iteratis editionibus Operum Stephani de Garibay, quanti fiant ipsius libri.

DXCII. ILLUSTRISSIMUS D. D. THOMAS BROTO ET PERES, Aragonensis, Episcopus Solsonensis, in *Concione de Translatione Sanctissimæ Eucharistiæ in novum Templum Beatæ Mariæ de Columnâ.* Hujus Authoris memini numero 2505. Illius verba producit Reverendissimus Urquiôla, à pag. 236.

DXCIII. Fr. THOMAS FRANCEZ DE URRITIGOYTI, Cæsaraugustanus, Ordinis Minorum Provinciæ Aragoniæ, cujus memini num. 395. in *Certamine Scholastico pro Deiparâ*, Disput. 7. de *Deiparæ Magisterio*, Sect. 4. num. 18. & 19. à pag. 404. edit. Lugduni, 1673. in fol. De hoc plurium librorum Doctissimo Authore tum etiam vivente agit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ; agentque Continuatores Wadingi.

DXCIV. Fr. THOMAS DE MALUENDA, ex Regno Valentiæ Setabitanus, Ordinis Prædicatorum, quem protuli numero 1632. Effusè laudatur à Fr. Alphonso Fernandes Placentino in *Concertatione Prædicatoriâ*,

à pag.

à pag.429. à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ, & à Jacobo Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom.2. pag.454. sed Vir fuit omni laude maior.

DCXV. Fr. THOMAS DE TORQUEMADA, Abulensis, Ordinis Prædicatorum, in Opere inscripto: *Camino de la Vida eterna*, part.1. cap.4. §. 5. fol.55. col.1. edit. Salmanticæ, 1650. in fol. relatus à Clarissimo Marzo. Fuit Apostolicorum Fidei Judicum Censor Theologus apud supremum Matritensem Senatum, ut testatur Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ, tom. 2. pagina 254. col.2. De eo legitur apud Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom.2.pag.588. sequens Elogium:

> *Abulensis patriâ, professione verò Conventus Salmantini alumnus, eruditione, religioneque commendatus, Sacræ Theologiæ Præsentatus, animarum zelo, Fideique flagrans, in sacrum apud Matritenses Quæsitorum, & Consilium advocari meruit, in quo Judex sedit, & Censor non paucis annis, complevitque dies suos in senectute bonâ, & octogenario maior, cùm jam antea caligassent ejus oculi, ad claritatem lucis æternæ evolavit, anno MDCLVII. cujus cum laude meminerunt noster Hyacinthus de Parra in suis Memorialibus M. SS. ad nos missis, & Antonius* Bibl. Hisp.

DXCVI. Fr. THOMAS DE TRUXILLO, Zuritensis, in *Thesauro Concionatorio*, tom.2. in *Vitâ Sancti Jacobi.* Gravissimus hic Author, primò nomen dederat Sacro, Regio, & Militari Ordini Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in quo plurimum inclaruit, & ejusdem Cœnobium Matritense rexerat; deinde obtentâ à Summo Pontifice facultate, transiit in Sanctissimum, & Doctissimum Ordinem Prædicatorum, quem professus est Barcinone, in Cœnobio Sanctæ Catharinæ Virgi-

Virginis, & Martyris, Sacræ Theologiæ Magister creatus, sacrâ, & doctissimâ eloquentiâ Clarissimus fuit. Vivebat anno 1596. Pulchra ejus Elogia scripserunt Fr. Alphonsus Fernandes Placentinus in *Concertatione Prædicatoriâ*, pag. 429. Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispaniæ. Fr. Ambrosius de Altamura in Bibliothecâ Dominicanâ, pag. 398. Jacobus Quetif in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum, tom. 2. pag. 320. Ante hos omnes, illius meminerat Possevinus in *Apparatu Sacro*, tom. 2. pagina 442.

DXCVII. THYRSUS GONZALEZ DE SANTALLA, Gallæcus, S. J. Præpositus Generalis XIII. electus Romæ in Comitiis Generalibus, die 6. Julii 1687. in *Manuductione ad conversionem Mahometanorum*, tom. 1. lib. 3. cap. 7. pag. 221. edit. Matriti, 1687. productus Romæ à Reverendissimo Cavero in *Positione*, seu *Memoriali*, exhibito Sacræ Rituum Congregationi, pagina 13. num. 35. & in *Summario*, pag. 33. num. CLXVII. De eo Reverendissimus P. Antonius Franco in *Synopsi Annalium Societatis Jesu in Lusitaniâ*, ad annum 1705. num. 4. pag. 419. ait:

> *P. N. Thyrsus Gonzalez, natione Gallæcus, inter doctissimos sui temporis locum meruit. Moderatus est primariam Theologiæ Cathedram in Salmanticensi Academiâ. Obivit plurimas Missiones maximis animarum lucris. Non paucos libros Theologicos edidit in lucem. Summâ æquitate rexit Societatem. Illius exemplum præibat subditis. In tantâ dignitate vix ullus fuit, qui se magis demitteret, & contemneret. Quanvis in Societate nullos unquam administrasset Magistratus, tantus erat Vir, ut eum universo Ordini Comitia præfecerint.*

Obiit Romæ, anno 1705. Opera, quæ memini ab ipso edita fuisse, sunt: *Disputationes Selectæ Theologiæ Scholasticæ*, vol.

vol.4. edit. Salmanticæ, 1686. in fol. *Manuductio ad conversionem Mahometanorum, in duas partes divisa*, sæpiùs edita, nempè Matriti, 1686. ut dixi, & Dilingæ, 1689. in quarto. *Fundamentum Theologiæ Moralis*, Coloniæ Agrippinæ, & Antuerpiæ, 1694. in quarto. Cùm verò hoc Opus ediderit postquam erat Præpositus Generalis Societatis Jesu, in eoque recederet à nonnullis opinionibus, quæ communiter docentur, magnoque cum plausu excipiuntur, necesse habuit præfigere Operi protestationem, quæ legitur in Introductione ad illud, num.41. & sic habet:

> *Hunc autem tractatum non edo, tamquam Præpositus Generalis Societatis Jesu, sed tamquam unus è Societate Theologus; nullum è subditis meis ad ita docendum adstringere intendens, sed omnibus plenam libertatem relinquens, ut in hâc gravissimâ controversiâ eam partem defendant, quam post accuratum studium ex sincero desiderio inveniendi veritatem susceptum, solidioribus nixam fundamentis deprehenderint.*

Utinam morosi Critici, circa controversiam de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, sequuti fuissent prudens hoc monitum summi illius Viri; hoc enim nos liberarent labore respondendi eorum nullius ponderis argumentis, quibus nostræ sententiæ veritatem oppugnant.

DXCVIII. S. VINCENTIUS FERRERIUS, Valentinus, Ordinis Prædicatorum, quem produxi n. 1512. *Sermone de Sancto Jacobo, in Festivali*, Sermone 57. *de Sancti Jacobi Apostoli triplici dignitate*, §. 2. pag. 190. col. 2. edit. Augustæ Vindelicorum, 1729. in folio. Et licèt hi Sermones prædicati fuerint à Sancto Vincentio linguâ vernaculâ, & scripti ab ejusdem discipulis, qui eos ex ore Sancti Viri audierunt, nihilominus authoritate non caret testimonium ex illis productum, nam iidem prudentiores Critici, qui negant eos scriptos esse verbis Sancti

Vincen-

Vincentii, fatentur eos continere ejuſdem Sancti Viri doctrinam; nam Vincentius Juſtinianus Antiſtius à Neotherico Adverſario productus in libello inſcripto: *Voz da Verdade*, pag. 167. ex Poſſevino tomo 2. pag. 529. editionis Colonienſis, anni 1608. quâ utor, etſi neget eos Sermones ſcriptos eſſe à Sancto Vincentio, id tamen teſtatur his verbis, loquens de illis Concionibus:

> *Ut negare non poſſum illius doctrinam continere, ſic etiam aſſero eas non à B. Vincentio conſcriptas; ſed ab ejus diſcipulis curſim exceptas.*

Idem Neotericus Adverſarius loco citato dicit:

> *No que toca a S. Vicente digo, que naõ ſaõ deſte glorioſo Santo os Sermoens, que ſe lhe attribuem, eſpecialmente o de Santiago, como já notou Natal Alexandre, tomo ultimo, pag.* 174.

Quis hoc lecto non exiſtimabit Natalem Alexandrum negare omnes Sermones S. Vincentio attributos, & ſignatè illum, qui eſt de Sancto Jacobo Apoſtolo eſſe ſanctiſſimi illius Prædicatoris? Et tamen Natalis Alexander, nec verbum dicit de illo Jacobæo Sermone; de aliis verò ait:

> *Circumferuntur* S. Vincentii Conciones de tempore, & de Sanctis *tribus voluminibus comprehenſæ, quas ipſius eſſe, ut editæ ſunt, ægrè mihi perſuadeo, quamvis doctrinam ipſo NON INDIGNAM contineant.*

Ubi eſt Sermo de Sancto Jacobo ſpecialiter abjudicatus S. Vincentio à Natale Alexandro? Hæc eſt fides, quâ Neotericus Adverſarius citabat Authores in *Voce Veritatis*, & in *Diſſertatione Hiſtoricâ*. Dixit Adverſarius, Sermonem de Sancto Jacobo eſſe indignum Sancto Vincentio; & Natalis Alexander loquens de omnibus illis Sermonibus ait doctrinam ipſo non indignam continere. Idem dixerat iiſdem ferè verbis Cardinalis Bellarminus, libro

de Scriptoribus Ecclesiasticis, ad annum Christi 1410. pagina 222. ibi:

Extant sub ejus (Sancti Vincentii) *nomine tres tomi utilissimarum Concionum: quæ & si fortè ab ejus discipulis scriptæ sunt, tamen doctrinam ejus continent.*

Succinit Philippus Labbe, unus ex maiorum gentium Criticis, relatus ab Altamura in Bibliothecâ Dominicanâ, ad annum Christi 1419. pag. 161. col. 2. qui de Concionibus Sancti Vincentii Ferrerii ait:

Dictæ Conciones excusæ sub ejus nomine, doctrinam quidem illius continent, ab ejus discipulis cursim exceptæ videntur.

Quorsum ego plures Authores adducam, ut probem eos Sermones continere doctrinam Sapientissimi, & Sanctissimi Viri Vincentii? Cùm Nicolaus Antonius, gravissimi judicii Criticus, dicat in Bibliothecâ Hispaniæ Veteri, tom. 2. pag. 136. num. 72. vulgarem esse persuasionem: *Doctrinam quidem sanctissimi Concionatoris continere hos Sermones, minimè autem concepta verba: discipulorum enim ejus, qui exceptorum loco essent, ea certo haberi debere.*

Neque indigna sunt Sancto Vincentio Ferrerio (ut existimavit Neotericus Adversarius) ea verba:

Quis fuit primus Apostolorum, qui hanc legationem exequebatur eundo per mundum? Non Petrus, nec Andreas, nec Joannes &c. sed Jacobus iste. Unde euntibus in Jerusalem Virgine Maria, & Apostolis Beatus Jacobus receptâ ab eis licentiâ venit in Hispaniam prædicans de Christo, quia Christus dixit eis: Eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæâ, & Samariâ, & usque ad ultimum terræ. Act. 1. *Ideo Beatus Jacobus venit ipsum testificans à finibus terræ.*

Nam ex his verbis non potest colligi Sanctum Jacobum discessisse ex Jerusalem ante Adventum Spiritûs Sancti, cùm

cùm dicatur ideo Beatum Apoſtolum veniſſe in Hiſpaniam Chriſtum teſtificaturus à finibus terræ, ut impleret præceptum Chriſti Domini, quo dixerat non ſolùm *Eritis mihi teſtes*, ſed priùs dixerat: *Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritûs Sancti in vos, & eritis mihi teſtes &c.* Neque fuiſſe Sanctum Petrum primum, qui prædicavit in Jeruſalem, tollit Sanctum Jacobum fuiſſe primum, qui prædicavit per mundum, & in Hiſpaniâ.

Sed etiam dato, & non conceſſo, Sanctum Vincentium non dixiſſe, Sanctum Jacobum prædicaviſſe in Hiſpaniâ, ſed hoc additum fuiſſe ab illius diſcipulis, (quod eſt incredibile, ut ſtatim dicam) id ſatis eſſet, ut haberemus teſtimonium coævum Sancto Vincentio Ferrerio, cum quo vixerunt eodem ſæculo ipſius diſcipuli, & dici non poteſt fuiſſe mendaces Sancti Vincentii diſcipulos.

Dixi eſſe incredibile prædicationem Sancti Jacobi fuiſſe aſſutam à diſcipulis illi Sermoni Sancti Vincentii, quia ea prædicatio conſtituit unam partem illius Sermonis, ſine quâ ille eſſe non poterat conformis diviſioni, quam Sanctus Vincentius illi præſcripſit.

Sed jam Vir ille ingenioſiſſimus, qui dum viveret, Adverſarius extitit Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi, quique die, quo hæc ſcribo, 29. Aprilis, tribus abhinc annis exceſſit è vivis pridiè ejus diei, quâ Græci celebrant feſtum Sancti Jacobi Maioris, didiciſſe poteſt à Sancto Vincentio Ferrerio, & à Sancto Jacobo Maiore, quâ veritatis ſpecie hujus Expeditionem Hiſpanicam oppugnaverit. De Sancti Vincentii Ferrerii laudibus videndi ſunt Authores, quos hîc citavimus, & alii ab ipſis relati, quibus addo Reverendiſſimum P. Fr. Ignatium Catoyram, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Lectorem, Regium Concionatorem in Hiſpaniâ, & Examinatorem Synodalem in Archiepiſcopatu Sancti Jacobi, in Opere in-

 ſcripto:

ſcripto: *Iluſtraciones a las maravillas del Apoſtol de Valencia S. Vicente Ferrer*, edit. Hiſpali, 1724. in quarto, quod dicavit Auguſtiſſimo Regi noſtro; & in Epiſtolâ Dedicatoriâ laudat Regalem Academiam, & adſtruit Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

DXCIX. VINCENTIUS JOSEPHUS MICHAEL, Valentinus, in Opere inſcripto: *Tablas Chronologicas*, Tabula 3. in fine pag. 94. edit. Valentiæ, 1689. in quarto, qui loco citato, ad annum 1688. ait:

> *Inſta vivamente Aragon al Pontifice por rezo para la Virgen del Pilar; y quiera la Divina Providencia, que tenga el efecto deſeado, para reprimir a los emulos, ò enemigos deſta Catholica Monarchia, la temeridad, ò atrevimiento con que nos niegan lo que acreditan* 1500. *Eſcritores ſin la immemorial Tradicion de la venida de Santiago el Zebedeo a Eſpaña.*

Hic Author fuit Critices ſtudioſus, & contemptor Pſeudochronicorum à Regali Academiâ proſcriptorum, contra quorum figmenta producit ſententiam ſeptemdecim Authorum in erudito Prologo illius Operis. Illud in eo non probo, loquutum, ſcilicet, fuiſſe de iis rebus, quæ in Luſitaniâ acciderunt ab anno 1640. ac ſi anno 1689. quo librum edidit, facta non fuiſſet pax inter regna Luſitaniæ, & reliquæ Hiſpaniæ, cùm tamen hæc Regna, illorumque Reges ſeſe amico fœdere conjunxiſſent ante viginti annos; in quo etiam non ſemel peccat Nicolaus Antonius, Scriptor alioquin laudatiſſimus. Sed libenter hunc produxi Authorem, quia teſtatur mille, & quingentos Scriptores defendiſſe partes aſſerentium Expeditionem Hiſpanicam S. Jacobi. Quâ de cauſâ mihi illum indicavit *Reverendiſſimus P. Fr. Alphonſus à Matre Dei Guerreiro*, Eborenſis, Ordinis Minorum Excalceatorum Goanæ Provinciæ Matris Dei Generalis Procurator, & Aſſiſtens Commiſſa-

miſſarius in hoc Regno, meritiſſimuſque Regalis Academiæ Socius, quem ſex abhinc annis pro modulo meo laudavi in meo Catalogo Pontificum, & Cardinalium Luſitanorum, (qui extat tomo 5. Actorum Regalis Academiæ) pag. 148. 189. 237. & 249. quemque nunquam laudare ceſſaverim; ille etenim nunquam ceſſat benemereri, non ſolùm de me, ſed de totâ Regali Academiâ, collectis undique monumentis ad utramque Hiſtoriam Luſitanam, Eccleſiaſticam, ſcilicet, & Civilem, utiliſſimis, quæ jam in tantum numerum excrevere, ut de eorum titulis confici valeat volumen, comprehenſis non tantum pretioſiſſimis Manuſcriptis, & Diplomatibus, ſed ſelectiſſimis nummiſmatis, non ſolùm cupreis, ſed argenteis, & aureis, Romanorum, Gothorum, & Luſitanorum, inter quæ ſingulare eſt unum argenteum Regis noſtri Alphonſi V. exhibens ex unâ parte inſignia Luſitaniæ, cum hâc circulari inſcriptione literis Gothicis: *Alfonſus Dei Gratia Rex Caſte.*; & ex parte adverſâ exhibet inſignia Regnorum Caſtellæ, & Legionis, cum hâc circulari inſcriptione: *Alfonſus Dei Gratia Regis Caſtelæ.* Hoc nummiſma dixi ſingulare, quia à nemine, quem ſciam, ex Viris eruditis, qui Ulyſſipone commorantur rei nummariæ curioſi, nummiſma his inſcriptionibus inſigne, viſum eſt, niſi id communicante eodem Reverendiſſimo P. Fr. Alphonſo. Certè illud fugit eruditiſſimum Virum Emmanuelem Severim de Faria, Luſitanarum Antiquitatum ſcientiſſimum, qui in libro inſcripto: *Noticias de Portugal*, diſcurſu 4. §. 29. pag. 183. recenſens nummiſmata Alphonſi V. hujus ſingularis nummiſmatis non meminit, licèt alterius habentis ex unâ parte ſcutum Luſitaniæ, ex aliâ ſcutum Caſtellæ, & Legionis, mentionem faciat. Hoc tamen ſingulare nummiſma (quod ipſi monſtravit præfatus Reverendiſſimus Fr. Alphonſus) deſcripſit Clariſſimus Dominus

nus Franciscus Leitaõ Ferreira in Notitiis Chronologicis Academiæ Conimbricensis, part. 1. ad an. Christi 1479.

DC. REVERENDISSIMUS P. D. VINCENTIUS PAULUS DE SOBRECASAS, Cæsaraugustanus, in Angelico, & Apostolico Columnæ Templo, sacro fonte lustratus, Cæsaraugustæ professus Clericus Regularis: *Oracion Euangelica, que persuade a la limosna para la fabrica del magnifico Templo, que se edifica a Nuestra Señora del Pilar en la Ciudad de Zaragoza*, Cæsaraugustæ, ex Typographiâ Petri Carreras, anno 1703. in quarto. Præter hanc Orationem typis editam, plures dixit idem disertissimus Orator, nondum editas, de Deiparâ apparente Divo Jacobo ad ripam Iberi fluminis, & in Columnâ Cæsaraugustanâ cultâ, ut dixi numero 1645. Est hic Author Vir doctissimus, Magistratibus in nostro Ordine præclarè gestis laudatissimus, domus Maioricensis Fundator, docuit Sacram Theologiam in nostro Salmanticensi Collegio, est Concionator Regiæ Maiestatis Catholicæ, Theologus, atque Examinator Apostolicæ Nuntiaturæ Hispaniæ, & Examinator Synodalis Archiepiscopatûs Calaritani; eruditissimè scripsit de Sacrâ Chronologiâ. Non solùm navat operam studiis suis, sed etiam favet alienis, laboravit enim olim non parum in accuratâ editione Operum Illustrissimi D. D. Fr. Francisci de Sobrecasas, Archiepiscopi Calaritani, (quem in hâc Sylloge produxi num. 468.) patrui sui; nunc verò Director est utilissimæ, & florentissimæ Academiæ, nuper Barcinone excitatæ; fuitque unus ex illius Institutoribus: mihi verò magna auxilia adjunxit ad hoc Opus scribendum, nam ab ipso accepi sigillum Iriensis Ecclesiæ, cujus memini num. 2217. illeque non solùm mihi plurium Authorum loca indigitavit, sed plures libros hoc argumentum pertractantes ad me transmisit, per quos profeci, & ab ipso accepi, ut minutiora Opus-

cula

cula præteream, volumen Gregorii Quintanillæ, quem produxi numero . . . . & pretiosissimum librum Reverendissimi P. Fr. Ludovici Urquiôla, qui Expeditionem Hispanicam nervosissimè demonstrat, quem produxi numero . . . . . & cujus sæpissimè memini. Ille denique me per literas non cessat hortari, ut meum hoc Opus tandem in lucem emittam. Unde dignissimus planè est, qui à me non solùm cum eximiâ grati animi testificatione commemoretur, sed qui claudat postremum agmen Authorum asserentium Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, cujus prima acies ductorem habet Paulum Quartum. Et sicuti hæc Sylloge incepit à Paulo, Theatini nominis Authore, sic desinat in Vincentio Paulo, Theatini nominis amplificatore, qui nostrum Ordinem in Balearem Maiorem invexit, nomenque suum æternitati pergit consecrare eximiâ pietate erga Sanctum Jacobum Maiorem, & MATREM ADMIRABILEM.

His artibus innixi, sibi gloriam immortalem parant Academici nostri, qui ut Historiæ peritissimi, Criticesque observantissimi, asserunt Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, quos omnes referre longum esset; non committam tamen, ut tacitus præteream septem illos sapientes, qui eo die, quo ego in privatâ nostrâ congressione Censorum primùm obtuli *Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Maioris assertam, & ex Sancto Paulo Apostolo confirmatam*, à me conscriptam, censuere amplectendam esse sententiam affirmantem Adventum Sancti Jacobi in Hispaniam, quos proinde recensebo ordine Alphabetico, quo in hâc Sylloge usus sum. Fuere igitur

I. CLARISSIMUS DOMINUS ANTONIUS RODERICIUS COSTIUS, Christi Militiæ Eques, Transmarini Senatûs Decanus, olim in redivivâ Generosorum Academiâ Historiæ Magister, Vir Latinis, Grecisque

ciſque literis inſtructiſſimus, linguarum peritiâ inſignis, omnigenâ eruditione clarus, prudentiumque Criticorum Coriphæus, qui peragratâ Hiſpaniâ, Galliâ, Belgio, Germaniâ, & Angliâ, omnes traxit in ſui admirationem. Vir editis voluminibus clarus, tam patriâ, quam Romanâ linguâ, quique propter hujus elegantiam videtur in ipſâ Româ, ævo Auguſti natus, moratuſque; adeo pura eſt illius Latinitas, ut videatur aurei illius ſæculi. Præter Vitam Magni Nonii Alvares Pereiræ typis editam, ſcripſit etiam Latinè, paratamque prælo habet, Epitomen Hiſtoriæ Luſitanæ; ſed quæ ipſum maximè commendant ſunt morum probitas, & judicii maturitas.

II. EXCELLENTISSIMUS D. DIDACUS CORREA DE SA', III. Vicecomes de Aſſeca, qui poſtquam aliquandiù navaverat operam Juri Canonico in Conimbricenſi Academiâ, totum ſe dedit manſuetioribus literis, Hiſtoriæ ſtudio, & Muſarum cultui. Unde eum ſuſpiciunt politioris literaturæ Academiæ. Vir eſt diſertiſſimus, & promptiſſimi ingenii, quibus ſummam laudem conſequutus eſt olim in redivivâ Generoſorum Academiâ, in quâ ſibi commiſſam provinciam mirificè ornavit, eruditiſſimè, & ſubtiliſſimè explicans Paradoxa Academica, maiorem tamen in Regali Academiâ præ ſe fert dexteritatem in veritate indagandâ, quò ſcribat certiùs res Sanctii Secundi, Luſitanorum Regis, quæ noſtræ Hiſtoriæ pars ipſi eſt demandata. Illius eloquentiam laudat eloquentiſſimus Orator Reverendiſſimus P. D. Raphael Bluteavius noſter, in volumine inſcripto: *Proſas Portuguezas*, parte 1. pag. 262. col. 1.

III. EXCELLENTISSIMUS D. FERDINANDUS TELLESIUS A' SYLVA, II. Marchio Alegretenſis, III. Comes Villarmaioris, Regi à ſanctioribus Conſiliis, Triumvir Fiſci Moderator, Regii Cubiculi,

Eques

Eques Auratus, qui extra ordinem Legatus missus est ad Augustissimum Imperatorem Leopoldum I. ad celebrationem Nuptiarum, quibus Augustissimus Rex Noster duxit uxorem Augustissimam Archiducissam Mariannam Austriacam, nunc Reginam, Dominamque Nostram, quam ipse Legatus prosperâ navigatione deduxit in Lusitaniam ad summam hujus Regni felicitatem. Vir est sapientiâ, & eruditione præstans, Latini sermonis nitore Clarissimus, perpetuusque Ciceronis cultor, & imitator, Artis Criticæ scientissimus; olim in redivivâ Generosorum Academiâ Magister extitit Eloquentiæ, & cûm superioribus annis cum patre, fratre, & filiis sequutus esset castra, accidit, ut eodem die, quo in illâ Academiâ ipse de Imitatione disserebat, in eâdem, & filius, & nepos Latina carmina modularentur, in quod argumentum Academicus Laboriosus, ibi Moralis Philosophiæ Magister, sequens scripsit Epigramma:

Sylvia detrectat soboles præconia Vatum:
Laudibus illius sufficit Historia.
Sylvia progenies fælix, utrique Minervæ
Assolet assiduè tota merere simul.
Unà bellat Avus, Nati, geminique Nepotes:
Unà scribit Avus, Filius, atque Nepos.
Sylvius hinc nobis imitandi maximus artis
Doctor adest factis, Doctor adestque stylo.
Facta stylumque simul, Natusque Nepòsque sequuntur:
Quisque refert Patrem, quisque imitatur Avum.

Sed summa maximi hujus Viri laus est integritas vitæ, quâ à primâ adolescentiâ, usque ad senectutem semper eminuit, in Deum pietas, in bonos amicitia, & erga omnes comitas, præter eximiam in decernendo prudentiam.

IV. EXCELLENTISSIMUS D. D. FRANCISCUS DE PORTUGAL, Marchio de Valentia, quem pro-

duxi numero 354. & quem duplici in loco referendum duxi, quia circa Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi duplici, dicam, an triplici? Functus est officio, nempè Testis, Advocati, & Judicis; Testis, dum illam asseruit, Advocati, dum summâ contentione illam defendit, Judicis denique, dum unus è septemviris decrevit ipsam esse asserendam, utpote, qui gloriæ ducit pro veritate stare. Nihil addo iis, quæ de hoc summo Viro dixi citato numero, quia quæcumque adjici possunt, semper minora erunt maximis ipsius meritis.

V. D. D. FRANCISCUS SOUSA, Prætorianæ Germanorum Cohortis Præfectus, de quo nihil dicam, nisi me, die 14. Novembris, anno 1729. astitisse ipsi animam efflanti eâ constantiâ, eâque pietate, quâ se morituros sperant, morique solent ii, quibus Sancti Jacobi Maioris adest patrocinium, Matrisque Admirabilis protectio; quæ ego de capite mihi carissimo prudens taceo, non tacuerunt eloquentissimi Oratores, gravissimi Historici, & Disertissimi Poetæ. Nempè Excellentissimus D. D. Franciscus Xaverius Menesius, Comes de Ericeira, Regalis Academiæ Censor, in Elogio Funebri, quod in eâdem Academiâ recitavit, extatque nono volumine Actorum illius. Excellentissimus D.D.Franciscus de Portugal, Marchio de Valentia, in alio Elogio Funebri, quod dicavit Excellentissimæ D. D. Catharinæ Menesiæ, sorori germanæ uxoris suæ, & defuncti Juvenis matri. Clarissimus Dominus Gundisalvus Emmanuel Galvaõ de Lacerda, Vir eruditissimus, qui in demortui locum suffectus est à Regali Academiâ, ad scribendas res gestas Regum Petri I. & Ferdinandi ejus filii, non semel cum laude meminit prædecessoris sui, ut videre est in Actis Regalis Academiæ, tomo X. Ejusdem laudes prosequutus est Clarissimus D. Franciscus Leitaõ Ferreira, Regalis Academiæ

miæ Socius, in Opere inſcripto: *Noticias Chronologicas da Univerſidade de Coimbra.* Reverendiſſimus Pater Antonius dos Reys, Regalis Academiæ Socius, libro 3. Epigram. 5. pag. 113. ſecundæ editionis Ulyſſipone, 1730. Doctor Joſephus de Mattos da Rocha, Medicus Azeitani, Poeta tam Latinis, quàm Luſitanis Muſis cariſſimus, in Dedicatione Poematis Luſitani, in lucem editi anno 1729. & in *Calariſis*, libro 2. quod egregium Opus paratum editioni eſt, propediem in lucem edendum; & in ſuaviſſimâ Elegiâ in mortem ipſius, quæ etiam typis mandabitur in *Mauſolæo Encomiaſtico* ejuſdem D. D. Franciſci Souſæ, in quo, præter alia, legentur elegantiſſima Epigrammata Excellentiſſimi Domini D. Joſephi de Portugal, Comitis de Vimioſo, Regalis Academiæ Socii, & Reverendiſſimi P. D. Ludovici Caietani Limæ, Clerici Regularis Domui Noſtræ Sanctæ Mariæ de Providentiâ, Regalis Academiæ Socii, Viri eruditiſſimi, Poetæque elegantiſſimi, cujus Epigrammata typis edita, eximiam laudem conſequuta ſunt.

VI. EXCELLENTISSIMUS D. D. JOANNES DE ALMEIDA ET PORTUGAL, II. Comes de *Aſſumar*, Regiæ Maieſtati à ſanctioribus Conſiliis, Regalis Cubiculi Eques Auratus, qui à pueritiâ deditus fuit lectioni utiliſſimorum voluminum, præſertim Hiſtoricorum, & Politicorum, qui vel à juventute præ ſe tulit ipſius Prudentiæ imaginem, ſeſeque exhibuit colendum cadenti, & orienti Soli, domi, militiæque Clariſſimus, Auguſtiſſimorum Regum Petri II. & Joannis V. extra ordinem Legatus ad Auguſtiſſimum Carolum, (nunc Imperatorem hujus nominis VI.) cujus in Aulâ ſeſe præbuit admirandum Clariſſimis Viris omnium ferè excultarum Nationum, in eam confluentibus, quique nihil unquam egit, nihilve dixit, in quo non ſeſe oſtenderet

virum graviſſimum, & prudentiſſimum, unde illius judicium ſemper, & ubique habitum eſt integerrimum, & ſapientiſſimum.

VII. ILLUSTRISSIMUS, ET EXCELLENTISSIMUS D. NONIUS A' SYLVA TELLES, ut hæres nominis Nonii patrui, & (quem hujus pater coluit avunculum) P. Nonii à Cunha, Societatis Jeſu Herois, ita & utriuſque integritatis imitator; eſt Sacrorum Canonum Doctor, Regiæ Maieſtati à Conſiliis, Supremi, Generaliſque Conſilii Sanctæ Inquiſitionis Deputatus, Regalis Academiæ Socius, olim Deputatus Tribunalis Regiæ Conſcientiæ, Ordinumque Militarium, Rectorque Conimbricenſis Academiæ, ſub quo ſacra facultas Theologica, totaque Academia, die 4. Februarii, anno 1717. propalavit ſenſum ſuum circa Conſtitutionem Apoſtolicam, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*, à Sanctiſſimo Clemente Papa XI. editam ſub VI. Idus Septembris, anno 1713. juravitque illi ſe per omnia ſubjici, omneſque propoſitiones in eâ damnatas, & in ſenſu, in quo damnatæ fuerunt, ſyncero animo rejicere, damnare, & anathematizare. Quo promeruit, ut Summus idem Pontifex in Brevi, dato Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die X. Maii M.DCC.XVII. ipſi inter alia ſcripſerit.

> *Nullum propterea laudis genus eſt, quod ſpectatæ virtuti veſtræ, ac illuſtri propoſito conſtanter inſiſtendi maiorum veſtigiis, in quibus ſummâ, perpetuâque in Sanctam hanc Sedem veneratio ſemper eluxit merito deberi non arbitramur. Pergite itaque, Dilecti filii, in eo, quod ſuſcepiſti conſilio*, ac eliminatis procul ex Academiæ veſtræ finibus peregrinis hiſce, profaniſque novitatibus *inviolabilis Petræ, ſupra quam Chriſtus ædificavit Eccleſiam, dogmatibus, ac Inſtitutis firmiter inhærete.*

Quod

Quod Pontificium monitum ipſe egregiè etiam num obſervat in Regali Academiâ, in quâ maiorum veſtigiis conſtanter inſiſtens, curat eliminari procul ex noſtris finibus peregrinas novitates, quas adeo depereunt moroſi Critici. Digniſſimum agit Sancti Officii Judicem, dum cenſet deſerendam ſententiam, quam Hiſpana Inquiſitio ſæpius proſcripſit, eam ſcilicet, quæ negat Sanctum Jacobum prædicaviſſe in Hiſpaniâ. Sapientiſſimus Juris Pontificii Doctor, qui cenſet amplectendam eſſe ſententiam aſſerentem Sanctum Jacobum Maiorem veniſſe in Hiſpaniam, quam tot Romani Pontifices probavere, quot ſunt ii, quos in hâc Sylloge retulimus, ſcilicet, Calixtus II. Clemens VI. Calixtus III. Adrianus VI. Paulus IV. S. Pius V. Clemens VIII. Urbanus VIII. Innocentius XIII. Benedictus XIII. & qui coronidem huic Operi poſtea imponet Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens XII.

Prudentiſſimo, & ſapientiſſimo hoc judicio conſequuti ſunt ſeptem hi Viri à totâ Hiſpaniâ, & à prudentioribus Criticis eximiam laudem, egregiamque commendationem; ſperareque poſſunt Sancti Apoſtoli, & Auguſtiſſimæ Virginis, quæ in Columnâ ipſi apparuit, grande patrocinium, & pietatis præmium. Cùm è contra Oppugnatores piæ hujus ſententiæ ſubjacere non raro ſoleant adverſis, quæ referunt Melchior Inchoffer, Franciſcus de Piſa, Michael Erze Ximenes, & Clariſſimus Marzo, quorum memini ſuis in locis.

PARS

PARS III.

Distribuuntur in diversos ordines prædicti sexcenti Authores, ex omnibus gentibus collecti, asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

UT primâ, & secundâ parte hujus Sylloge produximus sexcentos Authores ex omnibus gentibus, ita in hâc tertiâ eosdem dispescemus in omnes ordines, ut solvamus fidem datam in titulo hujus Sylloges. Cùm verò sint duo generales ordines hominum, nempè Ecclesiasticus, & politicus, & ex horum pluribus conficitur Respublica Literaria, ideo hanc tertiam partem in tria capita dividam; in primo indigitabo Authores Ecclesiasticos, in secundo sæculares, & in tertio eosdem recensebo secundum disciplinas, seu facultates, in quibus scripserunt, apposito cujusque capitis singulis Authoribus numero, quo inveniuntur notati in primâ, vel secundâ hujus Sylloges parte.

CAPUT I.

Recensentur Authores Ecclesiastici in hâc Sylloge producti, asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

EX sexcentis nostris Authoribus aliquot sunt Canonizati, & hi, ut culti ab Ecclesiâ, potiori jure dici debent Ecclesiastici; alii non Canonizati, & ex his Ecclesiasticis:

aſticis; alii ſeorſim degunt; alii in communi vivunt: primi præcedunt ſecundos, & hi tertios, ideo eos triplici paragrapho dividendos putavi. Primos collocabo ordine Chronologico, ſecundos ordine Hierarchico, tertios ordine Alphabetico, ad declinandas quæſtiones de præcedentia agitari ſolitas, inter ſacros cœtus, quos ego omnes maximè veneror, & æquè ſuſpicio. Quia plures ſunt Authores, qui duplicem, vel triplicem habent locum in hâc tertiâ parte Sylloges, tot vicibus illos producam, quot ſunt loca, ad quæ pertinent, ne privemus ſacras familias Viris, qui eas decorarunt: ſic exempli gratia, ter nominabimus Sanctum Pium V. primo, ut Sanctum, ſecundo, ut Summum Pontificem, tertio, ut aſſumptum ex ſacro Ordine Prædicatorum; ne tamen videamur velle multiplicare Authores, ſcribemus caractere Italico eos, quos ſecundò, vel tertiò nominabimus.

§. I.

Recenſentur ordine Chronologico Sancti VIII. qui Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi aſſeruere.

I. S. Hieronymus, numero *269*.
II. S. Iſidorus Hiſpalenſis, num. 537.
III. S. Julianus, num. 538.
IV. S. Beda Venerabilis, num. *293*.
V. S. Notkerus, num. 248.
VI. S. Vincentius Ferrerius, num. 5*9*8.
VII. S. Antoninus, num. *6*.
VIII. S. Pius V. num. 87.

§. II.

§. II.

Recensentur ordine Hierarchico Ecclesiastici seorsim viventes, qui Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Maioris asseruere.

Ordo Hierarchicus ipso nomine innuit distinctionem diversorum, ideo hunc paragraphum in plures gradus discriminabimus.

GRADUS I.

Pontifices Maximi X.

I. Calixtus II. numero 110.
II. Clemens VI. num. 115.
III. Calixtus III. num. 424.
IV. Adrianus VI. num. 160.
V. PAULUS IV. num. 1.
VI. *S. Pius V.* num. 87.
VII. Clemens VIII. num. 22.
VIII. Urbanus VIII. num. 98.
IX. Innocentius XIII. num. 40.
X. Sanctissimus D.N. CLEMENS XII. in fine.

GRADUS II.

S. R. E. Cardinales X.

I. Cæsar Baronius, num. 16.
II. Didacus de Astorga & Cespedes, num. 429.

III.

III. Franciscus Quignonius, num.466.
IV. Joannes Bona, num.49.
V. Joannes de Turrecremata, num.525.
VI. Joséphus Saenz de Aguirre, num.533.
VII. Laurentius Brancatus de Lauræa, num.67.
VIII. Ludovicus Belluga, num.539.
IX. Prosper Lambertinus, num.88.
X. Vincentius Maria Ursinus, num. . . .

GRADUS III.

Archiepiscopi XVII.

I. Ambrosius Machin, num.288.
II. *S. Antoninus*, num.6.
III. Bartholomæus de Martyribus, num.323.
IV. Didacus Alvarez, num.428.
V. Didacus de Castillo & Artiga, num.435.
VI. Didacus Justinianus ab Annuntiatione, numero 330.
VII. Franciscus de Sobrecasas, num.468.
VIII. Garcias de Loaisa Giron, num.474.
IX. Gilibertus Genebrardus, num.121.
X. Hildebertus Cenomanensis, num.125.
XI. Jacobus de Voragine, num.39.
XII. Joannes Beltran Ladron de Guevara, numero 499.
XIII. Joannes Matthæus Cariophylus, num.272.
XIV. Joannes Thomas Rocaberti, num.523.
XV. Martinus Polonus, num.265.
XVI. Petrus de Marca, num.150.
XVII. Rodericus à Cunha, num.392.

GRADUS IV.

Inquisitores Generales IV.

I. Didacus de Astorga & Céspedes, num.429.
II. Joannes Camargo, num.501.
III. Joannes Thomas Rocaberti, num.523.
IV. Sebastianus Cæsar *designatus*, num.396.

GRADUS V.

Episcopi LI.

I. Aloysius Lippomanus, num.2.
II. Alphonsus Tostatus, num.404.
III. Amator Arraez, num.302.
IV. Angelus Manrique, num.407.
V. Augustinus Barbosa, num.320.
VI. Bernardus Guidonis, num.109.
VII. Carolus à S. Paulo, num.111.
VIII. Christophorus de Almeida, num.327.
IX. Didacus Antonius Francez de Urritigoiti, num.429.
X. Didacus de Castejon & Fonseca, num.433.
XI. Emmanuel Alphonsus da Guerra, num.334.
XII. Franciscus de Boil, num.290.
XIII. Franciscus Panicarola, num.30.
XIV. Freculphus Lexoviensis, num.120.
XV. Fridericus Fornerus, num.216.
XVI. Fridericus Nausea, num.217.
XVII. Hieronymus Baptista de la Nuza, num.483.
XVIII. Jacobus Arabs, num.274.

Jaco-

GRADUS VI.

Dignitates (ut dicitur) *Capitulorum VII.*

GRADUS VII.

Canonici XXI.

Guilliel-

GRADUS VIII.

Parochi, seu *Pastores XVII.*

GRA-

GRADUS IX.

Presbyteri XVIII.

I. Alexander Calamatus, num.275.
II. Andreas Arnaud, num. . . .
III. Andreas Hoyus, num. 162.
IV. Antonius Carvalho da Costa, num.308.
V. Antonius Soares de Albergaria, num.315.
VI. Caietanus Genni, num.18.
VII. Carolus Latius, num.277.
VIII. Christianus Adrichomius, num.169.
IX. Didacus de Paiva de Andrade, num.331.
X. Franciscus de Pisa, num.464.
XI. Georgius Bartholdus, num.221.
XII. Georgius Cardoso, num.358.
XIII. Georgius Colvenerius, num.180.
XIV. Joannes Belethus, num.129.
XV. Joannes Eckius, num.229.
XVI. Joannes Franco Barreto, num.365.
XVII. Joannes Molanus, num.193.
XVIII. Petrus de Mariz, num.388.

Ex his fortassè aliquis, vel aliquot parochiale Beneficium habuere, sed cùm id mihi compertum non sit, ideo hoc loco collocati sunt, quod probè scio, id nullum eorum authoritati illaturum esse præjudicium.

CAPUT

CAPUT II.

Recensentur Ecclesiastici in communi viventes, qui Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi asseruere, dispositis sacris Cœtibus, & hominibus ordine alphabetico.

AUGUSTINIANI.

Asserunt Patres Augustiniani Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, quia sunt veritatis amantes, & quia Joannes Osorius, eximius Concionator Societatis Jesu, tom. 3. Sermone de Sancto Jacobo Maiore, citat Sanctum Augustinum pro sententiâ affirmante Sanctum Jacobum venisse in Hispaniam, ut adnotavi numero 1364. & præsertim, quia Sanctus Augustinus jugulat argumentum, cui Adversarii plurimum fidunt, deductum à martyrio Sancti Jacobi, ante eos duodecim annos ab Ascensione Christi, quibus exactis, & non ante (juxta Adversarios) licebat Apostolis prædicare Gentilibus. Sanctus enim Augustinus lib. 18. de *Civitate Dei*, cap. ultimo, docet Christum Dominum crucifixum fuisse in Consulatu Geminorum, ut observavi numero 158. unde à morte Christi ad martyrium Sancti Jacobi tredecim integri anni effluxerunt, ut annotavi eodem num. 158. Imò sexdecim anni ab illo Christi præcepto, si credendum esset Neoterico Adversario in libello inscripto: *Voz da Verdade*, pag. 74. ubi ait:

> *Haõ de contarse logo os annos desta Tradiçaõ desde o principio da prégaçaõ do Senhor, que foy o principio do seu*

> *seu anno trigesimoprimeiro, e isto quiz dizer o Santo Martyr, por assim o ouvir aos seus mayores, ou antepassados, a quem, sendo quem era, naõ daria credito, se os naõ julgasse dignos delle; e deste modo ficaõ ajustados os doze annos da Tradiçaõ, e o segundo anno de Claudio, em que os Apostolos se dividiraõ entre si, e de Judea, e foraõ prégar às Gentes.*

Dixi *si credendum esset Neoterico Adversario*, quia ille hoc loco asserit duodecim illos annos incepisse à principio primi anni prædicationis Christi; immemor eorum, quæ scripserat in Dissertatione Latinâ, cap.2. §. 1. versu *Ubi vides*, cum Salmerone, ubi dixit:

> *Ut ostendat necesse fuisse secundum ordinem Divinæ Providentiæ, circa conversionem, & Judæorum, & Gentium, quod Apostoli à regionibus Judæorum in remotas gentes ad prædicandum non abirent usque ad annum 12. ab ASCENSIONE Domini.*

Et eodem cap.2. §. 2. versu *Hinc patet*, ait:

> *Præceptum Domini de mansione Apostolorum Hierosolymis duodecim annos ab ASCENSIONE à Thrasea Martyre ex priorum traditione assertum.*

Et §. 3. versu *Ostenditur facilè*, volens probare manifestam esse impossibilitatem prædicationis Sancti Jacobi Zebedæi in Hispaniâ, ait:

> *Ostenditur facilè; quia juxta Sanctos Patres Apostolorum divulsio à Judeâ, & à se invicem facta non est ex præcepto Domini, nisi eo anno decimo secundo, sed initio ejus anni duodecimi Jacobus fuit occisus, ut omnes docent, plexus namque capite est ineunte anno secundo Claudii Imperatoris, qui duodecimus annus erat ab ASCENSIONE juxta veram Chronologiam omnibus Historicis approbatam.*

Quæ oblitus erat Neotericus Adversarius cùm scripsit in libello:

libello *Voz da Verdade*, eos duodecim annos initium habuisse in principio primi anni prædicationis Christi, hoc est, tribus annis ante Ascensionem Domini; quo nolens addidit tempori prædicationi Sancti Jacobi in Hispaniâ tot annos, quot Christus impenderat suæ prædicationi; sed licèt hos non addidisset, nunquam uti poterat utiliter duodecim annis Thraseæ, contra nos, (posito quod Christus crucifixus fuit in Consulatu Geminorum) ut ego ostendi num. 158. & à numero 481. Christum autem crucifixum fuisse in Consulatu Geminorum, docet expresè Sanctus Augustinus de Civitate Dei, lib. .ut vidimus. Hinc est tot reperiri Authores Sancti Augustini filios, asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, quot in hâc Sylloge producimus.

Hinc est, quòd nuper, die, scilicet, 15. Aprilis, hujus anni 1731. Reverendissimus P. Fr. Josephus à Nivibus, Eremita Augustinianus, Magister Sacræ Theologiæ sapientissimus, & verus Sancti Augustini discipulus, pro Augustinianis Lusitanæ Provinciæ Comitiis Ulyssipone propugnavit *Conclusiones ex universa Theologia Speculativas, Morales, Positivas, Mysticas, Dogmaticas, Chronologicas, & Historicas, juxta doctrinam M. P. Augustini in libris de Civitate Dei traditam.* In quibus Angulo 3. Descriptione *6*, bicipitem Conclusionem statuit, his verbis:

Ad sacras Hispaniarum fores bicipitem appendimus Conclusionem, scilicet, Divus Jacobus Maior, & D. Paulus Gentium Doctor, felicissimo suo adventu Hispanias consecrarunt, & earum gentibus tanquàm Patres nostri, verique Pastores Euangelicam promulgaverunt doctrinam. Hanc nostræ Lusitaniæ non modicam reputamus gloriam, pro quâ stabiliendâ dulce, & decorum est retroacta adire sæcula, & pulverulenta excutere volumina. Primam Conclusionem, seu primæ Conclusionis partem,

veridicis omnium ferè Nationum comprobabimus historicis, & omnium Religionum Authoribus, inter quos innumeri ferè, & non infimæ notæ ex nostris.

Cùm verò Sanctus Augustinus fuerit ceu novæ legis Abraham, seu Pater multarum gentium, ejus filios, quos nancisci potui, dividam in tres familias, quas recensebo ordine alphabetico.

AUGUSTINIANI

Canonici Regulares X.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Gabriel Pennotus, num.33.
II. Joannes Felix Astolphus, num.54.
III. Joannes Mauburnus, num.192.
IV. Josephus Felix de Amada, num.528.
V. Josephus Geldolphus Rickel, num.196.
VI. Leonardus à S. Josepho, num.377.
VII. Nicolaus à S. Maria, num.385.
VIII. Paulus Beurier, num.148.
IX. Philippus Picinellus, num.86.
X. Thomas à Luce, num.399.

AUGUSTINIANI

Eremitæ XX.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Ægidius à Præsentatione, num.301.
II. Alphonsus de Horosco, num.401.
III. Alphonsus de Mendoza, num.402.
IV. Antonius à Purificatione, num.312.

Augusti-

V. Augustinus Paoletus, num.12.
VI. Basilius Poncius Legionensis, num.420.
VII. Bonaventura Moors, num.212.
VIII. *Christophorus de Almeida*, num.327.
IX. Didacus Gratia, num.437.
X. Emmanuel Leal, num.341.
XI. Ferdinandus Camargo & Salgado, numero 448.
XII. Hieronymus Roman, num.487.
XIII. *Jacobus Parem de Valentia*, num.490.
XIV. Jacobus Philippus Bergonensis, num.38.
XV. *Joannes Soarius*, num.370.
XVI. *Josephus de Oliveira*, num.373.
XVII. Ludovicus ab Angelis, num.378.
XVIII. Petrus de Valderrama, num.577.
XIX. Philippus de la Gandara, num.583.
XX. Thomas Peixoto, num.400.

AUGUSTINIANI

Nudipedes V.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Anterus Maria de S. Boaventura, num.5.
II. Augustinus à S. Maria, num.321.
III. Carolus Hyacinthus à S. Maria, num.21.
IV. Didacus à Sancta Teresia, num.440.
V. Martinus à Cruce, num.550.

BENEDICTINI XXVI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Benedictinorum Religio est una ex validioribus arcibus Ecclesiæ Catholicæ, de quâ nunquam cessat benemereri, totaque est in promovendâ ipsius, Deique Optimi Maximi gloriâ; cùm verò Expeditio Hispanica Sancti Jacobi fuerit honorificentissima terræ, Cœloque, ut latè ostendi primâ parte meæ Dissertationis de hoc argumento, pronum fuit plures sapientissimos, gravissimosque Patres Benedictinos illam asseruisse, ex quibus aliquot hac Sylloge duxi referendos, qui sunt sequentes:

I.	Antonius de Yepes, num.416.
II.	Beda Venerabilis, num.293.
III.	Benedictus Hieronymus Feijoo Montenegro, num.421.
IV.	*Clemens* VI. num.115.
V.	Constantinus Caietanus, num.279.
VI.	Emmanuel Pereira de Novaes, num.342.
VII.	Franciscus de Berganza, num.452.
VIII.	*Freculphus Lexoviensis*, num.120.
IX.	Gabriel Buccellinus, num.218.
X.	*Gilibertus Genebrardus*, num.121.
XI.	Gregorius de Quintanilla, num.481.
XII.	*Hildebertus Cenomanensis Episcopus*, num.125.
XIII.	Jacobus Biroat, num.128.
XIV.	Ignatius Brentanus, num.226.
XV.	Joannes Raulinus, num.135.
XVI.	*Josephus Saenz de Aguirre*, num.533.
XVII.	Leo à S. Thoma, num.376.

Mat-

XVIII. Matthæus ab Incarnatione Pina, num.383.
XIX. Metellus Tergeſeenſis, num.245.
XX. S. *Notkerus*, num.248.
XXI. Otho Aicher, num.249.
XXII. *Prudentius de Sandoval*, num.586.
XXIII. Raphael à Jeſu, num.390.
XXIV. Vitus Seidelius, num.258.
XXV. Walafridus Strabo, num.259.
XXVI. Wandelbertus, num.260.

EX CÆLESTINIS I.

Aſſerit Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

I. Benedictus Gononus, num.108.

CANONICI SÆCULARES S. JOANNIS EUANGELISTÆ II.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

I. *Didacus Juſtinianus ab Annuntiatione*, numero 330.
II. Joſephus à Nativitate Seixas, num.372.

CAPUCCINI VII.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

I. Amadeus Bajocenſis, num.105.
II. Dionyſius de Luxemburg, num.215.
III. Florentius ab Hanſwiich, num.177.
IV. Franciſcus Longus à Coriolano, num.28.

Marcel-

CARMELITÆ.

Carmelitarum copiæ in duo licèt agmina divisæ, æquè pugnant pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, tam eorum, quos absolutè Carmelitas vocant, quàm Nudipedes, ex utrisque, aliquot selecti inveniuntur in hâc Sylloge, & sunt.

CARMELITÆ XXI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Petrus

XVIII.	Petrus Wemers, num.204.
XIX.	Raymundus Lumbier, num.587.
XX.	Sebaſtianus à S. Paulo, num.205.
XXI.	Stephanus à S. Paulo, num.206.

CARMELITÆ NUDIPEDES IV.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

I.	Dominicus à Jeſu Maria, num.442.
II.	Elias à S. Tereſia, num.174.
III.	Franciſcus à Sancta Maria, num.460.
IV.	Joſephus à Jeſu Maria, num.529.

CARTUSIANI II.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

I.	Dionyſius Rickelius, num.173.
II.	Quirinus Goeſemius, num.254.

CISTERTIENSES XI.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

I.	Albericus, num.100.
II.	Angelus Manrique, num.407.
III.	Antonius Brandam, num.305.
IV.	Bernardus de Brito, num.325.
V.	Chryſoſtomus Henriques, num.429.
VI.	Gaubertus Fabricius de Vagad, num.479.
VII.	Joannes Bona, num.49.
VIII.	Ludovicus Eſtrada, num.541.

Otho

IX. *Otho Frinsingensis*, num.252.
X. Paulus Yañez de Avilez, num.565.
XI. Sanctorale Alcobacense, num.394.

CLERICI REGULARES XIII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. PAULUS IV. num.1.
II. Antonius Caietanus Sousa, num.306.
III. Antonius Caracciolus, num.7.
IV. Bartholomæus Ferro, num.15.
V. Franciscus Maria Magius, num.280.
VI. Gabriel Lotherius, num.32.
VII. Hieronymus Contador de Argote, n.360.
VIII. Joannes Baptista Justinianus, num.43.
IX. Joannes Bonifacius Bagatta, num.50.
X. Josephus Silos, num.66.
XI. *Paulus Aresius*, num.79.
XII. Raphael Bluteavius, num.295.
XIII. Vincentius Paulus Sobrecasas, num.600.

CLERICI REGULARES MATRIS DEI II.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Cæsar Franciottus, num.17.
II. Hippolythus Marraccius, num.37.

CLE-

CLERICUS REGULARIS MINISTRANS INFIRMIS I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Nicolaus du Mortier, num.201.

CLERICI REGULARES MINORES II.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Franciscus Garcia de Palacios, num.456.
II. Hieronymus Pardo, num.485.

CLERICUS REGULARIS SCHOLARUM PIARUM I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Petrus Franciscus à Conceptione B. Virginis, num.83.

DOMINICANI XLIV.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Abrahamus Bzovius, num.263.
II. S. *Antoninus*, num.6.
III. Antonius Feo, num.310.
IV. *Bartholomæus de Martyribus*, num.323.
V. *Bernardus Guidonis*, num.109.
VI. Claudius à Rota, num.214.
VII. David l' Enfant, num.116.

VIII. *Didacus Alvarez*, num.428.
IX. Didacus do Rosario, num.332.
X. Dominicus Gravina, num.25.
XI. Dominicus de Soto, num.443.
XII. Ferdinandus de Oxea, num.450.
XIII. Franciscus Diago, num.453.
XIV. Franciscus de Mello, num.352.
XV. *Franciscus de Sobrecasas*, num.468.
XVI. *Guillielmus Durandus*, num.122.
XVII. Guillielmus Pipinus, num.123.
XVIII. Henricus Hectermans, num.225.
XIX. Hieronymus Baptista de la Nuza, n.483.
XX. *Jacobus de Voragine*, num.39.
XXI. Ignatius Coutinho, num.3.
XXII. Joannes Andreas Cappenstenius, num.227.
XXIII. *Joannes Lopes*, num.512.
XXIV. *Joannes Ludovicus Vivaldus*, num.58.
XXV. Joannes de Marieta, num.514.
XXVI. Joannes de Puente, num.518.
XXVII. Joannes Thomas Castaldus de Alasio, numero 61. qui malè notatus est 41.
XXVIII. *Joannes Thomas Rocaberti*, num.523.
XXIX. *Joannes de Turrecremata*, num.525.
XXX. Josephus Maria de Turre, num.65.
XXXI. Justinus Mieckoviensis, num.264.
XXXII. Leonardus de Utino, num.69.
XXXIII. Ludovicus Granatensis, num.542.
XXXIV. Ludovicus de Sousa, num.382,
XXXV. *Martinus Polonus*, num.265.
XXXVI. S. *Pius V*. num.87.
XXXVII. Thomas Caccinus, num.93.
XXXVIII. *Thomas Cantimpratensis*, num.208.
XXXIX. Thomas Maluenda, num.594.

Tho-

FRANCISCANI XLII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

HIERONYMIANI VIII.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

JESU CHRISTI CLAUSTRALIS I.

Afferens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Rocchus de Soveral, num. 391.

JESUITÆ CX.

Afferentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Adrianus Gambard, num. 99.
II. Adrianus Lyræus, num. 161.
III. Alphonsus Salmeron, num. 403.
IV. Andreas Schotus, num. 163.
V. Antonius Balinghen, num. 164.
VI. Antonius Carneiro, num. 307.
VII. Antonius Dauroultius, num. 165.
VIII. Antonius de Macedo, num. 311.
IX. Antonius Maria Bonuccius, num. 8.
X. Antonius Possevinus, num. 9.
XI. Antonius de Quintanadueñas, num. 41.
XII. Antonius de Vasconcellos, num. 317.
XIII. Antonius Vieira, num. 319.
XIV. Baptista Fragosus, num. 322.
XV. Bartholomæus Donati, num. 14.
XVI. Benedictus Pererius, num. 422.
XVII. Blasius Viegas, num. 326.
XVIII. Caspar Mandel, num. 213.
XIX. Christophorus à Castro, num. 425.
XX. Christophorus de Vega, num. 426.
XXI. Claudius Clemens, num. 113.
XXII. Cornelius Cornelii Alapide, num. 171.

Cosmus

Joannes

MER-

MERCENARII VIII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. *Ambrosius Machin*, num. 288.
II. Bernardus de Vargas, num. 423.
III. Emmanuel Marianus Ribera, num. 446.
IV. *Franciscus de Boil*, num. 290.
V. *Joannes de Roxas*, num. 520.
VI. Josephus Nicolaus Cavero, num. 531.
VII. *Melchior Prieto*, num. 555.
VIII. *Philippus de Guimeran*, num. 584.

MINIMI II.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Franciscus Giry, num. 118.
II. Simon Martinus, num. 154.

MONTIS VIRGINIS I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Marcus Masellus, num. 72.

ORATORII JESU CHRISTI I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Joannes Franciscus Senault, num. 132.

ORATORII SANCTI PHILIPPI NERII XI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I.	Antonius dos Reys, num.313.
II.	Augustinus Mannus, num.10.
III.	*Cæsar Baronius*, num.16.
IV.	Franciscus Marchesius, num.29.
V.	Joannes Col, num.363.
VI.	Josephus Mansus, num.64.
VII.	*Ludovicus Belluga*, num.539.
VIII.	Ludovicus Cardoso, num.379.
IX.	Odoricus Rinaldus, num.78.
X.	Rutilius Benzonius, num.90.
XI.	Thomas Bosius, num.92.

PRÆMONSTRATENSIS I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I.	Augustinus Wichmans, num.167.

S. PAULI EREMITÆ I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I.	Antonius à Dei Matre, num.309.

TRI-

TRINITARII II.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Emmanuel de Guerra & Ribera, num. 445.
II. Isidorus à Luce, num. 375.

TRINITARIUS NUDIPES I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Joannes à Nativitate, num. 366.

ORDINIS MIHI IGNOTI I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Paulus Uban, num. 81.

ORDINES EQUESTRES.

Etsi hoc caput destinaverim Ecclesiasticis in communi viventibus, & Equites Ordinum Militarium plerumque seorsim vivant, nihilominus ad idem caput pertinent, quatenus professionem emittere solent in Cœnobiis, neque alibi aptiorem habent locum; neque omittenda fuit eorum recensio, cùm inter eos reperiantur validissimi defensores Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi. Omnesque instituti sunt ad defendendam Fidem Catholicam, quam Divus Jacobus prædicavit in Hispaniâ. Et quamquam ex omnibus ferè Ordinibus Militaribus prodierint Assertores illius Jacobææ Expeditionis, plu-

res prætermissi in nostrâ Sylloge ; invitusque silentio involvi clarissimum, & eruditissimum Commendatarium Calatravensis Ordinis, qui non expressit nomen suum in scriptis aliquot, quibus adstruit Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, Apostolicamque sacelli Cæsaraugustani extructionem ; & licèt illius nomen proditum sit à Clarissimo Marzo, ego tamen nunquam proferam nomen Authoris latere volentis, satisque habeo summum illum virum non semel in hoc Opere à me cum laude commemoratum esse.

EX ALCANTARÆ EQUITIBUS I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Gaspar Ybañez de Segovia & Mendoça, num.478.

EX AVIZENSIBUS EQUITIBUS I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Ferdinandus Tellesius Sylvius, pag.1432. num.III.

EX S. JACOBI EQUITIBUS VIII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Didacus de Saavedra Fajardo, num.439.

II. Franciscus de Quevedo & Villegas, numero 465.

III. Garcias de Salcedo Coronel, num.475.

Grego-

EX JESU CHRISTI EQUITIBUS X.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

EX SS. MAURITII ET LAZARI EQUITIBUS I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Licèt

Licèt quatuor Magistri Regiæ Militiæ Velleris aurei, quatuor nempè Reges Catholici, asseruerint Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, illos tamen hoc capite non recenseo, quia illa Militia non est Religiosa, ut animadvertit Mendo de Ordinibus Militaribus, Disquisitione I. quæst. 3. numero 93. Præterea fortassè inter sexcentos Authores in hâc Sylloge relatos plures erunt Militarium Ordinum Equites, quàm hic à me recensiti, sed ego hos tantùm compertos habeo.

CAPUT III.

Recensentur Testes Sæculares in hâc Sylloge producti, asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Sicuti Authores Ecclesiasticos in diversos divisimus gradus, sic Testes Sæculares per plures dividimus titulos.

§. I.

REGES

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, ordine Chronologico relati.

I.	Joannes II. Rex Aragoniæ, num. 519.
II.	Ferdinandus V. Rex Catholicus, num. 447.
III.	Philippus III. Rex Catholicus, num. 579.
IV.	Philippus IV. Rex Catholicus, num. 580.
V.	Carolus II. Rex Catholicus, num. 581.
VI.	Philippus V. Rex Catholicus, num. 582.

§. II.

§. II.

MAGNATES III.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. *Franciscus de Portugal*, num. 354. & pagina 1433. num. IV.

II. *Gaspar Ybañes de Segovia & Mendoça*, numero 478.

III. Joannes Fernandes de Velasco, num. 508. Quis, & quantus fuerit Maximus Vir iste, scribit Alphonsus Lopes de Haro in suo Nobiliario Genealogico, tomo 1. lib. 4. cap. 5. pag. 189.

§. III.

LEGATI REGII III.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. *Antonius de Sousa de Macedo*, num. 316. Legatus ad Ordines Fæderati Belgii.

II. *Joannes Antonius de Vera*, Comes de la Roca, num. 495. Legatus ad Rempublicam Venetorum.

III. *Joannes Fernandes de Velasco*, num. 508. Legatus ad Summos Pontifices Sixtum V. & Clementem VIII. & ad Jacobum VI. Regem Magnæ Britanniæ.

§. IV.

§. IV.

SENATORES XIV.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. *Antonius de Sousa de Macedo*, num.316.
II. Bartholomæus Chassanæus, num.107.
III. Carolus Antonius Botiglierius, num.19.
IV. *Didacus de Saavedra Fajardo*, num.439.
V. Eduardus Nunes de Leaõ, num.233.
VI. *Gregorius Lopes Madera*, num.480.
VII. Jacobus Valdesius, num.489.
VIII. Joannes Chrysostomus de Vargas Machuca, num.504.
IX. *Joannes Solorzano Pereira*, num.522.
X. Joannes Stephanus Durantes, num.137.
XI. Josephus Sesse, num.534.
XII. Michael Martines de Villar, num.560.
XIII. Petrus Calixtus Ramires, num.568.
XIV. Renardus Gautier, num.153.

§. V.

PRÆFECTUS REGIO TABULARIO LUSITANIÆ I.

Asserens Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Joannes Couceiro de Avreu & Castro, numero 364.

§. VI.

§. VI.

HISTORIOGRAPHI REGUM, ET REGNORUM XX.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

HOc paragrapho miscuimus ratione muneris viros in communi viventes, cum sæcularibus, sicuti cùm egimus de Pontificibus Summis, Cardinalibus &c. non sejunximus Ecclesiasticos ex Claustris eductos à Præsulibus, qui nunquam in Claustris vixerant.

XIX. Raphael de Jeſu, num. 390.
XX. Rodericus Mendes Sylva, num. 393.

CAPUT IV.

Recenſentur Authores aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, diſtributi per diverſas diſciplinas.

CUm Sanctus Auguſtinus aſſertum quoddam probaturus libro de *Duabus naturis contra Manichæos*, cap. 11. ſcripſerit:

> *Nonne iſta cantant, & in montibus paſtores, & in theatris Poetæ, & indocti in circulis, & docti in Bibliothecis, & Magiſtri in Scholis, & Antiſtites in ſacratis locis, & in Orbe terrarum genus humanum?*

Hinc ego ſtatui in aſſerendâ Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi Divinum tanti Doctoris exemplum longè ſequi, & veſtigia ſemper adorare, hocque conſilio hanc Syllogem conflavi ex Authoribus omnium Gentium, & omnium Ordinum non ſolùm ex Republicâ Eccleſiaſticâ, & ſæculari, ut jam oſtendi, ſed etiam ex Republicâ literariâ, ut conſtabit ex hoc quarto capite, quod in duodecim paragraphos partior, in quibus recenſentur.

I. Sancti Patres.
II. Theologi Sacræ Paginæ Interpretes.
III. Theologi Scholaſtici.
IV. Theologi Mariani.
V. Theologi Polemici.
VI. Theologi Myſtici.
VII. Theologi Catechetici.

VIII. Theologi Parænetici, seu Concionatores.
IX. Juris utriusque Consulti.
X. Chronologi, & Historici.
XI. Ethici, & Critici.
XII. Poetæ.

Nolo tamen intelligi eos, quos in quopiam paragrapho recenseo, non posse etiam spectare ad alium; nam plures extitere viri doctissimi, qui ob diversitatem disciplinarum, quibus instructissimi fuerunt, pertinent ad diversos paragraphos, cuilibet tamen locum dedi juxta disciplinam, in quâ scripsit opus, quod in Sylloge produxi, eo quòd in ipso testatur Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi; hinc est, exempli gratia, quod inter Historicos, & Poetas recenseo aliquot sapientissimos Theologos, & ex eâdem ratione accidet unum, eundemque Authorem nonnunquam pluribus in paragraphis recenseri, diverso tamen caractere, nempe Italico.

§. I.

Recensentur Sancti Patres asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. *Venerabilis Beda*, num. 293.
II. S. *Hieronymus*, num. 269.
III. S. *Isidorus*, num. 537.
IV. S. *Julianus*, num. 538.
V. S. *Notkerus*, num. 248.

§. II.

THEOLOGI SACRÆ PAGINÆ INTERPRETES XXXVIII.

Afferentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I.	Alphonsus Salmeron, num.403.
II.	*Alphonsus Tostatus*, num.404.
III.	Anterus Maria de S. Bonaventura, num.5.
IV.	Antonius à Dei Matre, num.309.
V.	Bartholomæus Ferro, Cl. Reg. num.15.
VI.	Benedictus Pererius, num.422.
VII.	Blasius Viegas, num.326.
VIII.	Claudius Guilliaudus, num.114.
IX.	Cornelius Cornelii à Lapide, num.171.
X.	Cosmus de Magalhães, num.328.
XI.	*Didacus Alvarez*, num.428.
XII.	Didacus de Avendaño, num.431.
XIII.	Didacus de Baeza, num.432.
XIV.	Didacus Daza, num.436.
XV.	Dominicus de Soto, num.443.
XVI.	Gaspar Kummet, num.220.
XVII.	Gaspar Sanctius, num.477.
XVIII.	Gregorius de Quintanilla, num.481.
XIX.	Henricus Adrianus, num.183.
XX.	*Jacobus Parem de Valentia*, num.490.
XXI.	Jacobus Pinto, num.291.
XXII.	Ildephonsus de Flores, num.491.
XXIII.	Joannes Cardoso, num.362.
XXIV.	Joannes Lorinus, num.133.
XXV.	Joannes de Pineda, S. J. num.517.
XXVI.	Joannes de Silveira, num.369.

Joannes

XXVII. *Joannes Soares*, num.370.
XXVIII. Joannes Stephanus Menochius, num.60.
XXIX. *Joannes de Turrecremata*, num.525.
XXX. Josephus Maria de Turre, num.65.
XXXI. *Marcellinus Siuri*, num.546.
XXXII. Nicolaus de Lira, num.145.
XXXIII. Nicolaus Serarius, num.247.
XXXIV. Paulus Serloghus, num.298.
XXXV. Petrus Franciscus à Conceptione Beatæ Virginis, num.83.
XXXVI. Petrus Thyræus, num.251.
XXXVII. Sebastianus Barradas, num.395.
XXXVIII. Torquatus Parisanus, num.95.

§. III.

THEOLOGI SCHOLASTICI XII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. PAULUS IV. unus è quatuor Fundatoribus Clericorum Regularium.
II. Alphonsus de Mendoça, num.402.
III. Franciscus Suares, Granatensis, num.469.
IV. Joannes Seidel, num.235.
V. Joannes Sinnichius, num.194.
VI. Joannes Thomas Castaldus de Allasio, post num.60.
VII. *Laurentius Brancatus de Laurea*, num.67.
VIII. Martinus Diest, num.551.
IX. Michael Andreas Betendorpius, num.246.
X. *Prosper Lambertinus*, num.88.
XI. Richardus Arsdekin, num.300.
XII. Vincentius Filliucius, num.96.

§. IV.

THEOLOGI MARIANI LXXV.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

THeologos Marianos voco eos omnes, qui de Augustissimâ Virgine Mariâ ex professo (ut aiunt) scripsere, & si usi non fuerint stylo Scholastico, nam ut Theologi vocari debent, qui de Deo loquuntur, ita debitâ proportione servatâ, dici debent Theologi, qui loquuntur de Dei Matre, de quâ nemo rectè loqui poterit, quin multa de Deo attingat; unde quisquis de Beatâ Mariâ scribit ex professo, dicendus est Theologus Marianus: hoc tamen paragrapho solùm recenseo eos, qui integrum opus dedicarunt rebus Beatæ Mariæ pertractandis.

I.	Ægidius à Præsentatione, num.301.
II.	Adrianus Lyræus, num.161.
III.	Andreas Hoyus, num.162.
IV.	Andreas Mastellonus, num.3.
V.	Antonius Balinghen, num.164.
VI.	Antonius Vieira, num.319.
VII.	Augustinus Wichmans, num.167.
VIII.	Benedictus Gononus, num.108.
IX.	Carolus Hyacinthus de S. Maria, num.21.
X.	Carolus Latius, num.277.
XI.	Christophorus Brignone, num.278.
XII.	Christophorus à Castro, num.425.
XIII.	Christophorus de Vega, num.426.
XIV.	*Didacus de Castillo & Artiga*, num.435.
XV.	Emmanuel de Guerra & Ribera, num.445.
XVI.	Ferreolus Locrius, num.176.

Fran-

Lauren-

§. V.

§. V.

THEOLOGI POLEMICI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

POlemicus idem est atque bellicosus, seu bellandi peritus; hinc dicuntur Doctores Polemici, qui pro veritate pugnant, non contenti ipsam affirmare; & licèt communi usu receptum sit, eos solos dici Theologos Polemicos, qui argumentorum telis contra hæreticos pugnant, ego tamen sequens Clarissimum Virum Nicolaum Antonium, Authorem Bibliothecæ Hispaniæ, voco Polemicos, non solùm eos, qui pugnant contra hæreticos pro Fide Catholicâ, sed etiam illos, qui contra morosos Criticos pro veritate, pietate, & Ecclesiasticis traditionibus decertant, vel contra Authores non hæreticos; ex utrisque à me selecti sunt sequentes, quos placuit dividere in Polemicos primi ordinis, & Polemicos secundi ordinis. Primo ordine collocantur scribentes contra hæreticos; secundo verò scribentes contra morosos Criticos.

ARTICULUS I.

POLEMICI PRIMI ORDINIS XVII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Arnoldus Mermannius, num. 166.
II. Augustinus Matthæuccius, num. 11.
III. Didacus de Paiva de Andrade, num. 331.
IV. Dominicus Garcia, num. 441.
V. Dominicus Gravina, num. 25.

ARTICULUS II.

POLEMICI SECUNDI ORDINIS LXXIV.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

Daniel

XLV. Joannes Couceiro de Avreu & Caſtro, numero 364.
XLVI. Joannes Feijoo de Villalobos, num. 507.
XLVII. Joannes Felix de Amada, nùm. 528.
XLVIII. Joannes Fernandes de Velaſco, num. 508.
XLIX. Joannes de Ferreras, num. 509.
L. Joannes à Sancta Maria, num. 134.
LI. Joannes Mariana, num. 513.
LII. Joannes Peres Lopez, num. 516.
LIII. Joannes de Puente, num. 518.
LIV. Joannes de Salazar, num. 521.
LV. Joannes Salgado de Araujo, num. 368.
LVI. Joſephus Martinez Rubio, num. 530.
LVII. Joſephus Nicolaus Cavero, num. 531.
LVIII. Joſephus Pellicer de Oſſau Salas & Tovar, num. 532.
LIX. Joſephus Saenz de Aguirre, num. 533.
LX. Ludovicus Urquiôla, num. 545.
LXI. Maurus Caſtelà Ferrer, num. 554.
LXII. Michael Angelus Lualdus, num. 75.
LXIII. Michael de Erze Ximenes, num. 559.
LXIV. Michael Martinez de Villar, num. 560.
LXV. Orentius Ludovicus Zamora, num. 562.
LXVI. Paulus de Palacios, num. 564.
LXVII. Paulus Yañez de Aviles, num. 565.
LXVIII. Petrus Hieronymus Cenedo, 569.
LXIX. Petrus Hieronymus Hernandez & Marzo, num. 570.
LXX. Petrus Mantuanus, num. 572.
LXXI. Philippus de la Gandara, num. 583.
LXXII. Sanctius de Avila & Toledo, num. 589.
LXXIII. Sebaſtianus à Sancto Paulo, num. 205.
LXXIV. *Thomas Maluenda*, num. 594.

§. VI.

§. VI.

THEOLOGI MYSTICI XXV.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

§. VII.

THEOLOGI CATECHETICI VI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I.	Anonymus Olomucensis, num. 210.
II.	Antonius Dauroultius, num. 165.
III.	Bartholomæus de Martyribus, num. 323.
IV.	Emmanuel Fernandes, S. J. num. 340.
V.	Jacobus Marchantius, num. 187.
VI.	Mathias Heimbach, num. 241.

§. VIII.

THEOLOGI PARÆNETICI, SEU CONCIONATORES LXXXIV.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

QUanti ponderis sit testimonium Concionatorum asserentium Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, testatur Doctissimus Fr. Joannes de Marieta, alloquens Regem Catholicum Philippum III. in Relatione, quam produxi hâc Sylloge, numero 514. in quâ postquam citavit centum Authores pro illâ Expeditione, subjunxit:

> *A esto se llega, que tantos Sermones de hombres tan Doctos, y eminentes, que se han predicado en España, y fuera de ella delante de Reyes, Arçobispos, Obispos, Inquisidores, si no fuera verdad muy conocida, y recevida por tal, como pudieran dissimular, y passar sin castigo, predicando cosa, que no fuesse mucha verdad?*

Hâc de causâ in hâc Sylloge produxi tot sacros Oratores,

ex

ex toto Orbe Catholico, qui è sacro suggestu publicè prædicavere Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ, quos hoc paragrapho recenseo, & sunt.

I. Adrianus Gambard, num.*99*.
II. Alexander Calamatus, num.275.
III. Alphonsus de Horosco, num.401.
IV. Amadeus Bajocensis, num.101.
V. Andreas de Cerqueira, num.303.
VI. Antonius Caignet, num.105.
VII. Antonius Feyo, num.310.
VIII. *Antonius Vieira*, num.31*9*.
IX. Augustinus Paoletus, num.12.
X. Bartholomæus Donati, num.14.
XI. Basilius Poncius Legionensis, num.420.
XII. Benedictus Fidelis, num.27*6*.
XIII. *Bernardus Guidonis*, num.10*9*.
XIV. Bonaventura Moors, num. 212.
XV. *Christophorus de Almeida*, num.327.
XVI. Didacus Gracia, num.437.
XVII. *Didacus Justinianus ab Annuntiatione*, numero 330.
XVIII. *Didacus de Paiva de Andrade*, num 331.
XIX. Dionysius Rickelius, num.173.
XX. Elias à Sancta Teresia, num.174.
XXI. Emmanuel Alphonsus da Guerra, n.334.
XXII. *Emmanuel da Guerra & Ribera*, num.445.
XXIII. Emmanuel dos Reys, num.344.
XXIV. Emmanuel da Sylva, num.34*6*.
XXV. Florentius ab Hansuwick, num.177.
XXVI. Franciscus de Amaral, n.347.
XXVII. Franciscus Fernandez Galvaõ, num.348.
XXVIII. Franciscus Garzia de Valle, num.457.

Francis-

Michael

§. IX.

JURIS UTRIUSQUE CONSULTI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

CUm duplex sit jus, unum Canonicum, aliud Civile, in duplicem Articulum videbatur scindendus hic paragraphus, sed cùm sub jure Canonico comprehendi possint res Liturgicæ, hoc jus priùs in duos Articulos partiamur; quorum primo recensebimus Authores Juris Pontificii, in secundo Scriptores Rerum Liturgicarum. Juris verò Civilis Doctores paragrapho tertio assignabimus.

ARTICULUS I.

SCRIPTORES JURIS PONTIFICII XXVI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

INter Scriptores Juris Pontificii agmen ducere debebant ipsimet Summi Pontifices, qui verè sunt Juris Pontificii Authores; pluresque asseruerunt Expeditionem Hispanicam S. Jacobi, sed cùm ego jam illos enumeraverim, retulerimque supra pag. 1440. supervacaneum duco eos hîc iterum recensere, unde hoc loco solùm referam Juris Pontificii Doctores infra Romanos Pontifices collocandos, qui sunt:

I. Augustinus Barbosa, num. 320.
II. Baptista Fragoso, num. 322.
III. Coccinus Coccini, num. 23.
IV. Coclius Bicchius, num. 24.
V. Didacus Antonius Francez de Urrutigoyti, num. 429.

Didacus

ARTICULUS II.

SCRIPTORES RERUM LITURGICARUM XVIII.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

ARTICULUS III.

SCRIPTORES JURIS CIVILIS VIII.

Aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi.

SIcuti Summi Pontifices ſunt veri Authores Juris Pontificii, ita Reges, & Supremi Principes ſunt veri Authores Juris Civilis, quo titulo ante omnes recenſendi videbantur hoc Articulo; cùm tamen ego Articulo primo non recenſuerim primo Articulo Summos Pontifices, qui aſſeruere Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, contentus illos enumeraſſe pagina 1444. eâdem ratione hoc loco abſtineo ab enumeratione Regum, qui eandem Expeditionem aſſeruere, ſatis habens eos etiam recenſuiſſe ſupra pagina 1470. Unde ſolùm hîc enumerabo eos, qui propriè dicuntur Juris Civilis Doctores, quorum in hâc Sylloge memini, qui ſunt:

Bar-

I.	Bartholomæus Chaſſanæus, num. 107.
II.	Carolus Antonius Botilierius, num. 19.
III.	Jacobus Valdeſius, num. 489.
IV.	Joannes Chriſtophorus de Suelves, n. 503.
V.	Joannes Chryſoſtomus de Vargas Machuca, num. 504.
VI.	Joannes de Solorzano Pereira, num. 522.
VII.	Moreirenſis Monaſterii Donatio, num. 384.
VIII.	Petrus Callixtus Ramires, num. 568.

His adjungere poſſem Clariſſimum Juris Civilis Scriptorem Antonium de Souſa de Macedo, quem produxi num. 316. ſed cùm ſtatutum mihi ſit Authores referre ad diſciplinas, ad quas ſpectant tractatus illi, quorum teſtimonio utor, & opus Antonii de Souſa de Macedo, quod eo loco allegavi, non pertineat ad Jus Civile, non eſt hujus loci illum Authorem recenſere.

Libentiſſimè hìc enumeraſſem magni nominis Juris Conſultum Michaelem Calderò, qui tomo 3. Deciſione 124. numero 3. aſſerit Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi; niſi jam typis mandata eſſet noſtra Sylloge, quando hunc Authorem mihi ſubminiſtravit Clariſſimus Dominus Doctor Joannes Alvarez da Coſta, Senator Regius, unus è Decemviris Gravaminum Judicibus, & unus è quinquaginta Regalis Academiæ Sociis, & acerrimus Defenſor Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi, Vir ille Sapientiſſimus, cujus cum laude memini num. 2252.

§. X.

§. X.
CHRONOLOGI, ET HISTORICI.

Afferentes Expeditionem Hifpanicam Sancti Jacobi.

HUnc paragraphum in tres Articulos dividimus; primo recenfemus Chronologos, tam Ecclefiafticos, quam fæculares; fecundo Hiftoricos Ecclefiafticos; tertio denique Hiftoricos fæculares, afferentes Expeditionem Hifpanicam Sancti Jacobi.

ARTICULUS I.
CHRONOLOGI XVII.

Afferentes Expeditionem Hifpanicam Sancti Jacobi.

I.	Albericus, num.100.
II.	Antonius Maria Bonucci, num.8.
III.	Chriftianus Adrichomius, num.169.
IV.	Chriftianus Maffæus, num.170.
V.	Chronica Chronicarum, num.112.
VI.	Claudius Clemens, num.113.
VII.	*Gilibertus Genebrardus*, num.121.
VIII.	Gofridus Viterbienfis, num.34.
IX.	Jacobus Tirinus, num.189.
X.	Joannes Baptifta Ricciolius, num.47.
XI.	Joannes Dominicus Mufantius, num.53.
XII.	Martinus Carrillo, num.549.
XIII.	Otho Aicher, num.249.
XIV.	*Otho Frifingenfis*, num.250.
XV.	Paulus Beurier, num.148.
XVI.	Sebaftianus Verroni, num.256.
XVII.	Vincentius Jofephus Michael, num.599.

ARTI-

ARTICULUS II.

HISTORICI ECCLESIASTICI XCVIII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Emma-

ARTICULUS III.

HISTORICI SÆCULARES LXIII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Fran-

LIII. Paulus Merula, num.202.
LIV. Petrus Abarca, num.566.
LV. Petrus de Marca, num.150.
LVI. Petrus de Mariz, num.388.
LVII. Petrus de Medina, num.573.
LVIII. Philippus Osulevanus, num.299.
LIX. Rodericus Mendes Sylva, num.393.
LX. Rodericus Sancius de Arevalo, num.584.
LXI. Salvator Vitalis, num.292.
LXII. Stephanus de Garibay & Zamalloa, numero 591.
LXIII. Thomas Cornelius, num.156.

§. XI.

ETHICI, ET CRITICI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Bipartitus esse debet hic paragraphus, ut vel ex ipsius titulo patefit, ideoque illum in duos Articulos dividam; in primo recensebuntur Scriptores Ethici, seu Morales; in secundo verò Scriptores Critici asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

ARTICULUS I.

ETHICI VII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Amator Arraez, num.302.
II. Andreas Eborensis, num.304.
III. Joannes Masenius, num.232.
IV. Joannes de Roxas, num.520.

Joan-

V. Joannes de Torres, num. 524.
VI. Ludovicus Pueyo de Abadia, num. 544.
VII. Philippus Picinellus, num. 86.

ARTICULUS II.

CRITICI XIII.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

I. Andreas Schotus, num. 163.
II. Antonius Possevinus, num. 9.
III. Benedictus Hieronymus Feijoo Montenegro, num. 421.
IV. Emmanuel Leal, num. 341.
V. Gerardus Vossius, num. 181.
VI. Jacobus Pamelius, num. 188.
VII. Joannes Antonius de Tapia & Robles, n. 41.
VIII. Joannes Dadræus, num. 131.
IX. Laurentius Renatus de la Barre, num. 138.
X. Nicolaus du Mortier, num. 201.
XI. Petrus Maturus, num. 151.
XII. Raphael Bluteavius, Clericus Regularis, numero 295.
XIII. Suffridus Petri, num. 207.

§. XII.

POETÆ XVI.

Asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

ME ridebunt morosi Critici, quod etiam Poetas in causæ nostræ patrocinium advocaverim; ego tamen illorum sarcasmos honori duco, partemque non minimam

nimam felicitatis excellentium Scriptorum esse existimo displicuisse iis hominibus, si fas est vocari homines, qui potius sunt mysantropi, hoc est, osores hominum, hostesque generis humani, ut me jam numero 2863. adnotasse memini. Non hîc me effundam in Poetarum laudes; duo solùm adjiciam, unum est, Sanctum Augustinum sæpe usum fuisse testimoniis Poetarum, ut in illius operibus videre est; mihi sufficiet in memoriam Lectoribus meis revocare verba illius, quæ adduxi in principio hujus tertii capitis, pagina 1474. Alterum, idque præcipuum, Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi veritatem multum debere maximis duobus viris, quorum alter fuit Poeta, alter non dedignatus est Poetas allegare; & uterque fuit afflatus Spiritu Sancto. Hi sunt S. Rex David, & Sanctus Apostolus Paulus. Davidem enim fuisse Poetam, metroque suos Psalmos cecinisse, opinio communis est, teste Lorino, Præfatione in Psalmos capite 7. Hinc est, quod Sanctus Hieronymus in Epistolâ ad Paulinum, quæ circumfertur præfixa Sacris Bibliis, ait:

> *David Simonides noster, Pindarus, & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo Psalterio, ab inferis excitat resurgentem.*

Sanctum verò Paulum allegavisse Poetas, constat ex capite 17. Actorum Apostolorum, num. 28. ubi ipse Apostolus ad Cretenses Orationem habens, ait:

> *In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum Poetarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus.*

Quæ sunt verba Arati Poetæ antiqui, & celebris, ut in hunc locum adnotavit Cornelius à Lapide. Iterum Divus Paulus in Epistolâ ad Titum, capite 1. versu 10. allegavit Poetam, dicens:

Dixit

Dixit quidam ex illis proprius ipſorum propheta : Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri, teſtimonium hoc verum eſt.

Quo loco allegavit Callimachum, vel potiùs Epimenidem Poetam, ut obſervat idem Alapide in hunc locum.

Quantum verò contulerit David aſſerentibus Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, norunt, qui ſciunt Davidem Pſalmo 18. verſu 5. ceciniſſe.

In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum.

Quæ verba intelligi de Apoſtolis, communis docet Interpretum ſententia; hancque prophetiam impletam eſſe prædicatione Sancti Jacobi in Hiſpaniâ, ſcripſit inter alios Jacobus Parem de Valentia ex Eremita Auguſtiniano, Epiſcopus Chriſtopolitanus, quem produxi hâc Sylloge, num. 490.

Quantum verò contulerit Sanctus Paulus aſſerentibus Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, abundè oſtenſum eſt toto noſtro hoc Opere, cujus inſcriptio eſt : *Expeditio Hiſpanica Apoſtoli Sancti Jacobi Maioris aſſerta, & ex Sancto Paulo Apoſtolo confirmata.* Hîc ſolùm dicam Sanctum Paulum ad Romanos ſcribentem, cap. 10. verſu 18. repetiiſſe citatum Davidis verſum 5. Pſalmi 18. ait enim :

Nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum.

quibus confirmari Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, docent nonnulli, ut animadverti num. 296. ſic ego illa verba intellexi num. 1784. & denique num. 2110.

Unde nihili faciens irriſiones Criticorum, qui moroſi eſſe volunt, Poetas produxi, & ſunt qui ſequuntur :

I. Antonius dos Reys, num. 313.
II. Baptiſta Mantuanus, num. 13.

Ber-

Emmanuelem Corream, Emmanuelem de Faria & Sousa, Garciam Salzedo Coronel, & Josephum Pellicer enumeravi inter Poetas, quia omnes Poetæ fuerunt, & à me adducti sunt illorum libri, quibus agunt Poetarum Commentatores.

PARS

PARS IV.

Recensentur sexcenti Authores hac Sylloge producti, duplici Indice, uno Chronologico, altero Alphabetico.

Illo secundùm successionem temporum, hoc juxta ordinem literarum.

EX titulo hujus quartæ nostræ Syllogis partis constat hanc debere esse bipartitam, duplicique syllabo concludendam, hinc duplicem Sectionem instituimus.

SECTIO I.

Exhibetur Sylloges Index Chronologicus.

HUnc Indicem confeci juxta annorum successionem, ut Lectoribus constet antiquitas sententiæ asserentium Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, contra id, quod nobis solent objicere morosi Critici; nempè illam Expeditionem fuisse antiquis incognitam; quod quidem falsum est; & tamen licèt hoc verum foret, non ideo sequebatur falsam esse illam sententiam, nam etiam antiquis fuit incognita maxima ex quatuor partibus Orbis, nempè America; & tamen non est falsum, sed certissimum dari Americam. Sed antequam scribam Indicem, quo juxta annorum seriem recensentur sexcenti Authores producti in Sylloge, volo Lectoribus meis in memoriam revocare, quæ aliàs dixi in confirmationem antiquitatis nostræ sententiæ.

Eeeeeeeee Parte

Parte 3. Sect. 4. Assertione 64. num. 2108. adduxi testimonium Sancti Marci, cap.16. versu 20. quo ostendi suaderi Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi; & similiter produxi numero 2110. locum Sancti Pauli in Epistolâ ad Romanos, cap.10. vers.18. ex quo confirmatur Expeditionem illam cognitam fuisse primo sæculo Legis Gratiæ, quo vixerunt Sanctus Marcus, & Sanctus Paulus.

Parte 3. Sectione 1. Assertione 48. numero 1202. produxi testimonium Sancti Justini Martyris, quo notum fit eam Expeditionem non fuisse inauditam secundo sæculo, quo vixit Sanctus Justinus.

Numero 1207. produxi testimonium Tertulliani, ex quo ostenditur eam Expeditionem non fuisse incognitam tertio sæculo, quo vixit Tertullianus.

Numero 1217. produxi authoritatem Sancti Gregorii Nisseni, quâ jugulantur argumenta contra Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi; tantum abest, ut Sanctus ille Doctor faverit Neoterico Adversario, qui illâ abusus est contra nos. Unde dici non potest eam Expeditionem fuisse incognitam quarto sæculo, quo vixit S. Gregorius Nissenus.

Authores, qui vixere sequentibus sæculis usque ad nostra tempora, profert Index iste Chronologicus, quem in tres Articulos dividimus. Primus recenset Authores, qui floruere à sæculo quarto usque ad ortum Artis Typographicæ. Secundus recenset Authores, qui vixere ab ortu Artis Typographicæ usque ad Martinum Lutherum, ex cujus schola prodiit negatio Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, ut dixi à numero 1032. Tertius recenset Authores, qui asseruere Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi ab infelici tempore Martini Lutheri usque ad annum trigesimum sæculi decimi octavi.

ARTI-

ARTICULUS I.

Indicantur Authores, qui asseruerunt Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi à quarto sæculo usque ad ortum Artis Typographicæ.

Anno Christi.		Numeri Syllogea.
	SÆCULO V.	
422. Obiit, ætatis 92.	Sanctus Hieronymus,	269.
	SÆCULO VI.	
596.	Sanctus Isidorus,	537.
	SÆCULO VII.	
689.	Sanctus Julianus,	538.
	SÆCULO VIII.	
717.	Martyrologium Autissiodorense,	141.
731.	Venerabilis Beda,	293.
772.	Martyrologium Blumanni,	237.
	SÆCULO IX.	
804.	Martyrologium Gelonense,	142.
830.	Freculphus Lexoviensis,	120.
849.	Walafridus Strabo,	259.
.	Wandelbertus,	260.
	SÆCULO X.	
912.	Sanctus Notkerus,	248.
914.	Sisnandus,	590.

SÆCULO XI.

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1054.	Breviarium Armenum,	273.
1073.	Albericus,	100.
1087.	Moreirensis Monasterii Donatio,	384.

SÆCULO XII.

1124.	Callixtus II.	110.
1136.	Hildebertus Cenomanensis,	125.
1145.	Otho Frisingensis,	250.
1152.	Gotfredus Viterbiensis,	34.
1160.	Metellus Tergeseensis,	245.
1162.	Joannes Belethus,	129.

SÆCULO XIII.

1250.	Vincentius Bellovacensis,	157.
1265.	Thomas Cantimpratensis,	208.
1278.	Martinus Polonus,	265.
1286.	Guillielmus Durandus,	122.
1298.	Jacobus de Voragine,	39.
1300.	Bernardus Guidonis,	109.

SÆCULO XIV.

1340.	Nicolaus de Lyra,	145.
1342.	Clemens VI.	115.
1372.	Petrus de Natalibus,	85.

SÆCULO XV.

1418.	S. Vincentius Ferrerius,	598.
1440.	Alphonsus Tostatus Abulensis,	404.
1443.	Sanctorale Alcobatiense,	394.
1450.	Primus Cabilonensis Episcopus,	152.
1456.	Calixtus III.	424.

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1459.	Sanctus Antoninus,	6.
1459.	Joannes II. Rex Aragoniæ,	519.

ARTICULUS II.

Recensentur Authores asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, qui vixere ab ortu Artis Typographicæ usque ad Martinum Lutherum, ex cujus schola prodiit primò illius Expeditionis negatio.

POstquam Authores, qui vixerunt sæculis præcedentibus ortum Artis Typographicæ (quæ nata est circa annum sexagesimum sæculi XV.) tradiderunt Sanctum Jacobum Maiorem prædicavisse Euangelium in Hispaniâ, in tuto collocata est sententia, id affirmans, cùm nemo usque ad ea tempora ausus fuerit id negare, neque quidpiam asserere, ex quo rectè colligi posset eam Expeditionem negandam esse. Non aliam fuisse mentem Authorum, qui scripsere ab ortu Artis Typographicæ usque ad Martinum Lutherum, qui traditionibus Ecclesiasticis bellum indixit, testatur series Authorum, quos hoc secundo Articulo exhibemus, qui præcedentium vestigia prementes, Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi disertissimè asseruerunt; unde veritas illa, quæ antea intra pauciores libros clausa erat, cœpit latiùs spargi per totum Orbem, non solùm testimonio Authorum recentium, sed etiam antiquiorum, qui in lucem prodiere beneficio illius Artis, de qua Laurentius Lebrum in Eloquentiâ Poeticâ, lib. 7. pag. 687. ait:

——— quam nulla satis mirabitur ætas
Ars cœlo delapsa viris ———

Artis,

Artis, inquam, Typographicæ, cui debemus non solùm nova scripta, sed & antiquiora. Novis libris Ars Typographica est *Juno Lucina*, quæ nasci facit tot optimos libros, mentis fœtus. Nam, ut cecinit Joannes Antonius Campanus:

Imprimit illa die, quantum vix scribitur anno.

Veteribus autem monumentis, quæ in scriniis sepulta erant, Ars Typographica est, ceu Mercurius, qui teste Statio Papinio 1. Thebaidos:

——— *exangues animare assueverat umbras.*

Et qui à Prudentio in Symmachum, traditur

In lucem revocasse animas, Cocytia lethi
Jura resignasse, sursum revolantibus umbris.

Id testantur tot scripta Anecdota, (ut Cicero vocat lib.2. ad Atticum epist.6. voce Græcâ usus) hoc est, antea inedita, quæ beneficio Artis Typographicæ in lucem prodiere, & quotidie prodeunt studio eruditissimorum hominum; ut sunt Doctissimi Benedictini Lucas Decherius, Joannes Mabillon, Edmundus Martene, Theodoricus Ruinart, Bernardus Pez, & ejus frater Hieronymus Pez, & Pater Hucber, de quibus tribus postremis summâ cum laude loquitur Abbas Lenglet du Fresnoy, tom. 3. Method. pag.272. Clarissimi Patres Societatis Jesu Andreas Schotus, Jacobus Gretserus, Jacobus Sirmondus, Philippus Labbæus, Joannes Bolandus, ejusque Continuatores, ex quibus mihi amplissimâ, summâque cum laude memorandus est Reverendissimus P. Guillielmus Cuperus, cui nostra sententia de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi tantum debet, quantum in hoc Opere non semel testatus sum. Quibus addendus est Henricus Canisius in *Thesauro Monumentorum Ecclesiasticorum, & Historicorum*, edit. Antuerpiæ, 1725. in folio, quatuor tomis; & mille alii, quos longum esset recensere. Mihi tamen nullo pacto præ-

prætereundus eſt Clariſſimus Vir Ludovicus Antonius Muratorius, qui inter Academicos Arcades dicitur Leucotus Gateates, Bibliothecæ Sereniſſimi Ducis Mutinenſis Præfectus, qui plura edidit Anecdota non ſolùm Latina, ſed etiam Græca, quorum penes me habeo quinque volumina in quarto, qui præterea edidit *Scriptores Rerum Italicarum à quinto ſæculo ad ſæculum quintum decimum*, quatuordecim voluminibus, edit. Parmæ, 1720. &c. de quibus Abbas Lenglet du Freſnoy: *Methode pour étudier l' Hiſtoire*, tomo 3. pag. 341. ait:

> *Cette Collection uaut infinement mieux que celle de Mrs Greuius, et Burman; outre un choix exact des Auteurs les plus rares, on y trouve encore des Auteurs manuſcrits, que leſçavant M. Muratori donne pour la primiere fois. Cet editeur l' un des ſçavantes hommes que l' Italie a produit depuis longtems en matiere de literature, y a joint auſſi des notes ſur les endroits eſſentiels. Il ne s' eſt pas encore fait ſur l' Italie de Collection auſſi ample, & auſſi utile.*

Quæ ideo libentiùs exſcripſi, quia anno M. DCCXII. menſe Martio, mihi datum eſt frui Mutinæ mirâ eruditione, & incredibili humanitate Clariſſimi Muratorii, qui, quâ præſtat, benignitate mihi dono dedit aliquot erudítiſſimos libros à ſe ſcriptos, atque editos; illiuſque nominis memoria mihi erit dum vixero venerabilis.

Cum hoc loco meminerim ortûs Artis Typographicæ, libet hîc animadvertere, unum ex primis libris, qui illius beneficio editi ſunt, fuiſſe *Rationale Divinorum Officiorum* Guillielmi Durandi, in quo traditur Expeditio Hiſpanica Sancti Jacobi, ut dixi in primâ parte hujus Sylloges, num. CXXII. ſed jam pergendum eſt ad recenſendos Authores, qui poſt ortum Artis Typographicæ eandem Expeditionem aſſeruerunt.

SÆ-

SÆCULO XV.

SÆCULO XVI.

Leonar-

Anno Christi.		Numeri Syllogæ.
1549.	Leonardus de Utino,	69.
1550.	Fredericus Nauſea,	217.
1550.	Joannes Vaſæus,	195.
1550.	Pelbartus à Themeſwar,	268.
1551.	Dominicus de Soto,	443.
1352.	Henricus Mauroy,	124.
1553.	Franciſcus Tarafa,	470.
1556.	Claudius Guilliaudus,	114.
1557.	Andreas Eborenſis,	304.
1558.	PAULUS IV.	1.
1559.	Aloyſius Lippomanus,	2.

ARTICULUS III.

Recenſentur Authores aſſerentes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, qui ſcripſere ab editione Centuriarum Magdeburgenſium per aſſeclas Martini Lutheri conſcriptarum, uſque ad noſtra tempora.

ANno ſexageſimo ſæculi ſexti decimi, ut cum Genebrardo, & Panvinio, ait Jacobus Gualterius S.J. in Tabulis Chronologicis ad eum annum, pag. 743. promulgantur mendaciſſimæ Centuriæ Miniſtrorum Magdeburgenſium, quorum princeps eſt Mathias Flaccus Illyricus; ex quibus ortum duxit negatio Expeditionis Sancti Jacobi, ut adnotavi num. 21. & 22. Cujus furfuris ſint Centuriæ illæ, dixi à numero 1033. Curavit enim cacodæmon, ut vir peſſimus Mathias Flaccus, ortus ex Illyrico, ſcriberet contra eam Expeditionem, quam aſ-

ſeruerat S. Hieronymus Doctor maximus, in Illyrico natus. Sed concors fuit in hoc Mathias Flaccus Magiſtro ſuo, diaboli diſcipulo, Martino Luthero, licèt in aliis ab eo receſſerit, maiore laborans inſaniâ; nam cùm Expeditio Hiſpanica S. Jacobi præcipuè nitatur Traditione humanâ, quidni eam negaret homo diſcipulus Martini Lutheri, qui anno 1516. proluſit in Hæreſiarcham publicè propoſitis Theſibus contra Traditiones humanas? Præſertim cùm tanti ponderis ſit noſtra Traditio, ut de eâ dixerit Doctor eximius V. P. Franciſcus Suarius Granatenſis, quæ me retuliſſe memini num. 2127. & hîc iterùm referre non pigebit, nempe:

> *Quis ergo audebit huic Traditioni contradicere; aut quomodo aliæ Eccleſiaſticæ Traditiones inconcuſſæ ſtare poterunt, ſi huic fides non adhibeatur?*

Rem ergo ſuam agunt Martini Lutheri Sectatores proſternere volentes Traditiones Eccleſiaſticas, quando ariete percutiunt Traditionem de Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam, omnium humanarum firmiſſimam. Sed Luthero oppoſuimus Paulum IV. in primâ acie noſtræ Sylloges, qui eodem anno ſexti decimi ſæculi, quarto ſupra trigeſimum, quo Lutherus exuerat Religioſum habitum, ſe exhibuit unum ex quatuor noſtri Ordinis Conditoribus, ad hæreſum exitium, morumque reformationem: *Quod, & Lutherus ipſum ipſe intellexit* (verba ſunt diſertiſſimi P. Silos noſtri, in Hiſtoriarum Clericorum Regularium parte 1. lib. 2. pag. 43.) *teſtatuſque eſt conceptis verbis. Nam cùm excitatam Romæ per ea tempora ad Apoſtolicæ paupertatis, vitæque normam eam Clericorum ſodalitatem reſciviſſet, inclamaſſe ſuis fertur: MAGNUM NOBIS ROMÆ PARATUR BELLUM.*

Sed juvat hîc audire externum Scriptorem, politiſſimum Joannem de Buſſieres, Societatis Jeſu, qui in Floſculis

culis Historiarum, parte 2. pag. 386. postquam Lutheri meminerat, dixit:

Hujus Hydræ subnascentia capita Melanchthon, Zuinglius, Oecolampadius, aliique, qui mutuò dissentientes, in hoc consenserunt, ut Ecclesiam Christi everterent; sed in horum ruinis altius surget.

Imò illi nova subsidia in prodeuntes hostes adnata sunt, nam 1. Theatini, Clericorum Regularium Ordo, anno Christi 1524. Petro Carassa instituente, qui deinde Pontifex Paulus IV. armarunt Ecclesiam virtutum cultu, & in Italia pietatis castra evexerunt.

Hinc ego Clericus Regularis suscepi defendendas pias Traditiones de Sancto Jacobo prædicante in Hispaniâ, & de Matre Admirabili, dum adhuc in terris viveret, ipsi supra Columnam apparente in Hispaniâ ad ripam Iberi fluminis, jubenteque ipsi ut ibi sacellum in Marianum honorem conderet, quod est à Columnâ nuncupatum, opposuique Centuriatoribus Magdeburgensibus non solùm Authores, qui ante ipsos scripsere, ut constat ex Articulo 1. & 2. sed eos, qui post illos vixere, scriptisque suis testati sunt Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, ut palam fiet hoc tertio Articulo.

SÆCULO XVI.

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1561.	Gaspar Barreiros,	355.
1562.	Bartholomæus de Martyribus,	323.
1562.	Joannes Soarius,	370.
1563.	Christianus Adrichomius,	169.
1563.	Didacus de Rosario,	432.
1564.	Didacus de Paiva de Andrade,	331.
1565.	Guillielmus Eisingrenius,	222.
1568.	S. Pius V.	87.
1569.	Ludovicus de Estrada,	541.

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1570.	Hieronymus Mutius,	270.
1571.	Stephanus de Garibay & Zamalloa,	591.
1573.	Alphonſus de Horoſco,	401.
1573.	Antonius Verdier,	106.
1574.	Ambroſius de Morales,	406.
1574.	Joannes Garcia de Olivan,	511.
1575.	Franciſcus Maurolycus,	281.
1575.	Hieronymus Roman,	487.
1575.	Joannes Raulinus,	135.
1576.	Joannes de Rioche,	136.
1578.	Gundiſalvus de Illeſcas,	482.
1579.	Ludovicus Granatenſis,	542.
1580.	Alphonſus de Villegas,	405.
1583.	Laurentius Renatus de la Barre,	148.
1585.	Joannes Molanus,	193.
1586.	Georgius Bartholdus Pontanus,	221.
1586.	Joſephus Stephanus,	536.
1586.	Petrus Galeſinius,	84.
1586.	Philippus Dies,	389.
1587.	Jacobus Pamelius,	188.
1588.	Franciſcus Arias,	451.
1588.	Hieronymus de Blancas,	484.
1588.	Joannes Dadræus,	131.
1589.	Joannes Stephanus Durantes,	137.
1590.	Bartholomæus Laurentius,	419.
1591.	Thomas Bozius,	92.
1592.	Joannes de Mariana,	513.
1592.	Petrus Hieronymus Cenedus,	569.
1593.	Franciſcus Panicarola,	30.
1593.	Garcias de Loaiſa Giron,	474.
1593.	Ludovicus Dias de Aux,	540.
1594.	Ferdinandus de Mendoza,	449.
1594.	Joannes de Marieta,	514.

Lauren-

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1594.	Laurentius Cuyperus,	198.
1595.	Antonius Zianca,	417.
1595.	Michael Cercitus,	558.
1595.	Petrus de Mariz,	388.
1596.	Alphonſus de Mendoza,	402.
1596.	Emmanuel Fernandez,	339.
1596.	Joannes de Torres,	524.
1596.	Thomas de Truxillo,	596.
1597.	Alphonſus Salmeron,	403.
1597.	Gabriel de Talavera,	473.
1597.	Gilibertus Genebrardus,	121.
1597.	Petrus Caniſius,	203.
1597.	Suffridus Petri,	207.
1598.	Michael Martinez de Villar,	560.
1598.	Thomas Stapletonus,	296.
1599.	Sebaſtianus Barradas,	395.
1599.	Sebaſtianus Verroni,	256.
1600.	V. P. Dominicus à Jeſu Maria,	442.

SÆCULO XVII.

1601.	Antonius de Herrera,	411.
1601.	Blaſius Viegas,	326.
1601.	Criſpianus Paſſæus,	168.
1601.	Ludovicus de Guzman,	543.
1601.	Petrus Thyræus,	251.
1601.	Prudentius de Sandoval,	586.
1602.	Andreas Hoyus,	162.
1602.	Clemens VIII.	22.
1602.	Ferdinandus de Oxea,	450.
1602.	Franciſcus Fevardentius,	117.
1602.	Jacobus Valdeſius,	489.
1602.	Joannes Felix Aſtolphus,	54.
1602.	Joannes Gabriel Biſciola,	55.

Petrus

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1602.	Petrus Joannes Perpinianus,	571.
1603.	Benedictus Pererius,	422.
1603.	Franciſcus Diago,	453.
1603.	Mauritius Hylaretus,	143.
1604.	Amator Arraez,	302.
1604.	Thomas de Maluenda,	594.
1605.	Arnoldus Mermannius,	166.
1605.	Balthaſar Amador,	418.
1605.	Chriſtophorus à Caſtro,	425.
1605.	Joannes Bonifacius,	500.
1605.	Joannes Fernandez de Velaſco,	508.
1605.	Joſephus de Siguenza,	535.
1605.	Paulus Merula,	202.
1606.	Conſtantinus Caietanus,	229.
1606.	Dominicus Garcia,	441.
1606.	Nicolaus Doglionus,	77.
1607.	Cæſar Baronius,	16.
1607.	Franciſcus de Padilla,	463.
1607.	Joannes Piſtorius,	234.
1608.	Didacus de Caſtillo,	434.
1608.	Hieronymus Puxades,	486.
1608.	Joannes Lopez,	512.
1608.	Martinus Antonius delRio,	200.
1609.	Bernardus de Brito,	325.
1609.	Coſmus de Magalhaens,	328.
1609.	Gerardus Voſſius,	181.
1609.	Jacobus Marchantius,	187.
1609.	Joannes de Pineda S. J.	517.
1609.	Nicolaus Serarius,	247.
1609.	Quirinus Goeſemius,	254.
1610.	Eduardus Nunez de Leaõ,	333.
1610.	Franciſcus Fernandez Galvaõ,	348.
1610.	Gaſpar Eſcolanus,	476.

Maurus

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1610.	Maurus Castellâ Ferrer,	554.
1610.	Rochus de Soveral,	391.
1611.	Antonius Possevinus,	9.
1611.	Petrus Maturus,	151.
1611.	Petrus de Ribadeneira,	575.
1611.	Petrus de Valderrama,	577.
1611.	Sanctius de Avila & Toledo,	589.
1612.	Antonius de Yepes,	416.
1612.	Augustinus Mannus,	10.
1612.	Franciscus de Jesu & Xodar,	458.
1612.	Joannes de Puente,	518.
1612.	Philippus III. Rex Catholicus,	579.
1612.	Richardus Haller,	255.
1613.	Carolus à S. Paulo,	111.
1613.	Emmanuel Correa,	335.
1613.	Petrus Mantuanus,	572.
1613.	Rutilius Benzonius,	90.
1614.	Antonius Dauroultius,	165.
1614.	Ferreolus Locrius,	176.
1614.	Mathias Tympius,	243.
1615.	Petrus Antonius Spinellus,	82.
1616.	Didacus Murillo,	438.
1616.	V. P. Franciscus Suarez,	469.
1616.	V. P. Gaspar Sanctius,	477.
1616.	Joannes Pinto de Victoria,	367.
1616.	V. M. Maria de la Antigua,	547.
1616.	Petrus Calixtus Ramirez,	568.
1616.	Philippus de Guimeran,	584.
1617.	Ægidius à Præsentatione,	301.
1617.	Antonius Joannes Garcias de Caralps,	412.
1617.	Franciscus de Pisa,	464.
1617.	Gregorius Lopes Madera,	480.
1617.	Joannes de Carthagena,	502.

Joannes

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1617.	Joannes de Salazar,	521.
1617.	Martinus de Roa,	553.
1618.	D. Bernarda Ferreira de Lacerda,	324.
1618.	Franciſcus de Torreblanca Villalpando,	471.
1619.	Bernardus de Vargas,	423.
1619.	Emmanuel Alphonſus da Guerra,	334.
1619.	Joannes Lorinus,	133.
1619.	Joſephus Seſſe,	534.
1619.	Ludovicus de Souſa,	382.
1620.	Fridericus Fornerus,	216.
1620.	Laurentius Maſellus,	68.
1621.	Antonius de Vaſconcellos,	317.
1621.	Martinus à Cruce,	550.
1621.	Philippus Oſulevanus,	299.
1622.	Auguſtinus Barboſa,	320.
1622.	Emmanuel Pimenta,	343.
1622.	Franciſcus Garcias de Valle,	457.
1622.	Franciſcus Haræus.	179.
1622.	Joannes Beltran Ladron de Guevara,	499.
1622.	Joannes Horatius Scoglio,	56.
1622.	Vincentius Filliucius,	96.
1623.	Rodericus de Cunha,	392.
1623.	Thomas Saylius,	209.
1624.	Gaſpar Statius,	356.
1624.	Hieronymus Baptiſta de la Nuza,	483.
1624.	Ludovicus Urquiôla,	545.
1625.	Franciſcus Longus à Coriolano,	28.
1625.	Franciſcus de Mendoza,	353.
1625.	Gabriel Lotherius, Clericus Regularis,	32.
1625.	Joannes Baptiſta Marinus,	44.
1625.	Joannes Matthæus Caryophilus,	272.
1626.	Didacus Daza,	436.
1626.	Hieronymus Favella,	36.

Ludo-

Anno Christi.		Numeri Syllog.
1626.	Ludovicus ab Angelis,	378.
1627.	Didacus de Baeza,	432.
1627.	Joannes Andreas Coppeiſtenius,	227.
1627.	Laurentius Beyerlink,	197.
1628.	Emmanuel de Faria & Souſa,	338.
1628.	Joannes Cardoſo,	362.
1628.	Sebaſtianus Cæſar de Menezes,	396.
1629.	Andreas Schotus,	163.
1629.	Antonius Balinghen,	164.
1629.	Baſilius Poncius Legionenſis,	420.
1629.	Joannes Salgado de Araujo,	368.
1629.	Joannes Solorzano Pereira,	522.
1629.	Joſephus à Jeſu Maria,	529.
1630.	Cæſar Franciottus,	17.
1630.	Chryſoſtomus Henriquez,	427.
1630.	Coccinus Coccini,	23.
1630.	Gabriel Pennotus,	33.
1630.	Jacobus Caniſius,	184.
1630.	Michael Monachus,	76.
1631.	Antonius Bacelar,	409.
1631.	Antonius de Souſa de Macedo,	316.
1631.	Franciſcus Boyl,	290.
1631.	Michael Erze Ximenes,	559.
1631.	Urbanus VIII.	98.
1632.	Antonius Brandaõ,	305.
1632.	Antonius Soares de Albergaria,	315.
1632.	Hieronymus Columbus,	35.
1633.	Franciſcus Ruz de la Puerta,	467.
1633.	Hortenſius Scammacca,	283.
1634.	Didacus Alvares,	428.
1634.	Marcellinus de Piſe,	140.
1634.	Martinus Carillo,	549.
1635.	Joſephus Pellicer de Oſſau Salas & Tovar,	532.

Gggggggg Jacobus

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1636.	Jacobus Tirinus,	189.
1636.	Joannes de Palafox & Mendoza,	515.
1637.	Abrahamus Bzovius,	263.
1637.	Benedictus Gononus,	108.
1637.	Cornelius Cornelii à Lapide,	171.
1637.	Franciſcus Poyræus,	119.
1637.	Joannes de Eſcobar à Corro,	505.
1638.	Gaſpar Mandel,	213.
1638.	Georgius Colvenerius,	180.
1638.	Joannes Antonius de Tapia & Robles,	41.
1638.	Joannes de Aranda Faxardo & Guſman,	496.
1638.	Michael Baptiſta de la Nuza,	557.
1639.	Ambroſius Machin,	288.
1639.	Baptiſta Fragoſus,	322.
1639.	Martinus Dieſt,	551.
1640.	Elias à S. Thereſia,	174.
1640.	Petrus Biverus,	567.
1641.	Auguſtinus Wichmans,	167.
1641.	Ferdinandus Camargo & Salgado,	448.
1641.	Franciſcus do Amaral,	347.
1642.	Angelus Manrique,	407.
1642.	Antonius Caracciolus, Cl.-Reg.	7.
1642.	Antonius à Purificatione,	312.
1642.	Claudius Clemens,	113.
1642.	Joſephus Geldolphus Richel,	196.
1642.	Juſtinus Miechovienſis,	264.
1643.	Alexander Calamatus,	275.
1643.	Antonius Veloſus de Lyra,	318.
1643.	Didacus de Avendaño,	431.
1643.	Dominicus Gravina,	25.
1643.	Joannes Franciſcus Andreas de Uſtarroz,	510.
1643.	Ludovicus Nonius,	199.
1643.	Philippus IV. Rex Catholicus,	580.

Auguſti-

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1644.	Augustinus Paoletus,	12.
1644.	Leo à S. Thoma,	376.
1644.	Placidus Samper,	287.
1644.	Simon Martinus,	154.
1645.	Didacus de Castejon & Fonseca,	433.
1645.	Franciscus de Quevedo & Villegas,	465.
1645.	Hippolytus Marraccius,	37.
1645.	Joannes Baptista Lezana,	497.
1645.	Joannes Baptista Valenzuela,	498.
1645.	Ludovicus à Nativitate,	381.
1645.	Paulus Aresius Cler. Reg.	79.
1645.	Rodericus Mendes Sylva,	393.
1646.	Didacus Saavedra Faxardo,	439.
1646.	Erycius Puteanus,	175.
1646.	Florentius ab Hanswiick,	177.
1646.	Ignatius Coutinho,	361.
1646.	Joannes Christophorus de Suelves,	503.
1646.	Michael de la Sierra & Lozano,	561.
1646.	Paulus Serloghus,	298.
1647.	Garcias de Salzedo Coronel,	475.
1647.	Petrus Wemers,	204.
1647.	Salvator Vitalis,	292.
1648.	Antonius Serpensis,	314.
1648.	Benedictus Fidelis,	276.
1648.	Joannes Petrus Crescentius,	59.
1648.	Melchior Inchofer,	244.
1648.	Melchior Prieto,	555.
1648.	Sebastianus de Novaes,	397.
1648.	Thomas Caccinus,	93.
1649.	Franciscus à S. Maria,	460.
1649.	Joannes à S. Maria,	134.
1650.	Franciscus Quaresmius,	31.
1650.	Jacobus Hautinus,	185.

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1650.	Jacobus Pinto,	291.
1650.	Joannes Thomas Caſtaldus de Allazio,	61.
	corrige	62.
1650.	Laurentius Chryſogonus,	271.
1650.	Nicolaus Lancicius,	266.
1650.	Thomas Torquemada,	595.
1651.	Antonius de Quintanadueñas,	414.
1651.	Didacus Antonius Francez de Urrutigoyti,	429.
1651.	Petrus Henriques de Abreu,	387.
1652.	Joannes Antonius de Vera & Zuñiga,	495.
1652.	Ludovicus Marinho de Azevedo,	380.
1652.	Renardus Gautier,	153.
1653.	Antonius Calderon,	410.
1653.	Chriſtophorus de Vega,	426.
1653.	Joannes Antonius Velaſquez,	494.
1653.	Joannes Euſebius Nieremberg,	506.
1653.	Lucas à Monteforti,	70.
1653.	Mathias Faber,	240.
1654.	Joannes Baptiſta de Groſſis,	284.
1654.	Marcus Maſellus,	72.
1654.	Paulus de Palacios,	564.
1655.	Coelius Bicchius,	24.
1655.	Gabriel Bucellinus,	218.
1655.	Joannes Stephanus Menochius,	60.
1656.	Emmanuel da Eſperança,	337.
1656.	Joannes Baptiſta Martinengus,	45.
1656.	Joannes Baptiſta Maſculus,	46.
1656.	Joannes Baptiſta Turricellus,	48.
1656.	Joſephus Manſus,	64.
1656.	Odoricus Rinaldus,	78.
1657.	Antonius Terrones de Robles,	415.
1657.	Hieronymus Pardo,	485.

Joannes

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1658.	Joannes Baptista Engelgrave,	190.
1658.	Joannes Baptista Justinianus, Clericus Regularis,	43.
1658.	Paulus Bellius,	286.
1660.	Joannes Antonius Lupus de la Casa,	493.
1660.	Marius de Bignone,	73.
1661.	Adrianus Lyræus,	161.
1661.	Ildephonsus de Flores,	491.
1661.	Paulus de Barry,	147.
1662.	Amadeus Bajocensis,	101.
1662.	Antonius Caignet,	105.
1662.	Franciscus Macedo,	351.
1662.	Ludovicus Abelly,	139.
1662.	Orentius Ludovicus Zamora,	562.
1662.	Petrus de Marca,	150.
1663.	Mathias à Corona,	239.
1663.	Theophilus Raynaudus,	155.
1665.	Emmanuel Gonzalez Tellez,	444.
1665.	Joannes Sinniclius,	194.
1665.	V. M. Maria de Jesu de Agreda,	548.
1665.	Michael Antonius Francez de Urrutigoyti,	556.
1666.	Franciscus Didacus de Sayas,	454.
1667.	Carolus Latius,	377.
1667.	Honoratus Niquetus,	126.
1668.	Jacobus Biroat,	128.
1668.	Nicolaus à S. Maria,	385.
1669.	Didacus de Castillo & Artiga,	435.
1669.	Franciscus Bonæ spei,	178.
1669.	Georgius Cardoso Ulyssiponensis,	358.
1669.	Joannes Franco Barreto,	365.
1670.	Joannes Baptista Cancellotus,	42.
1670.	Philippus de la Gandara,	583.

Vitus

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1670.	Vitus Seidelius,	258.
1671.	Joannes Baptista Ricciolius,	47.
1672.	Jacobus Lobetius,	186.
1672.	Joannes Baptista de Rocolles,	127.
1672.	Joannes Masenius,	232.
1672.	Joannes de Roxas,	520.
1673.	Isidorus à Luce,	375.
1673.	Michael Angelus Lualdus,	75.
1673.	Thomas Francez de Urrutigoyti,	593.
1674.	Gregorius de Quintanilla,	481.
1674.	Joannes de Bona,	49.
1674.	Josephus Silos, Clericus Regularis,	66.
1674.	Petrus Courcier,	149.
1674.	Philippus Kiselius.	253.
1675.	Guillielmus Cumppemberg;	223.
1675.	Joannes de Silveira,	369.
1675.	Richardus Arsdekin,	300.
1675.	Willielmus Nakatenus,	261.
1676.	Joannes Chrysostomus de Vargas Machuca,	504.
1676.	Leonardus à S. Josepho,	377.
1676.	Raymundus Lumbier,	587.
1677.	Emmanuel Leal,	341.
1677.	Joannes Nadasi,	267.
1678.	Carolus II. Rex Catholicus,	581.
1679.	Henricus Hectermans,	225.
1680.	Anterus Maria de S. Bonaventura,	5.
1680.	Christophorus de Almeida,	327.
1680.	Josephus Felix de Amada,	528.
1681.	Christophorus de Brignone,	278.
1681.	Michael Vivien,	144.
1682.	Antonius Vieira,	319.
1682.	Carolus Antonius Botiglierus,	19.

Gaspar

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1682.	Gaſpar Ybañez de Segovia & Mendoza,	478.
1682.	Nonius Barreto Fuzeiro,	386.
1682.	Petrus Abarca,	566.
1683.	Franciſcus Lopez,	459.
1684.	Bonaventura Baro,	297.
1685.	Antonius à Dei Matre,	309.
1685.	Dionyſius à Luxemburg,	215.
1685.	Mathias Keul,	242.
1686.	Franciſcus Garau,	455.
1686.	Franciſcus Maria Magius, Cler. Regul.	280.
1686.	Franciſcus à Moſtazo,	461.
1686.	Stephanus à S. Paulo,	206.
1687.	Antonius de Macedo,	311.
1687.	Thyrſus Gonzales de Santalla,	597.
1688.	Daniel à Virgine Maria,	172.
1688.	David l' Enfant,	116.
1688.	Edmundus Bohun,	294.
1688.	Emmanuel Fernandez, S. J.	340.
1688.	Ludovicus Airola,	71.
1689.	Emmanuel Pereira de Novaes,	342.
1689.	Gabriel de Henao,	472.
1689.	Raphael de Jeſu,	390.
1689.	Vincentius Joſephus Michael,	599.
1690.	Joannes Bodler,	228.
1690.	Joannes Ciampinus,	51.
1690.	Torquatus Pariſanus,	95.
1691.	Emmanuel de Guerra & Ribera,	445.
1691.	Joannes de Alloza,	492.
1691.	Joannes Thomas Rocaberti,	523.
1692.	Franciſcus Marcheſius,	29.
1692.	Joannes Perez Lopez,	516.
1692.	Joſephus de Barzia & Zambrana,	527.
1693.	Henricus Adrianus,	183.

Joſephus

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1693.	Josephus Saenz de Aguirre,	533.
1693.	Laurentius Brancatus de Laurea,	67.
1693.	Sebastianus à S. Paulo,	205.
1694.	Andreas Mastellonus,	3.
1694.	Paulus Segneri,	80.
1694.	Philippus Picinellus,	86.
1695.	Franciscus de Sobrecasas,	468.
1696.	Georgius à Nativitate,	359.
1696.	Petrus Suarez,	576.
1697.	Franciscus Petronius,	282.
1697.	Joannes Feixoo de Villalobos,	507.
1697.	Joannes à Nativitate,	366.
1698.	Bartholomæus Ferro, Clericus Regularis,	15.
1699.	Didacus Justinianus ab Annuntiatione,	330.
1699.	Emmanuel dos Reys,	344.
1699.	Emmanuel da Sylva,	346.
1699.	Thomas Auriema,	91.
1700.	Joannes Dominicus Musantius,	53.

SÆCULO XVIII.

1701.	Petrus Medrano,	574.
1702.	Joannes Everhardus Scheifler,	230.
1702.	Maximus Sanctorius Tubitus,	74.
1703.	Anonymus Gallus,	104.
1703.	Thomas Strozza,	94.
1703.	Vincentius Paulus Sobrecasas,	600.
1704.	Josephus Martinez Rubio,	530.
1704.	Philippus V. Rex Catholicus,	582.
1705.	Josephus à Jesu Maria,	371.
1706.	Antonius Carvalho da Costa,	308.
1706.	Antonius Maria Bonuccius,	8.
1706.	Gaspar Kummet,	220.
1706.	Ludovicus Pueyo & Abadia,	544.

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1707.	Otho Aicher,	249.
1708.	Thomas Cornelius,	156.
1708.	Valentinus Leuctius,	257.
1709.	Franciscus Giry,	118.
1709.	Joannes Bonifacius Bagatta, Cler. Regul.	50.
1709.	Simon de Gama,	398.
1710.	Bartholomæus Donati,	14.
1710.	Carolus Hyacinthus de S. Maria,	21.
1711.	Antonius Ginther,	211.
1711.	Carolus Bartholomæus Piazza,	20.
1711.	Nicolaus du Mortier,	201.
1711.	Philippus Hartung,	252.
1712.	Joannes de Ferreras,	509.
1712.	Joannes Hornig,	231.
1712.	Josephus Antonius de Hebrera,	526.
1712.	Josephus à Nativitate Seixas,	392.
1713.	Ambrosius Gardebosch,	102.
1713.	Zacharias de la Selve,	159.
1714.	Antonius Carneiro,	307.
1714.	Ferdinandus Zucconius,	26.
1715.	Augustinus Matthæuccius,	11.
1715.	Franciscus Garcia de Palacios,	456.
1715.	Josephus de Oliveira,	373.
1716.	Joannes Clericatus,	52.
1716.	Josephus Maria de Turre,	65.
1717.	Anonymus Olomucensis,	210.
1717.	Joannes Seidel,	235.
1717.	Josephus Soares da Sylva,	374.
1718.	Andreas de Cerqueira,	303.
1718.	Antonius de Arbiol,	408.
1718.	Bonaventura Moors,	212.
1720.	Augustinus de la Roca,	289.
1720.	Didacus de Astorga & Cespedes,	430.

Anno Christi.		Numeri Syllogeæ.
1720.	Emmanuel Marianus Ribera,	446.
1720.	Gabriel Hevensis,	219.
1720.	Joannes Baptista Wanketwigc,	191.
1720.	Joannes Camargo,	501.
1720.	Ludovicus de Belluga & Moncada,	539.
1720.	Paulus Yañez de Aviles,	565.
1720.	Raphael Bluteavius, Clericus Regularis,	295.
1721.	Franciscus de Berganza,	452.
1721.	Thomas à Luce,	399.
1721.	Wolffgangus Zumsteg,	262.
1722.	Hieronymus Contador de Argote, Clericus Regularis,	360.
1722.	Joannes Couceiro de Avreu & Castro,	364.
1722.	Josephus Malatesta Garuffi,	63.
1722.	Josephus Nicolaus Cavero,	531.
1723.	Andreas Durana, hoc est, Arnaud,	103.
1723.	Daniel à Regibus,	329.
1723.	Emmanuel Dias de Lima,	336.
1723.	Franciscus Leitam Ferreira,	350.
1723.	Hyacinthus de Aranaz,	488.
1723.	Innocentius XIII.	40.
1723.	Joannes Croiset,	130.
1723.	Marcellinus Siuri,	546.
1723.	Prosper Lambertinus,	88.
1724.	Augustinus à S. Maria,	321.
1724.	Joannes Col,	363.
1724.	Ludovicus Urquiôla,	545.
1724.	Petrus à Conceptione Beatæ Virginis,	83.
1724.	Thomas Perez Broto,	592.
1724.	Vincentius Maria Ursinus,	97.
1725.	Paulus à S. Nicolao,	563.
1726.	Franciscus de Portugal,	354.
1727.	Ignatius Brentanus,	226.

Ludovi-

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1727.	Ludovicus Cardoso,	379.
1728.	Antonius dos Reys,	313.
1728.	Emmanuel de Sá,	345.
1728.	Franciscus de Fonseca,	349.
1728.	Thomas Peixoto,	400.
1729.	Caietanus Genni,	18.
1729.	Franciscus de Mello,	352.
1729.	Mathias Heimbach,	241.
1729.	Philippus Matthæus Sanchez,	585.
1730.	Benedictus Hieronymus Feixoo Monte Negro,	421.
1730.	Guilielmus Cuperus,	182.
1730.	Matthæus ab Incarnatione Pina,	383.
1730.	Petrus Hieronymus Hernandez Marzo,	570.
1731.	Antonius Caietanus de Sousa, C. R.	306.

SECTIO II.

Exhibetur Sylloges Index Alphabeticus.

HUnc Indicem Alphabeticum ideo necessarium duxi, quia cùm in Sylloge tot alphabeta sint, quot sunt nationes Authorum, non adeo commodum esset reperire quempiam Authorem, cujus ignoraretur natio, cui malo medetur hic Index Authorum, cujuscumque nationis Ordine literarum confectus. In quo tria animadvertenda sunt circa numeros, & asteriscos, qui in illo videntur. Numeri in columna præcedente initia linearum positi designant annum Christi, quo quisque Author vixit, vel quò editum fuit opus illius, quod in Sylloge profertur. Numeri collocati in columna post finem linearum indicant numeros Sylloges, quibus Authores collocati sunt, ut observatum est in Indice Chronologico; stellula autem

hujuſmodi * poſt nomen cujuſpiam Authoris appoſita ſignificat eundem Authorem non ſolùm aſſeruiſſe S. Jacobum prædicaviſſe in Hiſpania, ſed etiam condidiſſe ſacellum à Columnâ nuncupatum in honorem MATRIS ADMIRABILIS, quam Eccleſia vocat Stellam; quin neceſſe ſit ſequi eos, qui perperam intellexere ſtellam originem trahere à voce Græca *ſtela*, quæ ſignificat *Columnam*, ſicque ſolvo fidem datam numero 2479. quo promiſi adnotare in hac Sylloge Authores, qui de Æde Cæſarauguſtana à Columnâ dicta, à Sanctoque Jacobo extructa egerunt.

Anno Chriſti.		Numeri Sylloges.
1558.	PAULUS IV. Pontifex Maximus, *	n. 1.
1637.	Abrahamus Bzovius, *	263.
1522.	Adrianus VI. *	160.
	Adrianus Gambard,	99.
1661.	Adrianus Lyræus, *	161.
1617.	Ægidius à Præſentatione,	301.
1073.	Albericus,	100.
1643.	Alexander Calamatus, *	275.
1559.	Aloyſius Lippomanus,	2.
1573.	Alphonſus de Horoſco,	401.
1596.	Alphonſus de Mendoza, *	402.
1597.	Alphonſus Salmeron,	403.
1440.	Alphonſus Toſtatus,	404.
1580.	Alphonſus de Villegas, *	405.
1662.	Amadeus Bajocenſis,	101.
1604.	Amator Arraez,	302.
1639.	Ambroſius Machin, *	288.
1574.	Ambroſius de Morales, *	406.
1713.	Ambroſius Gardeboſch, *	102.
1718.	Andreas de Cerqueira,	303.
1723.	Andreas Durana, *	103.
1557.	Andreas Eborenſis,	304.

Andreas

Antonius

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1632.	Antonius Soares de Albergaria,	315.
1631.	Antonius de Sousa de Macedo, *	316.
1657.	Antonius Terrones & Robles, *	415.
1621.	Antonius de Vasconcellos, *	317.
1643.	Antonius Velosus de Lyra,	318.
1573.	Antonius Verdier,	106.
1682.	Antonius Vieira, *	319.
1612.	Antonius de Yepes, *	416.
1595.	Antonius Zianca, *	417.
1605.	Arnoldus Mermannius,	166.
1622.	Augustinus Barbosa, *	320.
1612.	Augustinus Mannus, *	10.
1724.	Augustinus à S. Maria,	321.
1715.	Augustinus Matthæuccius,	11.
1644.	Augustinus Paoletus,	12.
1720.	Augustinus de la Roca, *	289.
1641.	Augustinus Wichmans, *	167.
1605.	Balthasar Amador, *	418.
1639.	Baptista Fragosus,	322.
1516.	Baptista Mantuanus,	13.
1542.	Bartholomæus Chassanæus,	107.
1710.	Bartholomæus Donati,	14.
1698.	Bartholomæus Ferro,	15.
1590.	Bartholomæus Laurentius, *	419.
1562.	Bartholomæus de Martyribus,	323.
1629.	Basilius Pontius,	420.
731.	V. Beda,	293.
1648.	Benedictus Fidelis,	276.
1637.	Benedictus Gononus, *	108.
1730.	Benedictus Hieronymus Feixoo Monte Negro, *	421.
1603.	Benedictus Pererius,	422.
1618.	D. Bernarda Ferreira de la Cerda,	324.

Bernar-

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1609.	Bernardus de Brito, *	325.
1300.	Bernardus Guidonis,	109.
1619.	Bernardus de Vargas, *	423.
1601.	Blasius Viegas,	326.
1684.	Bonaventura Baro,	297.
1718.	Bonaventura Moors,	212.
1054.	Breviarium Armenum,	273.
1607.	Cæsar Baronius,	16.
1630.	Cæsar Franciotus,	17.
1729.	Caietanus Genni, *	18.
1124.	Calixtus II.	110.
1456.	Calixtus III. *	424.
1678.	Carolus II. Rex Catholicus,	581.
1682.	Carolus Antonius Botiglierus, *	19.
1711.	Carolus Bartholomæus Piazza,	20.
1710.	Carolus Hyacinthus de S. Maria,	21.
1667.	Carolus Latius, *	277.
1613.	Carolus à S. Paulo,	111.
1638.	Caspar Mandel,	213.
1563.	Christianus Adrichomius,	169.
1469.	Christianus Massæus,	170.
1680.	Christophorus de Almeida, *	327.
1681.	Christophorus Brignone,	278.
1605.	Christophorus à Castro, *	425.
1653.	Christophorus de Vega, *	426.
1521.	Chronica Chronicarum,	112.
1630.	Chrysostomus Henriquez, *	427.
1642.	Claudius Clemens, *	113.
1556.	Claudius Guilliaudus,	114.
1535.	Claudius à Rota,	214.
1342.	Clemens VI.	115.
1602.	Clemens VIII.	22.
1630.	Coccinus Coccini, *	23.

Coelius

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1602.	Franciſcus Fevardentius,	117.
1728.	Franciſcus da Fonſeca,	349.
1686.	Franciſcus Garau, *	455.
1715.	Franciſcus Garcia de Palacios, *	456.
1622.	Franciſcus Garcia de Valle, *	457.
1540.	Franciſcus Georgius Venetus,	27.
1709.	Franciſcus Giry,	118.
1622.	Franciſcus Haræus,	179.
1612.	Franciſcus à Jeſu & Xodar,	458.
1723.	Franciſcus Leitaõ Ferreira,	350.
1625.	Franciſcus Longus à Coriolano,	28.
1683.	Franciſcus Lopez, *	459.
1662.	Franciſcus de Macedo, *	351.
1692.	Franciſcus Marcheſius,	29.
1649.	Franciſcus à Sančta Maria,	460.
1686.	Fránciſcus Maria Maggius, Cl. Reg. *	280.
1575.	Franciſcus Maurolicus,	281.
1729.	Franciſcus de Mello,	352.
1625.	Franciſcus de Mendoça,	353.
1686.	Franciſcus à Moſtazo, *	461.
1533.	Franciſcus de Oſſuna,	462.
1607.	Franciſcus de Padilha,	463.
1593.	Franciſcus Panigarola,	30.
1697.	Franciſcus Petronius,	282.
1617.	Franciſcus de Piſa, *	464.
1637.	Franciſcus Poyræus,	119.
1726.	Franciſcus de Portugal,	354.
1650.	Franciſcus Quareſmius, *	31.
1645.	Franciſcus de Quevedo Vilhegas, *	465.
1543.	Franciſcus Quignonius,	466.
1633.	Franciſcus Rus de la Puerta, *	467.
1695.	Franciſcus de Sobrecaſas, *	468.
1616.	Franciſcus Suarez, *	469.

Franciſ-

Anno Christi.		Num. in Syllog.
1553.	Franciscus Tarafa,	470.
1618.	Franciscus Torreblanca Villalpando,	471.
830.	Freculphus Lexoviensis,	120.
1620.	Fridericus Fornerus, *	216.
1550.	Fridericus Nausea,	217.
1655.	Gabriel Buccelinus, *	218.
1689.	Gabriel de Henao,	472.
1720.	Gabriel Hevensis,	219.
1625.	Gabriel Lotherius, Cl. Reg.	32.
1630.	Gabriel Pennotus, *	33.
1597.	Gabriel de Talavera, *	473.
1593.	Garcias de Loaisa Giron, *	474.
1647.	Garcias de Salzedo Coronel, *	475.
1561.	Gaspar Barreiros,	355.
1610.	Gaspar Escolanus, *	476.
1706.	Gaspar Kummet, *	220.
1616.	Gaspar Sanctius, *	477.
1624.	Gaspar Statius,	356.
1682.	Gaspar Ybañez de Segovia & Mendoza, *	478.
1499.	Gaubertus Fabritius de Vagad, *	479.
1586.	Georgius Bartholdus Pontanus,	221.
	Georgius Cardosus Lamacensis,	357.
1669.	Georgius Cardosus Ulyssiponensis,	358.
1638.	Georgius Colvenerius, *	180.
1696.	Georgius à Nativitate,	359.
1609.	Gerardus Vossius,	181.
1597.	Gilibertus Genebrardus,	121.
1152.	Gofridus Viterbiensis,	34.
1617.	Gregorius Lopez Madera,	480.
1674.	Gregorius de Quintanilla, *	481.
1730.	Guilielmus Cuperus, *	182.
1286.	Guilielmus Durandus,	122.

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1565.	Guilielmus Eisingrenius,	222.
1675.	Guilielmus Gumpemberg, *	223.
1533.	Guilielmus Pepinus,	123.
1578.	Gundisalvus de Illescas, *	482.
1493.	Hartmannus Schedel,	224.
1693.	Henricus Adrianus,	183.
1679.	Henricus Hechtermans, *	225.
1552.	Henricus Mauroy,	124.
422.	S. Hieronymus,	269.
1624.	Hieronymus Baptista de la Nuza, *	483.
1588.	Hieronymus Blancas, *	484.
1632.	Hieronymus Columbus,	35.
1722.	Hieronymus Contador de Argote, Clericus Regularis,	360.
1626.	Hieronymus Favela,	36.
1570.	Hieronymus Mutius,	270.
1657.	Hieronymus Pardo, *	485.
1608.	Hieronymus Puxadez, *	486.
1575.	Hieronymus Roman, *	487.
1136.	Hildebertus Cenomanensis,	125.
1645.	Hippolythus Marraccius, *	37.
1667.	Honoratus Niquetus,	126.
1633.	Hortensius Scammacca,	283.
1723.	Hyacinthus de Aranaz, *	488.
	Jacobus Arabs,	274.
1668.	Jacobus Biroat,	128.
1630.	Jacobus Canisius,	184.
1650.	Jacobus Hautinus,	185.
1672.	Jacobus Lobetius, *	186.
1609.	Jacobus Marchantius, *	187.
1587.	Jacobus Pamelius,	188.
1506.	Jacobus Parem de Valencia,	490.
1483.	Jacobus Philippus Bergomensis,	38.

Jacobus

Joannes

Anno Christi.		Numeri Syllogæ.
1649.	Joannes à S. Maria,	134.
1592.	Joannes de Mariana,	513.
1594.	Joannes de Marieta,	514.
1672.	Joannes Masenius,	232.
1625.	Joannes Matthæus Cariophylus,	272.
1491.	Joannes Mauburnus,	192.
1585.	Joannes Molanus,	193.
1677.	Joannes Nadasi, *	267.
1697.	Joannes à Nativitate, *	366.
1500.	Joannes Nauclerus,	233.
1636.	Joannes de Palafox & Mendoza,	515.
1692.	Joannes Perez Lopez, *	516.
1648.	Joannes Petrus Crescentius,	59.
1609.	Joannes de Pineda, S. J.	517.
1616.	Joannes Pinto de Victoria,	367.
1607.	Joannes Pistorius,	234.
1612.	Joannes de Puente,	518.
1575.	Joannes Raulinus,	135.
1459.	Joannes II. Rey Aragoniæ,	519.
1576.	Joannes de Rioche,	136.
1672.	Joannes de Roxas,	520.
1617.	Joannes de Salazar,	521.
1629.	Joannes Salgado de Araujo,	368.
1717.	Joannes Seidel,	235.
1675.	Joannes de Sylveira,	369.
1665.	Joannes Sinnichius,	194.
1562.	Joannes Soarius,	370.
1629.	Joannes Solorzano Pereira,	522.
1589.	Joannes Stephanus Durantes, *	137.
1655.	Joannes Stephanus Menochius, * .	60.
1513.	Joannes Tarcagnota,	62. *corrige* 61.
1650.	Joannes Thomas Castaldus de Allasio 61. *corrige*,	62.

Joannes

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1691.	Joannes Thomas Rocaberti, *	523.
1596.	Joannes de Torres,	524.
1468.	Joannes de Turrecremata,	525.
1550.	Joannes Vasæus,	195.
1712.	Josephus Antonius de Hebrera, *	526.
1692.	Josephus de Barzia & Zambrana,	527.
1680.	Josephus Felix de Amada, *	528.
1642.	Josephus Geldolphus Rickel, *	196.
1705.	Josephus è Jesu Maria,	371.
1629.	Josephus à Jesu Maria,	529.
1722.	Josephus Malatesta Garuffi,	63.
1656.	Josephus Mansus,	64.
1716.	Josephus Maria de Turre,	65.
1704.	Josephus Martinez Rubio,	530.
1712.	Josephus à Nativitate Seixas,	372.
1722.	Josephus Nicolaus Cavero, *	531.
1715.	Josephus de Oliveira,	373.
1635.	Josephus Pellicer de Ossau Salas & Tovar,	532.
1693.	Josephus Saens de Aguirre, *	533.
1619.	Josephus Sesse,	534.
1605.	Josephus de Siguenza,	535.
1674.	Josephus Silos, Cl. Reg.	66.
1717.	Josephus Soares da Sylva, *	374.
1586.	Josephus Stephanus,	536.
596.	S. Isidorus,	537.
1673.	Isidorus à Luce,	375.
689.	S. Julianus,	538.
1642.	Justinus Miechoviensis, *	264.
1627.	Laurentius Beyerlinck,	197.
1693.	Laurentius Brancatus de Laurea, *	67.
1650.	Laurentius Chrysogonus, *	371.
1594.	Laurentius Cuyperus,	198.

Lauren-

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1620.	Laurentius Masellus,	68.
1583.	Laurentius Renatus de la Barre,	148.
1644.	Leo à S. Thoma,	376.
1676.	Leonardus à S. Josepho,	377.
1549.	Leonardus de Utino,	69.
1653.	Lucas de Monteforti,	70.
1533.	Lucius Marinæus Siculus,	285.
1662.	Ludovicus Abelly,	139.
1688.	Ludovicus Airola,	71.
1626.	Ludovicus ab Angelis,	378.
1720.	Ludovicus de Belluga & Moncada,	539.
1727.	Ludovicus Cardoso,	379.
1593.	Ludovicus Dias de Aux,	540.
1569.	Ludovicus de Estrada,	541.
1579.	Ludovicus Granatensis,	542.
1601.	Ludovicus de Guzman,	543.
1652.	Ludovicus Marinho de Azevedo,	380.
1645.	Ludovicus à Nativitate,	381.
1643.	Ludovicus Nonius,	199.
1706.	Ludovicus Pueyo & Abadia,	544.
1619.	Ludovicus de Sousa,	382.
1724.	Ludovicus Urquiôla,	545.
1634.	Marcellinus de Pise,	140.
1723.	Marcellinus Siuri,	546.
1654.	Marcus Masellus,	72.
1616.	V. M. Maria de la Antigua,	547.
1665.	V. M. Maria de Jesu,	548.
1660.	Marius Bignonus,	73.
1608.	Martinus Antonius del Rio,	200.
1634.	Martinus Carrillo,	549.
	Martinus Cochemius,	236.
1621.	Martinus à Cruce,	550.
1639.	Martinus Diest,	551.

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1504.	Martinus Garcia,	552.
1278.	Martinus Polonus,	265.
1617.	Martinus de Roa,	553.
717.	Martyrologium Autissiodorense,	141.
772.	Martyrologium Blumanni,	237.
804.	Martyrologium Gelonense,	142.
1663.	Mathias à Corona,	239.
1653.	Mathias Faber,	240.
1729.	Mathias Heimbach,	241.
1685.	Mathias Keul,	242.
1614.	Mathias Tympius,	243.
1486.	Matthæus Hus,	238.
1730.	Matthæus ab Incarnatione Pina,	383.
1603.	Mauritius Hilaretus,	143.
1610.	Maurus Castellà Ferrer,	554.
1702.	Maximus Sanctorius Tubitus,	74.
1648.	Melchior Inchofer,	244.
1648.	Melchior Prieto,	555.
1160.	Metellus Tergeseensis,	245.
	Michael Andreas Betendorpius,	246.
1673.	Michael Angelus Lualdus,	75.
1665.	Michael Antonius Francez de Urrutigoyti,	556.
1638.	Michael Baptista de la Nuza,	557.
1595.	Michael Cercitus,	558.
1631.	Michael de Erze Ximenes,	559.
1598.	Michael Martinez de Villar,	560.
1630.	Michael Monachus,	76.
1646.	Michael de la Sierra & Lozano,	561.
1681.	Michael Vinien,	144.
1087.	Moreirensis Donatio,	384.
1606.	Nicolaus Doglionus,	77.
1650.	Nicolaus Lancicius,	266.

Nicolaus

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1730.	Petrus Hieronymus Hernandez Marzo,	570.
1602.	Petrus Joannes Perpinianus,	571.
1613.	Petrus Mantuanus,	572.
1662.	Petrus de Marca,	150.
1595.	Petrus de Mariz,	388.
1611.	Petrus Maturus,	151.
1543.	Petrus de Medina,	573.
1701.	Petrus Medrano,	574.
1372.	Petrus de Natalibus,	85.
1611.	Petrus Ribadeneira,	575.
1696.	Petrus Suarez,	576.
1601.	Petrus Thyræus,	251.
1611.	Petrus de Valderrama,	577.
1521.	Petrus de Vega,	578.
1647.	Petrus de Wemers,	204.
1612.	Philippus III. Rex Catholicus,	579.
1643.	Philippus IV. Rex Catholicus,	580.
1704.	Philippus V. Rex Catholicus,	582.
1586.	Philippus Dias,	389.
1670.	Philippus de la Gandara,	583.
1616.	Philippus de Guimeran,	584.
1711.	Philippus Hartung,	252.
1674.	Philippus Kiſelius,	253.
1729.	Philippus Matthæus Sanchez,	585.
1621.	Philippus Oſulevanus,	299.
1694.	Philippus Picinellus,	86.
1568.	S. Pius V.	87.
1644.	Placidus Samperus,	287.
1450.	Primus Epiſcopus Cabilonenſis,	152.
1723.	Proſper Lambertinus,	88.
1601.	Prudentius de Sandoval,	586.
1609.	Quirinus Goeſemius,	254.
1720.	Raphael Bluteavius,	295.

Raphael

Thomas

Anno Christi.		Numeri Sylloges.
1604.	Thomas de Maluenda,	594.
1728.	Thomas Peixoto,	400.
1724.	Thomas Peres Broto,	592.
1623.	Thomas Saylius,	209.
1598.	Thomas Stapletonus,	296.
1703.	Thomas Strozza, *	94.
1650.	Thomas de Torquemada,	595.
1596.	Thomas de Truxillo,	596.
1687.	Thyrſus Gonzalez de Santalla,	597.
1690.	Torquatus Pariſanus,	95.
1708.	Valentinus Leuctius,	257.
1250.	Vincentius Bellovacenſis,	157.
1418.	S. Vincentius Ferrerius,	598.
1622.	Vincentius Filiucius,	96.
1715.	Vincentius Houdry,	158.
1689.	Vincentius Joſephus Michael,	599.
1724.	Vincentius Maria Urſinus, *	97.
1703.	Vincentius Paulus Sobrecaſas, *	600.
1670.	Vitus Seidelius,	258.
1631.	Urbanus VIII.	98.
849.	Walafridus Strabo,	259.
850.	Wandelbertus,	260.
1675.	Willielmus Nakatenus,	261.
1721.	Wolffgangus Zumſteg,	262.
1713.	Zacharias la Selve,	159.

PARER-

PARERGON.

Sexcentis Authoribus supraadductis adjiciuntur alii plusquam trecenti, pariter asserentes eandem Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

QUinque sunt, quæ hoc Parergon ut adjicerem, mihi persuaserunt. Primum est, animadvertisse numerum sexcentorum Authorum, quos prima, & secunda parte hujus Sylloges produxi pro Expeditione Hispanica Sancti Jacobi, (licèt magnus sit) fortassè non suffecturum morosis Criticis, quibus per summam pietatis, & veritatis injuriam statutum est negare Adventum S.Jacobi in Hispaniam; memini enim Marcum Antonium de Dominis ex Archiepiscopo Salonensi, seu, ut nunc dicimus, Spalatrensi, impium Catholicæ Ecclesiæ desertorem, posthabuisse sexcentis Episcopis decernentibus, unum laicum ipsis adversantem, ut de eo scribit Doctissimus Belga Leonardus Marius in *Catholica Hierarchiæ Ecclesiasticæ Assertione*, cap. 12. num. 2. pag. 309. edit. Coloniæ Agrippinæ, 1618. in 8. hâcque de causâ illis sexcentis Authoribus adjunxi hîc plusquam trecentos, etiam ex omnibus ferè nationibus, asserentes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, ut morosi Critici, qui illam negant, pugnante contra eos orbe terrarum, alium quærant orbem, cui asserta sua obtrudant; & ut pietatis, & veritatis cultorum cætui illam affirmanti dicam id, quod olim ad Giezi dixit Eleseus: *Noli timere, plures enim sunt nobiscum, quam cum illis*, 4. Regum 6. 16.

Secundum est animadvertisse me, ne excederem numerum

merum ſexcenteſimum, plures præteriiſſe Authores, qui pro Lectorum varietate videbuntur non prætereundi, præſertim cùm aliquot aliis prætulerim, nonnullos aliis poſthabuerim ex rationibus peculiaribus, mihi ſoli cognitis. Unde nunc æquum eſſe duxi plures afferre, ut unicuique Lectori ſatisfacerem.

Tertium eſt, me pariter obſervaſſe inter Authores à me prætermiſſos extare aliquot teſtimonia Hiſpanorum adeo venerandæ antiquitatis, ut præceſſerint S. Gregorium VII. qui electus eſt Summus Pontifex anno 1073. & inter illos S. Beatum Præsbyterum Libanienſem, de quo memineram à num. 1471. qui floruit anno 770. & quem habere cultum contra Doctiſſimos Ferreras, & Duranam negavit Neotericus Adverſarius in libello inſcripto *Voz da Verdade*, pagina 158. ea facilitate, quâ eo libello, & in Diſſertatione Latina negat quidquid contra ipſum pro veritate pugnat; cùm tamen certum ſit, S. Beatum Libanienſem frui cultu, ut docet eruditiſſimus Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Veteri Hiſpaniæ, lib. 6. cap. 2. num. 38. pagina 325. & clariſſimi Joannes Bolandus, & Godefridus Henſchenius, qui de ſolis Sanctis habentibus cultum agunt, in Actis Sanctorum, S. Beati Acta referunt, quæ Commentario illuſtravit Godefridus Henſchenius, ad diem 19. Februarii, pag. 146. tomo 3.

Quartum eſt inter Authores à me prætermiſſos, plures extitiſſe, qui non ſolùm aſſeruere Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, ſed etiam ſacellum Cæſarauguſtanum à columnâ dictum, ab eodem Apoſtolo juſſu Matris Admirabilis ipſi ad ripam Iberi fluminis apparentis, dum adhuc viveret, fuiſſe conſtructum; ac proinde eorum recenſio utiliſſima futura eſt colligentibus Scriptores Marianos, præſertim mihi, qui, ut dixi num. 2872. meditor Bibliothecam Mariano-Jacobæam, ad quam poſ-

co

co eruditorum, piorumque auxilia, & quò faciliùs mihi opem ferant, palam facio Authores, quos novi ſcripſiſſe de illo ſacello à S. Jacobo Apoſtolo ædificato, ne actum agant me monentes de Authoribus mihi notis, quos proinde appoſito aſteriſco * ſignare volui, ut jam dixi.

Quintum denique eſt (& quod unum ſatis erat) me poſt editos eos ſexcentos Authores, in aliquot incidiſſe minimè prætereundos, unde eos hîc recenſere volui, ne noſtrum hoc qualecumque opus, graviſſimo pondere illorum authoritatis careat.

Ingenuè fateor, me maximam partem Authorum, quos in hoc Parergo (ſicuti in primâ, & ſecundâ parte Sylloges) debere Clariſſimis Viris Hieronymo Pardo, Doctiſſimi Ordinis Clericorum Regularium Minorum, & Doctori D. Petro Hieronymo Hernandez Marzo, (quorum non ſemel memini) & apud quos videnda ſunt loca plerorumque Authorum, quos hoc Parergo refero, plurimum etiam ingenuè fateor, me debere eruditiſſimo Viro Antonio Cerqueira Pinto, nobili Civi Portuenſi, quocum mihi à decem annis eſt literarum commercium, non ſine magno meo proventu, in cujus Optimi Viri laudes in devincti, gratique animi teſtimonium non ſemel effuſus ſum, ut conſtabit legentibus volumina Actorum noſtræ Regalis Academiæ, & à me editum Catalogum Pontificum, & Cardinalium Luſitanorum, pag. 193. qui extat tomo 5. eorundem Actorum. Sed nunquam ſatis laudari poteſt Vir, qui etiam graviſſimis occupationibus diſtrictiſſimus, non ceſſat laborare pro gloria Luſitaniæ, illuſtrando ſacras, & profanas hujus Regni Antiquitates, de quibus tot ſcripſit Diſſertationes, ut juſtum volumen poſſint complere. In iis oſtendit vaſtiſſimam eruditionem, & acerrimum judicium, ſedulamque Criticen; (prætereo Virum eſſe Philoſophicis, Theologicis, Juridiciſque

LIIIIIIII ſtudiis

ſtudiis inſtructum, & Poeſeos tam Latinæ, quam vulgaris elegantiæ præſtantiſſimum;) & quod caput eſt, Vir eſt humaniſſimus, ita ut videatur natus ad de omnibus benè merendum, qui mihi plura communicavit teſtimonia utilia aſſerendæ Expeditioni Hiſpanicæ Sancti Jacobi, de qua & ipſe in memoratis Diſſertationibus non ſemel ſcripſit.

Numeri Authorum.		Anni Chriſti.
I.	Actus Curiæ Regiæ Aragonum, *	1678.
II.	Ægidius Caſtejon, *	1678.
III.	Ægidius Gonzales de Avila * *Octogenario maior*,	1658.
IV.	Ægidius Zozomius,	
V.	Alexander Dominicus de Rós,	1646.
VI.	Alphonſus III. Rex,	862.
VII.	Alphonſus VII. Rex,	1010.
VIII.	Alphonſus X. Rex,	1253.
IX.	Alphonſus Rex Legionis,	1188.
X.	Alphonſus de Andrade, S. J. *	1664.
XI.	Alphonſus de Carthagena,	
XII.	Alphonſus Ciaconius, O. P.	1601.
XIII.	Alphonſus Eſquerra, S. J. *	1629.
XIV.	Alphonſus Fernandes, O. P. *	1627.
XV.	Alphonſus Maldonatus, O. P. *	1614.
XVI.	Alphonſus Mexia Galeote, *	1617.
XVII.	Alphonſus de Peñafiel, S. J.	1643.
XVIII.	Alphonſus Polus,	
XVIX.	Alphonſus Rodriguez Legionenſis,	
XX.	Alphonſus Sanches, *	1634.
XXI.	Alphonſus de Vargas, O. M.	1624.
XXII.	Alphonſus Venero, *	1541.
XXIII.	Alvarus Pizaño,	1615.
XXIV.	Ambroſius Buendia, *	1660.
XXV.	Anaſtaſius Marcellinus Uberte, *	1694.
XXVI.	Andreas Barberan, *	

Andreas

Numeri Authorum.		Anni Christi.
XXVII.	Andreas Baurentinus,	
XXVIII.	Andreas Michael Betendorpius, *	1582.
XXIX.	Andreas Montilla, *	1722.
XXX.	Andreas Sanches Texado, *	1629.
XXXI.	Andreas de Soto, O. M. *	
XXXII.	Andreas de Torres,	
XXXIII.	V. Angelus de Paz, O. M.	1596.
XXXIV.	Angelus Petricca Italus, O. M.	1647.
XXXV.	Antolinus Peres,	
XXXVI.	Antonius Augustinus,	
XXXVII.	Antonius Barberan, *	
XXXVIII.	Antonius Cerqueira Pinto, M. S.	1730.
XXXIX.	Antonius Coelho de Freitas,	1699.
XL.	Antonius de Escobar & Mendoza, S. J. *	1647.
XLI.	Antonius Faxardo & Azevedo, *	
XLII.	Antonius Gonzales de Rosende,	1657.
XLIII.	Antonius Iribarne Capuccinus, *	1701.
XLIV.	Antonius Iribarren, O. P. *	1701.
XLV.	Antonius de Leon Pinello, *	1618.
XLVI.	Antonius Lorea, O. P. *	1684.
XLVII.	Antonius de S. Maria Carmelita Escalceatus, *	1666.
XLVIII.	Antonius Palomino, *	1715.
XLIX.	Antonius Rioboo de Seixas Villar de Francos, *	1628.
L.	Antonius Tudanca, O. M.	1605.
LI.	Antonius Xarque, S. J. *	1666.
LII.	Antonius Ybañez de la Riva Herrera, *	1702.
LIII.	Antonius Zamora, *	1621.
LIV.	Aprigius Episcopus,	
LV.	Augustinus Cano & Olmedilla, *	1694.

Numeri Authorum.		Anni Christi.
LVI.	Augustinus Lopez de Reta, *	1688.
LVII.	Augustinus Morlanes, *	1605.
LVIII.	Augustinus Ramirez, *	
LIX.	Ayngus de Espeleta,	
LX.	Balthasar Bosc Centellas & Cardona, Cler. Reg. Minist. Infirm.	
LXI.	Balthasar Porreñus,	1620.
LXII.	Balthasar Sorius, O. P.	1557.
LXIII.	Barnabas Moreno de Vargas,	1632.
LXIV.	Bartholomæus Cairasco, *	1609.
LXV.	Bartholomæus Leonardus de Argensola, *	1633.
LXVI.	Bartholomæus Rinaldus,	
LXVII.	Bartholomæus Ximenes Paton,	1604.
LXVIII.	Basilius Varen Soto, C. R. M. *	
LXIX.	S. Beatus Libaniensis Præsbyter,	770.
LXX.	Benedictus de Arze, M. B. *	1615.
LXXI.	Benedictus Mendez,	
LXXII.	Bernardinus de Villegas, S. J.	1635.
LXXIII.	Bernardus Josephus de Aldrete, *	1631.
LXXIV.	D. Blascus & Sanches, *	1723.
LXXV.	Blasius Franco Fernandes, *	1678.
LXXVI.	S. Braulio,	
LXXVII.	Carolus Martel, *	1662.
LXXVIII.	Christophorus de Avendaño, Carmel. *	1603.
LXXIX.	Christophorus Granadus Trinit.	1636.
LXXX.	Cindasuintus Rex,	645.
LXXXI.	Claudius de Roxas,	
LXXXII.	Clemens Comenge, *	1719.
LXXXIII.	Clemens Romæus,	
LXXXIV.	Clemens Papa VII. *	1529.
LXXXV.	Clemens Papa X. *	1675.

Cornelius

Numeri Authorum.		Anni Christi.
LXXXVI.	Cornelius Scultingius,	
LXXXVII.	Damianus de Goes,	
LXXXVIII.	Didacus Alvarez, S. J.	
LXXXIX.	Didacus de Efpes,	1602.
XC.	Didacus Franco de Villalba, *	1727.
XCI.	Didacus Jefu à S. Maria Carmel. Excalc.	1704.
XCII.	Didacus de Mecolaeta, M. B. *	1724.
XCIII.	Didacus Morlanes, *	1591.
XCIV.	Didacus Peres de Mefa, *	1589.
XCV.	Didacus Rodriguez de Alvela,	
XCVI.	Didacus Sylva Pacheco, Epifcopus Accitanus,	1668.
XCVII.	Didacus de Vega,	1600.
XCVIII.	Didacus de Yanguas,	1605.
XCIX.	Dionyfius Paulus Lopez,	1588.
C.	Dominicus Hernandez de la Torre, O. M. *	1722.
CI.	Emmanuel de Naxera, S. J. *.	1652.
CII.	Emmanuel Ortigas, S. J. *	1670.
CIII.	Emmanuel Peres de Araciel & Rada, Archiepifc. *	1720.
CIV.	Emmanuel Roman Carmelita,	1624.
CV.	Emmanuel Salzedo de Olid, *	1677.
CVI.	Emmanuel Sarmiento & Mendoza,	1628.
CVII.	Emmanuel Tavares de Carvalho, Lufitanus,	1645.
CVIII.	Eufebius de Leon, *	
CIX.	Ferdinandus III. Rex Caftellæ,	1232.
CX.	Ferdinandus IV. Rex Caftellæ,	1295.
CXI.	Ferdinandus Rex Legionis,	1170.
CXII.	Ferdinandus Gonzales Comes,	1125.
CXIII.	Ferdinandus de Caftillo,	1584.

Numeri Authorum.		Anni Christi.
CXIV.	Ferdinandus Decius,	
CXV.	Ferdinandus à S. Jacobo, Mercen. *	
CXVI.	Ferdinandus de Mira Carvajal,	
CXVII.	Ferdinandus Nuñez Pincianus, Commendator Græcus,	1499.
CXVIII.	Ferdinandus Perez de Gusman,	1587.
CXIX.	Ferdinandus Rodriguez, *	1685.
CXX.	Franciscus Æsser,	
CXXI.	Franciscus Baraona & Miranda,	
CXXII.	Franciscus Bermudez de Pedraza, *	1632.
CXXIII.	Franciscus de Bivar, *	1636.
CXXIV.	Franciscus Caro de Torres,	1629.
CXXV.	Franciscus de la Cueva & Sylva,	1625.
CXXVI.	Franciscus Garcia, Canonicus Cæsaraugustanus, *	
CXXVII.	Franciscus Garcia, S. J. *	1675.
CXXVIII.	Franciscus à Jesu Maria, Carmel. Nudipes, *	
CXXIX.	Franciscus de S. Juan & Bernedo, *	1700.
CXXX.	Franciscus Laurentius de Vera & Rosales, *	1688.
CXXXI.	Franciscus de Leone Garavito,	1625.
CXXXII.	Franciscus Lizana, Mercenarius, *	1654.
CXXXIII.	Franciscus de S. Marco, Carmel. Nudipes, *	1692.
CXXXIV.	Franciscus Marovelli da la Puebla, *	1628.
CXXXV.	Franciscus Martorel de Luna, *	1626.
CXXXVI.	Franciscus de Montemaior & Cueva, *	
CXXXVII.	Fr. Franciscus Neyla, Mercenar. *	1691.
CXXXVIII.	Fr. Franciscus Nuñez, O P. *	1696.
CXXXIX.	Fr. Franciscus de Pereda, O. P. *	1604.
CXL.	Franciscus Portocarrero, S. J.	1616.
CXLI.	Franciscus Radez de Andrade,	1572.

Francis-

Numeri Authorum.		Anni Christi.
CXLII.	Franciſcus Ruiz de Vergara & Alaba, *	1655.
CXLIII.	Franciſcus de Sandoval,	
CXLIV.	Franciſcus Serra Italus,	1654.
CXLV.	Fr. Franciſcus Sota, Monachus Benedictinus *	1681.
CXLVI.	Franciſcus de Villaſaña,	
CXLVII.	Franciſcus Urquiôla, *	1723.
CXLVIII.	Franciſcus de Zepeda, *	1643.
CXLIX.	Gabriel de Frias, Cler. Reg. Min. *	1637.
CL.	Gabriel Paſchaſius Orbaneja, *	1699.
CLI.	Gabriel de Zepeda, *	1680.
CLII.	Gaſpar Alvarez Louzada Machado, *	1597.
CLIII.	Gaſpar de la Figuera, *	1658.
CLIV.	Fr. Gaſpar de Jeſu Maria, Carmel. Nudipes, *	1709.
CLV.	Gaſpar Ortigas, *	1586.
CLVI.	S. Genadius Epiſcopus,	
CLVII.	Gregorius Lopez de Aguilar, S. J.	
CLVIII.	Gregorius XIII. Pontifex Max.	1573.
CLIX.	Gundiſalvus Sanches de Luzero,	1617.
CLX.	Gundiſalvus Sanches de Ulloa & Puga,	
CLXI.	Gundiſalvus de Zeſpedes, *	1623.
CLXII.	F. Hieronymus à S. Joſepho, *	1654.
CLXIII.	Hieronymus Mendieta, O. M.	
CLXIV.	Hieronymus Peixoto da Sylva, *	
CLXV.	Hieronymus Quintana, *	1629.
CLXVI.	Hieronymus Rochus Sierra, *	1658.
CLXVII.	Hieronymus de Salzedo, Cler. Reg. Min.	1655.
CLXVIII.	Hieronymus Zurita,	

Jacobus

Numeri Authorum.		Anni Christi.
CLXIX.	Jacobus à S. Antonio, Carmelita.	
CLXX.	Jacobus Prades, *	1596.
CLXXI.	Fr. Jacobus Varon & Arin, O. P. *	1717.
CLXXII.	Reverendissimus P. Fr. Ignatius Catoyra, O. P.	1724.
CLXXIII.	S. Ildephonsus,	
CLXXIV.	Joannes Ægidius de Godoy, O. P. *	
CLXXV.	Joannes Ægidius de Zamora, O. M.	1684.
CLXXVI.	Joannes Alphonsus Calderon,	
CLXXVII.	Joannes Antonius Lozano, *	1640.
CLXXVIII.	Joannes Augustinus Ramirez, *	1690.
CLXXIX.	Joannes de Avila, Angelopolitanus, *	1680.
CLXXX.	Joannes de Baños Velasco & Azevedo, *	
CLXXXI.	Joannes Baptista Braschius, Episcopus Sarsinensis,	1718.
CLXXXII.	Joannes Baptista Dametus, *	1612.
CLXXXIII.	Joannes Basilius Sanctorus,	1580.
CLXXXIV.	Joannes Briz Martinez, *	1620.
CLXXXV.	Joannes Candao de Aguirre, *	1670.
CLXXXVI.	Joannes Cortesius Osorio, S. J. *	
CLXXXVII.	Joannes Duran de Montijo, *	1716.
CLXXXVIII.	Joannes de Estrada Guijon Præmonstrat, *	1672.
CLXXXIX.	Joannes Ferrer, *	1502.
CXC.	Joannes Franciscus Escuder, *	1720.
CXCI.	Joannes Gonzales Centeno,	
CXCII.	Joannes Guerreiro de Espinar,	1620.
CXCIII.	Joannes de las Hebas, *	1712.
CXCIV.	Joannes Jacobus Chiffletius,	
CXCV.	Joannes à Jesu Maria, Trinitar. Nudipes, *	1718.

Joannes

Numeri Authorum.		Anni Christi.
CXCVI.	Joannes Ildephonſus de Andrade,*	1639.
CXCVII.	Joannes de Iribarren & Plaza,*	1644.
CXCVIII.	Joannes Lopez II. O. P.*	1687.
CXCIX.	Joannes Maldonatus,	1530.
CC.	Joannes Marantes Pradò,*	1678.
CCI.	Joannes Michael de Bordalua,*	
CCII.	Joannes Oſorius, S. J.	1594.
CCIII.	Joannes de Pineda, O. M.*	1594.
CCIV.	Joannes de Portilla,*	1661.
CCV.	Joannes de Quiròs, O. M.*	1650.
CCVI.	Joannes Rivas, O. P.*	1687.
CCVII.	Joannes de Robles,	
CCVIII.	Joannes Rodriguez Coronel, S.J.*	1680.
CCIX.	Joannes Ruiz Martinez,	
CCX.	Joannes Sagaſtizabal, O. P.*	1597.
CCXI.	Joannes Sendin Calderon,*	1620.
CCXII.	Joannes Tamayus de Salazar,*	1648.
CCXIII.	Joannes Trellera,*	1676.
CCXIV.	Joannes de Vera & Taſſis & Villaroel,*	1692.
CCXV.	Joannes de Villafaña,*	1726.
CCXVI.	Joannes Villa Señor,*	1681.
CCXVII.	Joſephus Æmilianus Lumbreras,*	
CCXVIII.	Reverendiſſimus P. Fr. Joſephus Caietanus, Monachus Hieronymian. Cathedræ Durandi Moderator, cum privilegiis Cathedræ Scoti,	1731.
CCXIX.	Joſephus à Nativitate, Monachus Hieronimyan. Cathedræ Durandi Moderator,*	1730.
CCXX.	Joſephus Ortiz Cantero,*	1705.
CCXXI.	Joſephus Saens de Arquivillo,*	1722.
CCXXII.	Joſephus Tafalla Negrete,*	1714.

Numeri Authorum.		Anni Christi.
CCXXIII.	Julianus de Castillo,	
CCXXIV.	Kalenda Ecclesiæ S. Salvatoris, *	
CCXXV.	Laurentius Mattheu Sanz, *	1699.
CCXXVI.	Laurentius de Padilla,	1538.
CCXXVII.	Laurentius Ramirez de Prado, *	1658.
CCXXVIII.	Lizussaraalde, ut eum refert Marzo, *	1720.
CCXXIX.	Lucas Tudensis,	
CCXXX.	Ludovicus Arias,	
CCXXXI.	Ludovicus Cacegas, O. P. *	1580.
CCXXXII.	Ludovicus Hernandez, *	1613.
CCXXXIII.	Ludovicus Legionensis, Eremita Augustinian.	1591.
CCXXXIV.	Ludovicus Lopes, *	1639.
CCXXXV.	Ludovicus Muñoz, *	1645.
CCXXXVI.	Ludovicus à S. Theresia, *	1720.
CCXXXVII.	Fr. Ludovicus de Vega, Monachus Hieronymianus,	1606.
CCXXXVIII.	Lupereius Leonardus de Argensola, *	1604.
CCXXXIX.	Fr. Marcus Antonius Alegre de Cassanate, Carmelita,	1639.
CCXL.	Marcus Deza,	
CCXLI.	Marcus de Guadalaxara, *	1612.
CCXLII.	Martinus de Viciana,	1564.
CCXLIII.	Martinus Vizcai, *	1621.
CCXLIV.	Matthæus Grogero, Carmelita, *	1720.
CCXLV.	Matthæus Sanchez, *	
CCXLVI.	Maximilianus Sandæus Germanus, S. J.	1656.
CCXLVII.	Melchior Huelamo, O. M. *	1601.
CCXLVIII.	Michael Abió, *	
CCXLIX.	Michael Angelus Pasqual, S. J.	1705.

Michael

Numeri Authorum.		Anni Christi.
CCLI.	Michael Calderó,	
CCLII.	Michael Francez de Villalva, *	
CCLIII.	Michael Hernandez, *	1591.
CCLIV.	Fr. Michael Peres Ciſtertienſis,	1607.
CCLV.	Michael de Salinas, Pater ſequentis,	
CCLVI.	Michael de Salinas Viñuela,	1640.
CCLVII.	Michael Ulate, *	1714.
CCLVIII.	Michael Ximenes,	
CCLIX.	Nicaſius Philalethus,	
CCLX.	Nicaſius Sevillano, ſive Hiſpalenſis, *	
CCLXI.	Nicolaus de la Igleſia, Carthuſianus, *	1653.
CCLXII.	Nicolaus de Tolentino, Luſitanus Auguſtinianus Nudipes,	1723.
CCLXIII.	Ordonius I. Rex,	854.
CCLXIV.	Ordonius II. Rex,	917.
CCLXV.	Pantaleo Garcia Troncon, Merceenar. General. *	
CCLXVI.	Fr. Paulus de Alcazar Trinitar. *	1623.
CCLXVII.	Paulus Bombinus Italus, Cler. Reg. Somaſchæ,	1632.
CCLXVIII.	Paulus de la Peña & Laſcano, *	
CCLIX.	Paulus de Spinoſa, *	1627.
CCLXX.	Petrus Antonius Beuter, *	1604.
CCLXXI.	Petrus de Aſtorga,	
CCLXXII.	Petrus Ciria & Raxis, *	1693.
CCLXXIII.	Petrus Eurath, Germanus, *	
CCLXXIV.	Petrus Gáltruchius Gallus, S. J.	1676.
CCLXXV.	Petrus Gonzalez Guijalinus,	
CCLXXVI.	Petrus Gonzalez de Mendoza Archiep. Granat. *	
CCLXXVII.	Petrus à S. Jacobo, Epiſcopus Solſonenſis,	

Numeri Authorum.		Anni Christi.
CCLXXVIII.	Petrus Lopes, O. P. *	1687.
CCLXXIX.	Petrus Ludovicus Martinez, *	
CCLXXX.	Petrus Michael, vide *Statutum Sex Capparum*, *	1471.
CCLXXXI.	Petrus Munilla Suesa,	
CCLXXXII.	Petrus Naya, *	
CCLXXXIII.	Petrus de Oxeda, S. J.	1616.
CCLXXXIV.	Petrus de Roxas, *	1654.
CCLXXXV.	Petrus de Salazar & Mendoza,	1618.
CCLXXXVI.	Petrus Themesmarius,	
CCLXXXVII.	Philippus de Aranda, S. J. *	1694.
CCLXXXVIII.	Quinternus Sanctorum Hispaniæ, *	
CCLXXXIX.	Quinternus novus II. Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, *	
CCXC.	Ramirus I. Rex,	850.
CCXCI.	Ramirus II. Rex,	932.
CCXCII.	Rodericus Caro, *	1627.
CCXCIII.	Rodericus Manrique, S. J.	
CCXCIV.	Sampirus, Episcopus Astorgensis,	1019.
CCXCV.	Sancius I. Rex,	962.
CCXCVI.	Sancius Ramirez de Prado, *	1640.
CCXCVII.	Sebastianus de Horosco & Covasrubias, *	1611.
CCXCVIII.	Sebastianus Salmaticensis Episcopus,	
CCXCIX.	Sebastianus à Valle Pontes, Decanus Sedis Bahiensis,	1728.
CCC.	Sententia Curiæ Justitiæ Aragonum, *	1605.
CCCI.	Sententia Salmantinæ, *	1637.
CCCII.	Sixtus II.	
CCCIII.	Sixtus V. *	

Sophro-

Numeri Authorum.		Anni Christi.
CCCIV.	Sophronius,	
CCCV.	Statutum de Festo Sex Capparum, *	1471.
CCCVI.	Stephanus Dolz, *	1705.
CCCVII.	Thomas Hurtado,	1659.
CCCVIII.	Thomas Magdalena, *	1721.
CCCIX.	Thomas Pomar, *	1719.
CCCX.	Thomas Tamayo de Vargas, *	1616.
CCCXI.	Venantius Fortunatus,	
CCCXII.	Vincentius Blascus de la Nuza,	1622.
CCCXIII.	Vincentius Escudero & Cordova, *	
CCCXIV.	Vincentius Mascarelli, S. J. *	1721.
CCCXV.	Vincentius Sanches, *	1688.
CCCXVI.	Ysla, *	1547.
CCCXVII.	Zacharias Chrysopolitanus Episcopus,	1110.

Claudo hoc Parergon duplici Authore, quorum neutrum enumerare debui in vulgari serie alphabeticâ, cùm uterque in asserendâ Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi maximè se extulerit supra reliquos; illos tamen non sine duplici ordine referam, Alphabetico scilicet, & Chronologico, ne videar alterutrum sponte præferre.

Unus est Reverendissimus P. M. Fr. Felicianus à Conceptione in Academiâ Conimbricensi, Sacræ Theologiæ Doctor Sapientissimus, Oratorque disertissimus, Divinis, humanisque literis eruditissimus, à Latinâque elegantiâ in tam soluto, quàm ligato sermone laudatissimus; & quod pluris faciendum est, primævi Hieronymiani Instituti servantissimus, Apostolicoque prædicandi muneri, inferendisque cœlo mortalibus deditissimus. Is in Oratione habitâ in solemni inauguratione R. P. Fr. Emmanuelis à S. Hieronymo, ejusdem Ordinis Alumni, in Sacræ Theologiæ Doctorem die 25. Julii hujus anni 1731. occasione

casione arreptâ ab eâ die S. Jacobo Maiori Sacrâ, validissimè propugnavit sententiam de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, toto plaudente confertissimo sapientiæ theatro, exultanteque præ gaudio Conimbricensi Academia, quæ novo Doctori gratulata est non solùm intra brevissimum tempus feliciter subiisse literaria pericula, (quæ Academia maiora vocat) & formidabile illud examen, quod Privatum dicunt, ex quo approbatus fuerat ab omnibus Sacræ Theologiæ Doctoribus, nemine discrepante, sed *quod supremus felicitati ejus cumulus accesserit Doctor FELICIANUS laudator eloquentissimus*, ut Plinii verbis utar.

Alter est Reverendissimus P. Fr. Joannes à Domina Nostra, Ordinis Minorum Provinciæ Algarbiorum, Concionator egregius, qui amœnioribus literis, quibus excellit, & Latinæ Poeseos suavitati, quâ celebre nomen promeruit, superimposuit sacram eruditionem, Divinorumque voluminum utriusque Testamenti eam peritiam, ut dici possit *Arca Testamenti*; (quod elogium à Pontifice Maximo Gregorio IX. olim dictum est de Thaumaturgo Lusitano S. Antonio Ulyssiponensi,) tanta est copia locorum Sacræ Scripturæ, quibus abundant Conciones hujus Euangelici Oratoris! Is enim hoc anno, die 5. Augusti, in Regali Templo S. Vincentii extra muros, è superiori loco laudavit MATREM ADMIRABILEM sub titulo Columnæ, vulgò *do PILAR*, in quâ Panegyricâ Oratione, ceu memor S. Franciscum Assisiatem Parentem suum, ejusque filios S. Bernardinum Senensem, Beatum Ægidium, & Beatum Thomasellum, & S. Elisabetham Reginam Lusitaniæ, Seraphici Firmamenti sidera, adiisse Compostellam, seu campum stellæ, ad invisendum Sanctum Jacobum Hispaniæ Solem, qui his Provinciis Euangelii lucem intulit (ut diximus numero 1977.) totus fuit in validis-

validiſſimè probandâ noſtrâ ſententiâ, aſſerente Divum Jacobum veniſſe in Hiſpaniam, & ad ripam fluminis Iberi erexiſſe ſacellum à Columnâ nuncupatum, juſſu Auguſtiſſimæ Virginis adhuc in vivis agentis, ipſique Apoſtolo apparentis. Quod tam ſolidè aſſeruit, ut ſola hæc Concio ſufficiat ad deterrendos moroſos Criticos de ſententiâ negante Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, cogendoſque, ut velint, nolint, victricia ſequantur Veritatis ſigna.

CORONA

CORONA
TOTIUS OPERIS,
NEMPE
SYLLOGES AUTHORUM,
Expeditionem Hiſpanicam Sancti
Jacobi aſſerentium;
SYNTAGMATIS
De Graviſſima Authoritate Breviarii Romani noviſſimè recogniti;
COMMENTARII HISTORICI
DE MATRE ADMIRABILI,
A' S. Jacobo Maiore Cæſarauguſtano templo culta;
EXPEDITIONIS DENIQUE HISPANICÆ
APOSTOLI S. JACOBI MAIORIS;
HOC EST,
OFFICIUM COMMEMORATIONIS
B. MARIÆ DE COLUMNA
Pro omnibus Hiſpaniarum Regnis,
CONCESSUM
A' SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
CLEMENTE XII.
Pontifice Maximo.

DIE XII. OCTOBRIS.

IN OFFICIO COMMEMORATIONIS

B. MARIÆ DE COLUMNA,

Pro omnibus Hiſpaniarum Regnis.

Omnia, ut in Feſto Sanctæ Mariæ ad Nives, præter Lectiones ſecundi Nocturni.

Lectio iv.

De Sermone S. Auguſtini Epiſcopi.

Serm. 18. *de Sanctis.*

ADeſt nobis, dilectiſſimi, optatus dies Commemorationis Beatæ, ac Venerabilis ſemper Virginis Mariæ; ideo cum ſumma exultatione gaudeat terra noſtra, tantæ Virginis illuſtrata Solemnitate. Hæc enim flos campi, de qua ortum eſt pretioſum lilium convallium, per cujus partum mutatur natura Protoplaſtorum, deletur & culpa. Præciſum eſt in ea illud Hevæ infelicitatis elogium, quo dicitur: In dolore paries filios tuos: quia iſta in lætitia Dominum peperit. Heva lacrymas, Maria gaudium in ventre portavit: quia illa peccatorem, iſta edidit innocentem. Tu autem Domine, &c.

℞. Sicut cedrus exaltata ſum in Libano, & ſicut cypreſſus in monte Sion. Quaſi myrrha electa. * Dedi ſuavitatem odoris. ℣. Et ſicut cinnamomum, & balſamum aromatizans. Dedi.

Lectio v.

Lectio v.

O Beata Mater, quis tibi digna valeat jura gratiarum, ac laudum præconia rependere, quæ singulari tuo assensu mundo succurristi perdito? Accipe itaque quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cùm susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra Sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus: quia tu es spes unica peccatorum. Per te speramus veniam delictorum, & in te, Beatissima, nostrorum est expectatio præmiorum. Tu autem Domine, &c.

℟. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filiæ Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam. ℣. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt.

Lectio vi.

ET profectò sperandum nobis, ac præcipuè lætandum est, quibus insigni beneficio peculiarem suimet obtinendi Patrocinii fiduciam clementissima Virgo concessit. Ut enim pia, & antiqua traditio habet, cum Jacobus Apostolus, Maior nuncupatus, Divino consilio in Hispaniam appulisset, & aliquandiu Cæsaraugustæ substitisset, ipsi cum aliquot Discipulis noctu ad Iberi fluminis ripam oranti Beata Virgo dum adhuc in humanis ageret, apparuit, ibique ut Sacellum extrueret, eidem injunxit. Quarè nihil cunctatus Apostolus, Discipulis opem ferentibus, Ædiculam Deo in ipsius Virginis honorem dicavit. Huic autem, procedentibus sæculis, amplius, & augustius Templum accessit, quod à Simulacro Deiparæ, pilæ, è marmore superstante, atque ibidem maxima totius Regni

ni pietate, ac frequentia venerato, à Columnâ olim acceptum nomen, hisce quoque temporibus retinet. Utque debitus Deo cultus, ac fervens jam erga Virginem Populorum devotio uberius in dies incrementum accipiat, Clemens XII. Pontifex Maximus per universas Regi Catholico subjectas Ditiones ejusdem Commemorationis Officium die xii. Octobris celebrari indulsit. Tu autem Domine, &c.

℟. Ornatam monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit: * Et videntes eam filiæ Sion, beatissimam prædicaverunt, dicentes: * Unguentum effusum nomen tuum. ℣. Astitit regina à destris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes. Gloria Patri. Unguentum.

Hispaniarum.

R*Emissis à SS. D. N. CLEMENTE PAPA XII. ad Sac. Rit. Cong. non minus enixis plurium Reverendissimorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum, Cathedralium, necnon Civitatum Regni Hispaniarum, precibus, quàm piis Serenissimi Regis Catholici instantiis, illisque per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Alexandrum Cardinalem Albanum Ponentem relatis, Sac. eadem Rit. Cong. posse concedi censuit, ut Festum B. M. de Columna, quod in Ecclesia Cæsaraugustana, vigore Indulti Apostolici anno* 1723. *peragitur, singulis annis die* 12. *Octobris cum Officio, & Missa, ac suprascriptis Lectionibus propriis à dicto Eminentissimo Ponente diligenter examinatis, & ab eadem Sacra Congregatione modò approbatis, ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus in Regnis, cunctisque Dominiis ipsi Serenissimo Regi Catholico subjectis, qui ad horas Canonicas tenentur, sub ritu duplici celebrari valeat, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die* 16. *Septembris* 1730. *Facta-*

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 20. Decembris ejusdem anni 1730.

C. Card. de Marinis Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamenus, Secretarius.

Jure merito hoc Ecclesiasticum Officium tandem concessum à Sede Apostolica, vocamus Coronam totius Operis, nempe Sylloges Authorum asserentium Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, quia illud est summus apex authoritatis nostræ sententiæ. Jure illud dicimus Coronam Syntagmatis de gravissima authoritate Breviarii Romani novissimè recogniti, quia post severissima examina adstruit id, quod saltem ante plusquam centum & sexaginta annos legebatur in Breviario S. Pii V. & jam fluxit integrum sæculum, ex quo legitur in Breviario novissimè recognito, approbatoque Bulla Urbani VIII. de quâ non veritus est dicere Neotericus Adversarius editam fuisse ab Urbano tamquam Doctore particulari, & sine prævio examine, quorum tamen primum fieri non poterat, ut norunt omnes Docti; non enim privati Doctoris, sed solius Romani Pontificis, ut Summus est Pontifex, est edere Bullam pro Ecclesia Universali, qualis est illa, qua approbatum fuit Breviarium Romanum. Secundum verò minimè factum est, ut sciunt quotquot intelligunt Bullam ipsius Urbani VIII. illi Breviario præfixam. Jure illud Officium

Officium vocamus Coronam Commentarii Hiſtorici de MATRE ADMIRABILI, à Sancto Jacobo Maiore Cæſaraugustano Templo culta, quia in eo Summus Pontifex proponit Regnis, Dominiiſque Maieſtatis Catholicæ per Europam, Aſiam, Africam, & Americam latè diffuſis, publicè legendam, prædicandamque Apparitionem Sanctiſſimæ Virginis jubentis S. Jacobo, ut ipſi conſtrueret ſacellum, quod eſt à Columnâ nuncupatum, cui rei probandæ incubuimus in toto illo Commentario, quia nullum gravius eſt pondus piæ noſtræ ſententiæ, quàm illud Officium, quo declaratur dies feſtus, dicatus Beatæ Mariæ de Columna. Jure vocamus Officium hoc Coronam Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi Maioris. Nam illo inſtituta eſt nova Solemnitas Auguſtiſſimæ Virginis Mariæ, illiuſque Apparitionis, quæ eſt fructus uberrimus Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi. Fundaverint alii Apoſtoli Templa, eaque Deo dicaverint in Matris Dei honorem, nullus tamen eorum tale erexit Templum, ut ex ejus fundatione novum, perpetuumque inceperit Feſtum, novaque Solemnitas annua Sanctiſſimæ Dei Parentis; ut ex conſtructione Templi Cæſaraugustani à Columnâ nuncupati ortum eſt *Feſtum Commemorationis Beatæ Mariæ de Columna.* Diſputare poterunt moroſi Critici, an ſit vera ſententia aſſerentium Feſtum Conceptionis Immaculatæ Sanctiſſimæ Virginis ortum duxerit in Hiſpania ex prædicatione Sancti Jacobi Maioris, ut cum pluribus aſſerit Chriſtophorus de Vega in *Theologia Mariana.* Palæſtra 3. Certamine 5. numero 262. vertere tamen in dubium non poterunt hoc novum Feſtum *Commemorationis Beatæ Mariæ de Columna* ortum duxiſſe ex Hiſpanica Expeditione Sancti Jacobi. Quod proinde merito dicendum eſt *Corona* illius Expeditionis.

Nec ſine numinis Providentia factum eſt, ut ego hæc ſcripſe-

ſcripſerim die quinta decima præcedentis Maii, dicata novem Diſcipulis, *Quos Jacobus Apoſtolus Zebedæi filius ex Hiſpania Hieroſolymam ſecum duxerat : & qui Magiſtri ab Herode perempti corpus in Galiciam retulere*, ut ait Franciſcus Maurolycus, Abbas Meſſanenſis in Martyrologio, die xv. Maii: ut ego ſcriberem de novo hoc Feſto *Commemorationis Beatæ Mariæ de Columna*, illa die quintadecima Maii, quæ à Maronitis Auguſtiſſimæ Virgini Mariæ dedicata eſt, & ab ipſis vocatur FESTUM GENITRICIS DEI MARIÆ, ut ait Joannes Nadaſi in Anno Cœleſti, ad diem xv. Maii. Jure merito denique vocamus hoc Officium Coronam *Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi Maioris aſſertæ, & ex S. Paulo Apoſtolo confirmatæ*, quia teſte Carolo Paſchalio lib. 1. de Coronis, cap. 1. *Corona ea eſt ultra cujus excellentiam mortalium vota non extenduntur*; obtento autem hoc Officio, quod conceſſit Summus Pontifex, Caput viſibile Eccleſiæ Dei vivi, nullum jam firmius optandum eſt noſtræ ſententiæ fundamentum; nam teſte Sancto Paulo Apoſtolo 1. Timoth. cap. 3. verſu 15. *Eſt Eccleſia Dei vivi columna, & firmamentum veritatis.*

Quando autem Eccleſiæ authoritate ſæpius, & præſertim noviſſimè, tam ſolidè firmata eſt contra moroſos Criticos ſententia, pro qua in *Sylloge*, illiuſque Parergo produximus pluſquam nongentos Authores, ex omnibus nationibus, & Ordinibus; vindicataque eſt veritas Breviarii Romani noviſſimè recogniti, quam tutavimus in *Syntagmate*, & probata eſt fundatio Apoſtolica ſacelli Cæſaraugustani à Columnâ nuncupati, ut oſtendimus in *Commentario* de MATRE ADMIRABILI; & denique extra diſputationis aleam poſitus eſt Adventus Sancti Jacobi in Hiſpaniam, ut latiſſimè oſtendimus lucubratione, quæ inſcribitur: *Expeditio Hiſpanica Apoſtoli Sancti Jacobi Maioris aſſetra, & ex S. Paulo Apoſtolo confirmata*, ſupereſt, ut omnibus Hiſto-

Hiſtoricæ veritatis amantibus, omnibus ſapientioris Critices ſtudioſis, omnibus Eccleſiæ Romanæ obſervantibus, & præſertim omnibus ſubditis Auguſtiſſimi Regis Catholici Philippi V. gratuler non modo Officium Dedicationis Eccleſiæ à Columnâ nuncupatæ, conceſſum ab Innocentio XIII. ſed præcipuè Officium *Commemorationis S. Mariæ de Columna*, à Sanctiſſimo D. N. Clemente XII. conceſſum, ad quod juvat uti verbis Apoſtoli ad Philippenſes, cap. 4. verſ. 4. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete.* Gaudete ſemel pro primo Officio, gaudete iterum pro ſecundo, quod non ſolum eſt corona Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi, (ut dixi) ſed totius Hiſpaniæ, quæ pro illa tandiu legitimè certavit. Hinc Numinis providentia factum eſt, ut à Chriſti Vicario id concederetur die 20. Decembris, quo (ut ſcribit Nadaſi in Anno Cœleſti ad diem 20. Decembris) MATER ADMIRABILIS olim donavit Coronâ Sanctiſſimum cultorem ſuum Hiſpanum, Dominicum de Silos, Abbatem Benedictinum, illius nempe Doctiſſimi Ordinis, ex quo prodiere tot graviſſimi aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi, quot ſuprà produximus; S. Dominicum de Silos ſepultum in loco, cujus Dominus fuit Joannes Fernandez de Velaſco, Comes-ſtabuli Caſtellæ, validiſſimus illius Expeditionis Defenſor, illique Sancto Dominico addictiſſimus. Victoribus Hiſpanis eam S. Pauli adhortationem ingemino: *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Hoc eſt, ut exponit Theodoretus, *forti, & generoſo animo ferte inſultus adverſariorum. Malum pro malo non reddite.* Omnibuſque veritatis amantibus dico: pro voluntariis, & moroſis Criticis, qui nobis adverſantur: *Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite; hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Jeſu in omnibus vobis*; ut monet idem Apoſtolus (1. Theſſalonicenſ. 5. 17.) & nos omnes grati

novo

novo huic Dei beneficio, cum eodem Doctore Gentium clamemus: *Laudate omnes Gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi* (Roman. 15. 11.) acceptâ hâc exhortatione ex ore Regii Prophetæ, qui & avus fuit Sancti Jacobi Maioris, Christi consanguinei, & creditus est prædixisse illius Expeditionem Hispanicam, verbis à S. Paulo Apostolo relatis: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum*; ut cum Venerabili Jacobo de Valentia, Episcopo Christopolitano, Eremita Augustiniano, annotavi in Sylloge Authorum, part. 3. cap. tertio (quod per errorem Typographi notatum est quartum) §. 12. pag. 1503. Regii Prophetæ, qui eâ exhortatione inceperat Psalmum 116. *Laudate Dominum omnes Gentes, laudate eum omnes populi*, quo prædixit Gentiles, & Judæos ab Apostolis convertendos. Unde ipso appositè utor in subsignando opere, quo ostendi Gentiles, & Judæos ab Apostolo Sancto Jacobo Maiore in suâ Expeditione Hispanicâ fuisse conversos. In eodem Psalmo prædicit fundandam Ecclesiam, ut ait Nicolaus de Lyra: *Laudate Deum, quia constituit unam Ecclesiam*; Ecclesiam, quæ dicenda erat Hierusalem, ut ait S. Augustinus in Ps. 116. *Hæc vera Hierusalem.* Unde non ineptè hic Psalmus accommodari potest Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, ab Apostolo S. Jacobo Maiore fundatæ, ut probavi in Commentario de MATRE ADMIRABILI. Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, quæ olim dicta fuit Hierusalem, ut legitur apud Venerabilem Didacum Murillo, cap. 9. pag. 73. præsertim cùm isti Psalmo præfigatur vox *Alleluia*, quam olim, viso novo Templo Hierusalem, cecinit Propheta Aggæus, de quo S. Epiphanius de vitis Prophetarum, §. De Aggæo, ait:

> *Oculis structuram Templi Hierusalem vidit. Idem ibidem omnium primus cecinit Alleluia, quod est, laudibus efferamus viventem Deum.*

Et cùm in eodem Psalmo prædicantur beneficia intercessione Beatissimæ Virginis Mariæ, conferenda mortalibus, illius Imagines colentibus, ut ait Thomas Leblanc in hunc Psalmum, dicens:

> *Deipara una omnibus Orbis Nationibus inclamat per dona, quæ singulis elargitur:* Laudate Dominum omnes Gentes. *Animo percurre ÆDES ejus, in quibus confirmatur Dei misericordia, & veritas, miseros juvantis, & promissam opem orantibus præstantis.*

Et licèt hîc Author non meminerit expressè Ædis Cæsaraugustanæ, Lectorem tamen remittit ad Petrum Antonium Spinellum, & Franciscum Poyræum, qui de illâ expressè egerunt; quâ de causâ illos asterisco notavi in Indice Sylloges Authorum, quos produxi adversus morosos Criticos, quos etiam præstringit hic Psalmus 116. qui juxta Hugonem Cardinalem, est contra infectos octo vitiis, nempe Ingratitudine, Avaritia, Singularitate, Vana gloria, Invidia, Adulatione, Discordia, & Morum Deformitate, quorum aliquot (ut existimo) vix erit morosus Criticus, qui non sit infectus. Nam imprimis, ferè omnes Criticos inficit Ingratitudo in Authores, qui præcesserunt, & quibus debent doctrinæ, & eruditionis beneficium. Prætereo (quod alii ante me dixerunt) morosos aliquot Criticos negantes Adventum Sancti Jacobi in Hispaniam, esse ingratos erga eundem Apostolum, Magistrum, Prædicatorem, & Defensorem suum; & quod peius est, erga Augustissimam Virginem MATREM ADMIRABILEM, quæ in sacello à Columnâ dicto, reliquit omnibus peccatoribus, & miseris unam ex civitatibus Refugii. Deinde plures morosi Critici infecti sunt Avaritiâ, eosque urget auri sacra fames, quæ nihil non mortalia pectora cogit; neque enim solus est unus *Venalis cui penna fuit.* Omnes ferè laborant vitio Singularitatis, ut num. 35. diximus de iis,

iis, qui per antiphrasin vocantur *Fortia ingenia*, cùm re vera sint homines debilissimo ingenio præditi; vel potiùs nullo. Omnes Vana gloria tumidi, utpote vanâ scientiâ inflati. Plerique Invidiâ lividi, ut ædificante charitate destituti. Nonnulli Adulationi servientes, ut prurientes auribus coacervati magistri. Omnes Discordia irrequieti, & aliquot sunt Morum Deformitate insignes, maximè si sunt nigræ hæreseos candidati. Quæ vitia latè exagitantur in Sacrâ Scripturâ, cujus hic Psalmus 116. est summa brevissima, de eo enim scribit citatus Episcopus Christopolitanus: *Licèt sit parvus in verbis, tamen comprehendit totam Sacram Scripturam.*

Dicamus igitur contra morosos Criticos, cum piis Scriptoribus omnium gentium, asserentibus Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi: *Laudate Dominum omnes Gentes*; cum omnibus populis, tenentibus piam, & antiquam traditionem de fundato sacello Cæsaraugustano, à Sancto Jacobo Maiore canamus: *Laudate eum omnes populi: quoniam*, ut approbatione Felicis memoriæ Innocentii XIII. firmata est nostra sententia, ita concessione Officii confirmata est à SS. D. N. Clemente XII. Sanctissima apparitio Matris Dei, & *Confirmata est super nos misericordia ejus*, quam nobis promisit Beatissima Virgo à Columnâ. *Et* prostratis, triumphatisque morosæ Critices mendaciis,

VERITAS DOMINI MANET IN ÆTERNUM.

FINIS.

LAUS DEO, ET MATRI ADMIRABILI.

Nec non SS. Apostolis Jacobo Maiori, & Paulo, & Sanctis Doctoribus Augustino, Hieronymo, Isidoro, & Bedæ, & Pontifici Maximo S. Pio V. meoque Sanctissimo Parenti Caietano Thieneo, & Cælestis doctrinæ Magistræ Teresiæ de JESU. Quibus faventibus, absolvi Opus, & Coronam *totius operis, de Sancto*

Jacobo

Jacobo Apostolo Hispaniæ; & Conditore sacelli à Columnâ *nuncupati, in Matris Admirabilis honorem, hoc anno Christi nati 1731. ætatis meæ septuagesimo tertio, initæ Clericorum Regularium Congregationis quinquagesimo septimo, die 2. Septembris, sacra Regi S. Stephano (cujus nomen* Coronam *significat) vocato Apostolo Pannoniæ, & Conditori amplissimi Templi in Dei Genitricis honorem, sicque Historiam secundæ victoriæ, quam de morosis Criticis reportavit Urbs Cæsaraugusta, obtento Officio* Commemorationis S. Mariæ de Columna, *absolvi eadem die, in quam olim (teste Dione Cassio, libro 51.) incidit celeberrima victoria Actiaca, parta à Cæsare Augusto, devicto M. Antonio, anno trigesimo ante Æram vulgarem, dieque, in quâ Cæsar Augustissimus Leopoldus I. ope divinâ de Turcis victoriam reportavit, recuperata Buda anno 1686. Efficiat idem Deus exercituum, & scientiarum Dominus, intercessione ipsius Dei Genitricis, prædictorumque Divorum, & præsertim Sancti Jacobi Maioris morientium Advocati, ut nos in postremo agone, per Christi merita, bonum certamen certemus, ut Divus Paulus, cursum consummemus, fidem servemus, & in reliquo reposita sit nobis* Corona *justitiæ.*

VIVIS PAX,
FIDELIBUS DEFUNCTIS
REQUIES.

INDEX
LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, qui his duobus Voluminibus citantur.

Litera N. significat numeros paragraphis præfixos, P. significat paginas.

a Regum

Liber Psalmorum.

Proverbia Salomonis.

Canticum Canticorum.

Ecclesiasticus.

Mala-

Malachias.

Cap.3. v.16. *Locuti sunt timentes Dominum, unusquisque cum proximo suo; & attendit Dominus, & audivit, & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen ejus*, num. 2843.

Machabæorum II.

Cap.3. v.12. *Decipi verò eos, qui credidissent loco, & templo, quod per universum mundum honoratur pro sui veneratione, & sanctitate omnino impossibile est*, num. 2534.

Euangelium secundùm Matthæum.

Cap.4. v.18. *Ambulans Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus mittentes rete in mare (erant enim piscatores,)* num. 1294.

Cap.4. v.19. *Et ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*, n. 1158. 1159. 1294.

Cap.4. v.21. *Et procedens inde vidit alios duos fratres Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum reficientes retia sua*, num. 1294.

Cap.4. v.22. *Illi autem relictis retibus, & patre secuti sunt eum*, num. 1158.

Cap.4. v.24. *Et abiit opinio ejus in totam Syriam*, num. 1041.

Cap.5. *Num.* 25.

Cap.6. v.26. *Respicite volatilia cœli, quomodo non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester Cælestis pascit illa*, num. 2655.

Cap.10. v.3. *Num.* 130.

Cap.10. v.5. *In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis*, num. 1324.

Cap.12.46. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater ejus, & fratres stabant foris quærentes loqui ei*, num. 2275.

Cap.13.24. *Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis*, num. 1446.

Cap.17. v.19. *Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis*, num. 2473.

Cap.18. v.20. *Ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*, n. 1828.

Cap.20. v.23. *Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre*, num. 1831.

Cap.24.27. *Fulgur exit ab Oriente, & paret usque in Occidentem*, num. 139. 599.

Cap.28. v.16. *Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem, ubi constituerat illis Jesus.*

v.17. *Et videntes eum adoraverunt, quidam autem dubitaverunt.*

v.18. *Et accedens Jesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra.*

v.19. *Euntes ergo docete omnes gen-*

Secundùm Marcum.

Secundùm Lucam.

Secundùm Joannem.

ejus; qui autem facit veritatem, venit ad lucem, num. 1067.

Cap.4. *Num.* 1853.

Cap.4. v.36. *Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit, num.* 110.

v.37. *In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit, num.* 110.

v.38. *Ego misi vos metere, quod vos non laborastis, alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis, num.* 110.

Cap.15. v.8. *In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei Discipuli, num.* 646.

Cap.15. v.16. *Ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, num.* 646.

Cap.19. v.24. *Dixerunt ergo ad invicem: non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cujus sit. Ut scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem, num.* 910.

v.28. *Ut consummaretur scriptura, dixit: sitio, num.* 910.

v.36. *Facta sunt hæc, ut scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo, num.* 910.

v.37. *Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt, num.* 910.

Cap.20.v.23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, num.* 468.

v.30. *Multa quidem, & alia signa fecit JESUS in conspectu Discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.*

v.31. *Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia JESUS est Christus Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus, num.* 776. 881.

Cap.21.v.25. *Sunt & alia multa, quæ fecit JESUS, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros, num.* 776. 881.

Acta Apostolorum.

Cap.1. *Num.* 20.

v.8. *Eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæâ, & Samaria, & usque ad ultimum terræ, num.* 141. 211. 487. 649. 804. 2109. 2112.

v.13. *Et cum introissent in Cœnaculum, ascenderunt, ubi manebant Petrus, & Joannes, Jacobus, & Andreas, num.* 1836.

v.14. *Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & MARIA Matre JESU, num.* 1844.

Cap.2. v.5. *Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri Religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est, num.* 167. 392.

Cap.4. v.33. *Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis JESU Christi Domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis, num.* 20.

Cap.5. v.12. *Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa, num.* 20.

Erat

enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet & Romæ testificari, num. 237.

Cap.24. v.5. *Invenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Judæis in universo Orbe*, num. 392.

Cap.26. v.24. *Multæ literæ te ad insaniam convertunt*, num. 602.

Cap.28. v.30. *Mansit autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum*, num. 234.

v.31. *Prædicans regnum Dei, & docens, quæ sunt de Domino JESU Christo cum omni fiducia sine prohibitione*, num. 234.

Epistola B. Apostoli ad Romanos.

Cap.1. v.1. *Paulus servus JESU Christi, vocatus Apostolus segregatus in Euangelium Dei*, num. 1322.

v.6. *Estis & vos vocati JESU Christi.*

v.7. *Omnibus, qui sunt Romæ dilectis Dei vocatis Sanctis: Gratia vobis, & Pax à Deo Patre nostro, & Domino JESU Christo.*

v.8. *Primum quidem gratias ago Deo meo per JESUM Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo*, num. 1322.

v.10. *Semper in Orationibus meis obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.*

v.11. *Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos*, num. 235.

v.13. *Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam, & in vobis, sicut & in cæteris gentibus*, num. 235.

v.14. *Sapientibus, & insipientibus debitor sum*, num. 976.

v.15. *Ita (quod in me) promptum est, & vobis, qui Romæ estis Euangelizare*, num. 235.

v.22. *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.*

v.23. *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis incorruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium*, num. 1247.

Cap.2. v.1. *Inexcusabilis es, ò homo omnis, qui judicas, in quo enim judicas alterum te ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ judicas*, num. 1018.

Cap.10. v.15. *Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur?* n. 366.

v.16. *Non omnes obediunt Euangelio, Isaias enim dixit: Domine, quis credidit auditui nostro?* num. 593.

v.17. *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.*

v.18. *Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum*, num. 296. 649. 1784. 2110. & pag. 1503.

Cap.10. v.21. *Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem*, num. 593.

Cap.11. v.33. *O' Altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quàm*

Ad Corinthios I.

Secun-

diximus

Ad Corinthios II.

Ad Galatas.

Continuò

Ad Philippenses.

Ad Colossenses.

Ad Thessalonicenses I.

Ad Timotheum I.

Ad Timotheum II.

Ad Titum.

Ad Philemonem.

Ad Hebræos.

Epistola Petri I.

Judæ Epistola.

Apocalypsis.

agno habentes singuli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, num. 2766.

v.9. *Et cantabant canticum novum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus; quoniam occisus es; & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.*

v.10. *Et fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus super terram*, num. 2766.

INDEX

AUTHORUM, QUI HIS DUOBUS VOLUMINIBUS citantur à designatis etiam locis, quibus referuntur.

A

Antonius

Baltha-

B

Brevia-

D

B. Dio-

E

F

Ferdi-

Francis-

G

H

Fr. Hie-

I

Justus

M

N

Nice tas

O

P

Poly-

R

S

Sisnan

T

V

D. Viana

Y

Z

INDEX HARMONICO-CRITICUS,

MANUDUCENS AD LOCA NOSTRÆ Diſſertationis Hiſtorico-Criticæ, illiuſque triplicis Appendicis, ex quibus oſtenditur quantum conſonat Diſſertationi Latinæ Neoterici Adverſarii, ejuſdem opuſculum Luſitanum, inſcriptum *Voz da Verdade*, & quantum Diſſertatio Latina, & nova hæc *Vox veritatis* diſſonant à veritate.

Notæ N. A. ſignificant Neotericum Adverſarium.

CUM ſuperiori anno, die 5. Octobris Sancto Thraſeæ ſacra, publicè expoſuerim in Regali Academiâ (ut ex illius Actis conſtat) mihi opus non eſſe reſpondere iis, quæ contra Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi ſcripſit Neotericus Adverſarius in libello Luſitano, qui dicitur *Voz da Verdade*, quia & omnia jam à me diluta, & confutata erant in meâ Diſſertatione Hiſtorico-Criticâ, ubi latè probatur eſſe à veritate abſonum quidquid contra Expeditionem Hiſpanicam S. Jacobi dicitur hoc libello, cui titulus *Voz da Verdade*, & ſimul dixerim, me lectores ad loca, quibus N. A. argumenta iterum producta refelluntur, deducturum ope cujuſdam Indicis Harmonici, quem confeceram, hujus operis mei de Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi, illiuſque Appendicum, & jam ſub prælo ſit Index Authorum, quos his voluminibus retuli, poſt quem ſequitur prædictus Index Harmonicus, illi nunc volo ſecundas curas adhibere, novum ordinem tribuere, ſicuti, & novum titulum præfixi; idque hodie aggredior, die ſcilicet quinta decima Octobris, quod non ſine Numinis Providentiâ factum eſſe exiſtimo, nam utraque dies (nempe quinta, & quintadecima) ſacra eſt ſeraphicæ Virgini S. Tereſiæ, quæ & abiit in Cœlum die quinta Octobris, anno 1582. quo facta eſt Correctio Gregoriana Kalendarii Romani, additione decem dierum, per quam & redactus eſt ad quintum decimum menſis Octobris dies feſtus S. Tereſiæ, quam fuiſſe addictiſſimam S. Jacobo Maiori, ſcribit P. Carolus Marckovitſch, S. J. in opere Germanicè ſcripto, cui titulus: *Acta quotidiana, ſeu geſta memorabiliora, quæ quavis anni totius die contigere in vita S. M. & Virginis Tereſiæ de Jeſu Carmelit. Diſcalc. Fundatricis. Unà cum brevi inſinuatione exemplaris vitæ, & felicis obitûs multarum venerabilium Filiarum*

ejusdem S. Matris. Ad diem xxv. Julii. Fuit autem hoc Opus editum Viennæ Austriæ, anno 1718. in 4. Sanctæ, inquam, Teresiæ, à quâ defendi causam Sancti Jacobi, & doceri Hispaniam quid circa ipsam præstare debeat, testatur disertissimus Franciscus de Quevedo in *Memoriali pro Patronatu Sancti Jacobi.* S. Teresiæ, quæ tam cordi habuit veritatem, ut ne illa periclitaretur, monuerit nihil affirmandum, quin prius id perspectum affirmanti fuerit, ut constat ex illius monito 15. quod egregiè illustrat Alphonsus de Andrade, S. J. *in Commentario Monitorum spiritualium S. Teresiæ*, tom. 1. à pag. 301. ubi plura in commendationem veritatis adducit. Incipiendus igitur fuit Index iste die S. Teresiæ, suaviter disponente Deo, ut Index ad vindicandam veritatem confectus reformari inciperet die dicato Divæ veritatis, & *Cœlestis Doctrinæ Magistræ*, ut Index manuducens ad loca, quibus retunduntur ea tela, quibus N. A. oppugnare veritatem Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi denuo tentavit, novum initium haberet die S. Teresiæ Virginis, natæ in urbe Abula, cujus Ecclesia dicitur *Apostolica*, quia fundata est à S. Secundo, discipulo Apostoli Sancti Jacobi Maioris, & primo illius Civitatis Episcopo, ut tradit Ægidius Gonzalez de Avila in Theatro S. Ecclesiæ Apostolicæ Abulensis, quod extat tom. 2. Theatri Ecclesiastici, pag. 222.

Hunc Indicem voco Harmonico-Criticum, quia, eo duce, beneficio Critices cognoscitur id, quod est consonum, quod dissonum in duobus Opusculis N. A. nempe in Dissertatione Historicâ Latinè scriptâ, & in libello Lusitano, inscripto *Voz da Verdade*; ostenditur enim Lusitanum consonare Latino; & utrumque dissonare à veritate. Quâ de causâ dici ab aliis solet libellus ille *Vox mendacii.* Eruditissimus verò Petrus Hieronymus Hernandez Marzo in Opusculo Hispano-Latino Mariano-Jacobæo, pag. 69. num. 116. de eo loquens, ait: *Titulus* Voz da Verdade &c. *per antiphrasin intelligendus venit.*

Ego autem, qui statui semper mitissimè loqui, & citra ullam acerbitatis speciem, non dicam librum illum *Vocem mendacii*; existimo enim probum virum illius Authorem noluisse mentiri; & quamquam illum libellum dicere possem *Vocem falsitatis*, quia N. A. sæpissimè passus est se falli; tamen eâ nomenclatione abstineo, contentus digito demonstrare loca, quibus nova hæc *Vox veritatis* dissonat à veritate, hancque dissonantiam clarissimè perspici ex dictis à me in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, illiusque Appendicibus, ad quorum numeros Lectorem remitto; ordo hujus Indicis non est alius, nisi ille, quo sibi succedunt tituli libeli inscripti *Voz da verdade.*

TITULUS.

Incipiendo igitur à titulo, posito in vestibulo Opusculi Lusitani, qui sic Latinè effertur: *Vox veritatis, quæ prolata per os antiquissimorum, & Sanctissimorum Pontificum Romanorum, Sanctorum, & antiquissimorum*

ſimorum Patrum Eccleſiæ, Martyrologiorum utriuſque Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ, minus antiquorum, ſed ſapientiſſimorum Theologorum, & Expoſitorum, partim expreſſè, partim per evidentes diſcurſus CLAMAT, non Apoſtolum Sanctum Jacobum Maiorem, ſed Sanctum Paulum maiorem Apoſtolum Sancto Jacobo, & unum è duobus principibus Apoſtolorum eſſe illum, qui illuſtravit Hiſpaniam primis luminibus Euangelii. Proponit, & defendit has duas veritates Fr. N. . . . deſignatus ad ſcribendum de diſciplinâ Eccleſiaſticâ, & Ritibus, & ſolvendum dubia Theologica, quæ in aliis muneribus Academicis occurrerint.

In magnificentiſſimo hoc titulo vix eſt reperire verbum, quod non ſit à veritate alienum; præter aliquot, non omnes, Authoris titulos, illiuſque nomen, quod ſilentio involvendum duxi, ut illum liberem eo damno, quod ipſe prævidere faſſus eſt capite I. ſuæ: *Diſſertationis Hiſtoricæ de primo, potius unico Euangelii Prædicatore in Luſitaniâ noſtrâ, totaque Hiſpania*, ubi ait: *Quamvis pene ſciam me ab adverſariorum loquacitate convitiorum plauſtris hâc de cauſâ eſſe onerandum.* Quod autem Author fuerit deſignatus ad ſolvendum dubia Theologica, quæ in aliis muneribus Academicis occurrerint, eſt quid inauditum in Regali Academiâ, ut conſtat ex illius munerum deſignatione, quæ habetur in Actis Academiæ tomo 1. & eſt tam falſum, quàm pleraque hoc libello ſcripta; hæ tamen, ut plura alia, exiſtimo fuiſſe non ſcripta ab Authore, ſed adjecta ab alienâ manu.

Quantum diſtent à veritate ſingula, quæ proponuntur in libelli titulo, conſtabit legenti noſtram Diſſertationem Hiſtorico-Criticam de Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi, locis, ad quæ hic Index Harmonico-Criticus Lectorem manuducit.

Merito libellus ille falſò inſcriptus *Vox veritatis* diviſus eſt in ſeptendecim paragraphos, quia ut ait Petrus Bongus de numero XVII. *Decimus ſeptimus priſcis Theologis ſemper inviſus numerus.* Ea autem, quæ his ſeptendecim paragraphis leguntur, ferè omnia ſunt inviſa priſcis Theologis, ſolùmque grata ſunt novitates depereuntibus, hiſtoriæ ignorantia laborantibus, vel laborare ſimulantibus, & Criticen negligentibus, ut dixi numero 35.

§. I.

Quæ dicit N. A. §. I. nempe: *Adverſarii non oſtendunt Summum Pontificem Urbanum VIII. decidiſſe in judicio contradictorio, vel definiiſſe prædicationem Sancti Jacobi in Hiſpaniâ, ſibi contradicunt, & ſcribunt impoſſibilia,* conſonant quidem iis, quæ ſcripſerat in Diſſertatione Latinâ, cap. 5. §. 4. verſu: *Opponunt primo*; ſed diſſonant à veritate, ut conſtat ex iis, quæ diximus numero 2762; & pag. 1313. num. 338. vocat autem impoſſibilia, quæ ſunt certiſſima, & indubitata de duplici recognitione Breviarii Romani, ſub duplici Pontifice, Clemente ſcilicet VIII. & Urbano VIII. cujus aſſerti falſitas demonſtratur à num. 2736. uſque ad numerum 2763.

§. II.

§. II.

Quæ dicit N. A. §. II. nempe: *Admisso Papam Urbanum VIII. decisivè jussisse reponi in Breviario Romano verba, quæ in eo dicunt prædicavisse Sanctum Jacobum in Hispaniâ, nullo pacto sequitur sententiam tulisse, aut decidisse verum esse Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispania*, consonant quidem iis, quæ idem scripserat in Dissertatione Latinâ, cap. 5. §. 4. ubi plura falsa leguntur, ac proinde dissonant à veritate, ut ostendimus num. 1955. & 1956. & à numero 2674. usque ad num. 2692. exclusivè. Illud tamen verè dicit proposita, scilicet non fuisse Romæ argumenta, quæ ipse de novo invenit, quod libenter illi concedimus, sed ea nullius esse roboris, suis in locis ostendimus.

§. III.

Quæ dicit N. A. §. III. nempe: *Ex sententiâ definitivâ Urbani VIII. (casu quo extiterit cum omnibus circunstantiis, quibus Adversarii volunt extitisse) non sequitur certitudo quæpiam hujus prædicationis Apostoli Sancti Jacobi*, consonant quidem non nihil iis, quæ ipse scripserat in Dissertatione Latinâ, cap. 5. §. 4. sed maximè dissonant à veritate, imò cum ipso pugnant. Nam dicit decisionem Pontificiam esse fallibilem, & postea vult esse infallibilis certitudinis Epistolam S. Gregorii VII. Deinde asserit Urbanum VIII. solùm permissivè concessisse reponi in Breviario verba significantia prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ; quod esse falsum, ostendimus numero 1955.

Dicit contra eruditissimum Ferreras, Urbanum VIII. id concessisse ad instantiam Philippi IV. Regis Catholici, cùm tamen Rex ille nihil egerit in hoc negotio, ut adnotavi parte 3. Sect. 1. Assert. 51. n. 1647. sed Philippus III. ut diximus *in Sylloge Authorum*, pag. 1314. ex Emmanuele de Faria & Sousa, & pag. 1414. ubi de Philippo III. Dicit insignem Chronologum Ferreras errare Chronologiam, cùm tamen ipse N. se ostendat omnino oblitum, ne dicam ignarum, Historiæ recognitionum Breviarii Romani, maximè circa ea, quæ spectant ad Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, ut ostendimus à num. 1950. sed ut verum fatear, testor me scire N. id tribuisse Philippo IV. deceptum à quodam amico suo, cui, & aliis, qui illum impulerunt, ut scriberet adversus Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, accepta referre debet plura alia æquè falsa, quæ leguntur tam in Dissertatione Latinâ, quàm in libello Lusitano, quem immeritò inscripsit *Vocem veritatis*.

Dicit in litigio pro reponendâ in Breviario Romano Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, intervenisse subreptionem, quia suppressa fuit Epistola S. Gregorii VII. cùm tamen certum sit, ipsam fuisse consideratam à Cardinale Baronio, aliisque Correctoribus Breviarii, ut videre est apud Didacum de Castillo, à nobis citatum à numero 1582. Tantùmque N. A. fidit dicto Sancti Gregorii VII. ut plusquam quinqua-

quaginta vicibus in hoc libello mentionem faciat; quod tamen nihil officere Expeditioni Hispanicæ S. Jacobi, latè probatum est à numrò 530.

Fallò dicit textum Gregorii VII. corruptum esse ab eruditissimo Ferreras, illum referente juxta correctionem adhibitam à Cardinali Baronio, ut videre est apud ipsum Baronium, tomo 9. ad annum Christi 816. num. 51. nam sapientissimus Cardinalis, sciens S. Paulum nullibi significare se Hispaniam adiisse, pro verbis Sancti Gregorii VII. *Cùm Beatus Apostolus Paulus Hispaniam se adiisse significat*, in quibus patebat ille memoriæ lapsus, quem observavi numero 537. posuit in margine, *adire voluisse* & juxta emendationem Baronii retulit hunc locum Sancti Gregorii VII. Clarissimus Ferreras in sua primâ Dissertatione *de Prædicatione Euangelii in Hispaniâ per Sanctum Apostolum Jacobum Zebedæum*, num. 32.

Asserit pagina 8. Cardinalem Baronium decem habuisse socios in opere correctionis Breviarii, cùm non habuerit nisi sex, ut dixi numero 2738.

§. IV.

Quæ dicit N. A. §. IV. nempe: *Allegatio Sanctorum Ecclesiæ Patrum, quam protuli, clarè ostendit Apostolum Sanctum Jacobum nullo unquam tempore prædicavisse in Hispaniâ*, consona quidem sunt iis, quæ idem scripserat in Dissertatione Latinâ, cap. 4. §. 1. & 2. sed maximè dissonant à veritate, nam ex illis Patribus, quos refert, nec obscurè, multòque minus clarè, ostendi potest, Sanctum Jacobum non prædicavisse in Hispaniâ; non enim ostendi potest ex S. Adone Viennensi, ut diximus numero 619. Non ex S. Petro Venerabili, ut ostendi numero 627. Non ex S. Thoma Aquinate, ut dixi à numero 340.

Non ex ullo ex Sanctis, quos hoc paragrapho allegat, quosque ait tacuisse adventum Sancti Jacobi in Hispaniam, quia ex eo quod Authores tacuerint rem non necessariò exprimendam, inferri non potest talem rem non extitisse, ut latè probavi in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, parte II. Sect. VI. per sex Assertiones, à numero 772. usque ad num. 1030. Non denique signatè ex S. Clemente I. ut dixi latè à numero 345. præterquamquod ex eodem S. Pontifice, dicente Sanctum Paulum prædicavisse in termino Occidentis, non colligitur Apostolum Gentium prædicavisse in Hispaniâ, multòque minus in Lusitaniâ, ut numero 346. probavi exemplo Latini Pacati, cui addo Sanctum Maximum, Homil. 5. de SS. Apostolis Petro, & Paulo post initium, ubi ait:

> *Cujus autem meriti sint Beatissimi Petrus, & Paulus, hinc possumus intelligere, quod cùm Dominus ORIENTIS regionem propriâ illustraverit passione, OCCIDENTIS plagam ne quid minus esset, vice sui Apostolorum sanguine illuminare dignatus est.*

Nam sicuti ex eo quòd S. Maximus dixerit SS. Apostolos Petrum, & Paulum passos fuisse in *Occidente*, non sequitur eos passos fuisse in Hispaniâ,

paniâ, multòque minus in Lusitaniâ; ita ex eo quòd S. Clemens dixerit Sanctum Paulum prædicavisse in Occidentis temino, non sequitur dixisse illum prædicavisse in Hispaniâ, multòque minus in nostrâ Lusitaniâ, cujus fuisse primum, & unicum Apostolum, scripsit N. A. in vestibulo Dissertationis Latinæ, antequam vidisset locum S. Clementis, ut testatur in libello Lusitano, pagina 16. & in neutro ex his opusculis producit Authorem ullum, neque antiquàm, neque recentem qui scripserit, Sanctum Paulum prædicavisse in nostrâ Lusitaniâ, licèt posset allegare plures Recentiores id affirmantes; sed hos Neoterico non subjecit, qui illum monuit de loco S. Clementis apud Joannem Baptistam Cotelerium, cujus volumen non inscribitur *Bibliotheca Patrum*, quem titulum ipsi desuo addit N. A.

§. V.

Quæ dicit N. A. §. V. nempe: *Argumentum negativum, quod efformatur, & deducitur ex silentio Patrum, qui loquuti sunt super prædicatione Sancti Pauli in Hispaniâ, & tacuerunt prædicationem Sancti Jacobi, est efficacissimum, eoque usi sunt antiquissimi Patres Ecclesiæ contra infideles*, consonant quidem iis, quæ idem N. A. dixerat in Dissertatione Latina, cap. 4. §. 1. sed valdè dissonant à veritate, ut latè probavi in Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, parte 2. Sect. sexta per totam; nam juxta omnes Dialecticos, argumentum negativum nullius est roboris, ut ostendi à numero 829.

§. VI.

Quæ dicit N. A. §. VI. nempe: *S. Hieronymus in expositione, vel versione sacræ Scripturæ Doctor Maximus Ecclesiæ, & alii antiqui, & sapientissimi Doctores cum ipso, negant expressè, & nominatim Sanctum Jacobum Maiorem prædicavisse Euangelium nationi cuipiam, vel populo Gentili*, consonant quidem iis, quæ Neotericus scripserat in Dissertatione Latinâ, cap. 4. §. 2. sed maximè dissonant à veritate, à quâ longissimè distant, ut quoad S. Hieronymum dixi latè à numero 1318. Quoad Sanctum verò Gregorium Nissenum, cujus authoritate Neotericus abusus est, ea dixi, quæ apertè ostendunt Sanctum hunc Doctorem maximè favere assertoribus Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, dum scribit Apostolos à morte S. Stephani (hoc est novem annis ante martyrium Sancti Jacobi Maioris) incepisse prædicare Euangelium per universum orbem; quâ de causâ eum produxi à numero 1217. ibiquevidebitur quàm falsum sit quod Neotericus asserit de testimonio Sancti Gregorii Nisseni, cùm tamen iste Sanctus sit locupletissimus testis exitûs Apostolorum in mundum multis annis ante martyrium Sancti Jacobi; cùm, narrato martyrio Sancti Stephani, (qui passus est novem annis ante necem Sancti Jacobi) dixerit:

> *HINC enim Apostoli in orbem terrarum currere cæperunt, HOC in OMNES partes sermonis divulgationis initium est. Nam nisi ab illius* (Sancti Stephani)

Stephani) *cæde populus Judæorum in Apostolos sæviisset, forsitan solis Jerosolymis, Euangelii gratia conclusa esset. NUNC verò agitati à Judæis alius, aliò GENTIUM per orbem terrarum dispersi sunt, UNDIQUE per mysteriorum doctrinam diabolum exturbantes.*

Quæ Sancti Gregorii Nisseni verba nos expendimus à numero 1217.

Sancti Gregorii Nisseni vestigia sequutus est Noster S. Andreas Avellinus, Clericus Regularis (cujus locum ego non observavi nisi postquam à Clarissimo Marzo productus est in opusculo Hispano Latino Mariano-Jacobæo, numero 105. pap. 62.) qui in Soliloquio Divini Amoris, & in Ps. 45. vers. 2. pagina 114. edit. Neapoli 1646. in 12. in Psalmum 45. vers. 2. illum exposuit de persecutione factâ in martyrio Sancti Stephani, narrataque cap. 8. Actuum Apostolorum nam producto eo 2. versu: *Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris*, subjungit:

> *Etenim prisci illi Discipuli Apostolorum cùm viderent* turbari terram *corda scilicet Judæorum, quæ terrena erant, quando (Actorum 8. vers. 1.)* facta est persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Jerosolymis, & montes transferri in cor maris, *Apostolos videlicet, qui montes erant in circuitu Ecclesiæ tunc nascentis, qui conversi ad Gentes in cor maris translati sunt, in mundum scilicet, ubi alebantur horrenda monstra peccatorum.*

Quæ S. Andreæ expositio apertè ostendit Apostolos statim post illam persecutionem, quâ occisus est S. Stephanus, progressos esse in mundum novem annis ante martyrium Sancti Jacobi.

Quoad S. Joannem Chrysostomum, cujus ex Homil. 70. in Matth. cap. 22. testimonium citat, pag. 35. dixi intelligendum eo modo, quo ipse N. A. pag. 44. intelligit alium ejusdem Sancti locum ex Homiliâ 25. in Acta Apostolorum, nempe intelligendum esse non de omnibus Apostolis, sed de nonnullis, nempe de S. Petro, S. Paulo, de S. Joanna, de S. Jacobo Minore; non verò de aliis, multòque minus de Sancto Jacobo Maiore.

Denique quoad Sanctum Gregorium Magnum, jam ostendi in Dissertatione Historico-Criticâ numero 458. nobis favere; unde illius authoritas est contra Neotericum illam producentem, quia ut ibi dixi: *Ex doctrina Sancti Gregorii Magni, Sanctus Jacobus potuit proficisci in Hispaniam à primo anno post Ascensionem Domini.* Quibus addo S. Doctorem declaravisse tempus, quo prohibitum erat prædicari Gentilibus, hoc est, in prima missione, & ante mortem Christi; & tempus, quo præceptum fuit prædicari Gentilibus, hoc est, in secunda missione, & post mortem Christi.

§. VII.

Quæ dicit N.A. §. VII. nempe: *Refutantur objectiones contrariæ*, consonant quidem consuetudini, quam ipse

ipſe habuit abutendi ingenio, & ſubtilitate, quibus excelluit, ſed ſupra modum diſſonant à veritate, ſi refutare objectiones, eſt illas diluere; nam ex ſeptem objectionibus, quas affert ſibi propoſitas, nulli ritè reſpondet.

Non reſpondet primæ, erutæ ex S. Hieronymo ſuper verba Sancti Pauli ad Galatas, apertiſſimè loquenti, ut dixi num. 1245. & 1346. opponendo locum ejuſdem Doctoris Maximi ſuper prophetiam Hieremiæ, peſſimè ab Neoterico intellectum, & multo peius in Luſitanum ſermonem tranſlatum, addito verbo *Gentes*, quod S. Hieronymus non dixit, ut videre eſt numero 1318. & 1337.

Non reſpondet ſecundæ, quia pagina 41. fingit quendam diſpenſationem conceſſam Sancto Paulo, ut prædicaret Gentilibus ante expletos duodecim annos ab Aſcenſione Chriſti, in hoc tamen cohærenter finxit, quia ut illa lex prohibens erat ficta, ita illius diſpenſatio debuit eſſe ficta. Legem verò illam prohibentem fuiſſe fictam, latè probatum eſt à numero 396.

Non reſpondet tertiæ; perſeverat enim in falſo aſſerto infideliter citari à nobis Sanctum Hieronymum, falſòque dicit, verba S. Doctoris duplicem habere ſenſum, cùm non habeant niſi unum tantum, quem diximus numero 1245. perperamque nobis adaptat quod dicitur de falſis teſtibus contra Chriſtum prolatis, cùm illi aſſeruerint quod Chriſtus non dixerat, nos autem allegemus id, quod S. Hieronymus ſcripſit.

Non reſpondet quartæ; quia ut reſponderet, debebat probare, S. Jacobum non prædicaviſſe Judæis antequam veniret in Hiſpaniam, quod probare nemo poteſt, cùm conſtat ex Actibus Apoſtolorum cap. 4. verſ. 33. omnes Apoſtolos (ex quibus unus erat Sanctus Jacobus, imò unus ex præcipuis) prædicaviſſe Judæis ſimul atque acceperunt Spiritum Sanctum, ut adnotavi num. 20. Interpretatio, quam pag. 44. adhibet verbis Sancti Joannis Chryſoſtomi pro nobis ſtat, ut ſupra dixi; imò Homilia 25. in Acta Apoſtolorum citata pag. 45. dicit S. Joannes Chryſoſtomus idipſum, quod dixerat Sanctus Gregorius Niſſenus, pro nobis adductus numero 1217.

Non reſpondet quintæ, ſed ut declinet vim argumenti, ſilentio involvit objectas Chronologias, & aliò vertit verba Actuum Apoſtolorum, cap. 11. verſ. 1. quæ & ſi non probent Gentes recepiſſe verbum Dei ab ore Apoſtolorum, tamen probare poterant eo tempore fuiſſe aliquot Apoſtolos extra Judæam, ut dixi numero 163.

Non reſpondet ſextæ; quia reſponſio nititur falſo fundamento, immeritò eruto ex authoritate Sancti Hieronymi in cap. 26. Jeremiæ, quam nihil officere noſtræ ſententiæ, probavi à numero 1319.

Denique non reſpondet ſeptimæ, quia illius reſponſionis fundamentum corruit authoritate Sancti Gregorii Niſſeni, quam expendi à numero 1217. & authoritate Sancti Leonis I. quam nihil prodeſſe Neoterico, & potiùs prodeſſe nobis, probavi à numero 453. quocirca premenda

menda sunt verba S. Leonis, quæ adduxi num. 455. quibus alloquens S. Petrum, ait:

> *Jam Pontum, Gallatiam, Cappadociam, Asiam, atque Bithyniam legibus Euangelicæ prædicationis impleveras.*

Cùm autem illæ quinque Provinciæ essent Gentilicæ, & inquibus minima pars hominum erat ex natione Judæorum, non posset dici Sanctum Petrum eas implevisse legibus prædicationis Euangelicæ, si solis Judæis, non verò Gentilibus prædicavisset.

§. VIII.

Quæ dicit N.A. §. VIII. nempe: *R. P. Ferreras deest modestiæ, & animi candori, quo promisit se adversus me scripturum, & incidit in eosdem defectus, quorum me voluit arguere*, consonant quidem aliis N. dictis, sed æquè dissonant à veritate; Clarissimus enim vir D. D. Joannes de Ferreras adeo singulari modestiâ excellit, ut nec verbum responderit, ita ut taciturnitate suâ summam hominum admirationem excitaret, nisi scirent omnes optimum hunc virum imitari voluisse Christum Dominum, cujus silentium ad falsas accusationes, quibus impetebatur, tam altum fuit, ut miraretur Romanus Præses Pilatus; nam cùm multa respondere posset Clarissimus Ferreras, clariorem se reddidit, nihil respondendo.

Et omissis aliis nihil ad historiam spectantibus, maximè dissonat à veritate id, quod affirmat N. A. nempe esse gravem errorem Chronologicum eruditissimi Ferreras dixisset non potuisse S. Basilium Magnum scribere Epistolas ad Sanctum Innocentium I. Pontificem Maximum, cùm S. Basilius obierit anno Christi 369. viginti tribus annis antequam S. Innocentius teneret Cathedram Sancti Petri, quam conscendit anno Christi 402. sed N. A. qui à pluribus viris tam viventibus, quàm vitâ functis deceptus est in pluribus, etiam in hoc deceptus est à gravissimo Scriptore Alphonso Ciaconio in vitâ Sancti Innocentii, asserente, S. Basilium Magnum ad hunc Pontificem dedisse litteras; illud tamen addit N. A. idem scilicet testari alios, qui scripsere vitas Pontificum Romanorum, sed nullum allegat. Existimavit autem dictum suum potuisse stare, asserendo credibile esse Sanctum Innocentium fuisse electum Pontificem jam senem, sed in juventute meruisse eas laudes sanctitatis, quibus ipsum ornat S. Basilius; sed nonadvertit N. Epistolas illas Sancti Basilii fuisse scriptas non ad S. Innocentium, sed ad Innocentium Episcopum, ut notant Baronius tom. 5. ad annum Christi 417. & Padilha, Centuria 5. cap. 11. & Sanctum Innocentium I. non fuisse Episcopum, nisi quando factus fuit Pontifex Romanus; quando autem electus fuit Pontifex Romanus, non erat Episcopus, sed S. R. E. Diaconus Cardinalis, ut habetur apud Joannem Baptistam de Cavalleriis, in libro, cui titulus: *Pontificum Romanorum, &c. Pontifice* 42.

Quæ N. A. ait de dispersione Apostolorum non nisi post mortem

Sancti Jacobi, diluta manent authoritate Sancti Gregorii Nisseni, à nobis producta numero 1217. Neque ipsum juvat locus S. Hieronymi super cap. 26. Jeremiæ; intelligendus enim est modo, quem probavi à num. 1319.

§. IX.

Quæ dicit N. A. §. IX. nempe: *Aliæ deceptiones Reverendi Patris Ferreras refutatæ*, consonant genio N.A. sed dissonant à veritate; nam id, quod ait de exiguo fructu prædicationis Sancti Jacobi, non officit illius Expeditioni Hispanicæ, ut probatum est tota Assertione 14. à numero 359.

Locus S. Augustini adductus ab Adversario pagina 61. nihil evincit contra Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, ut dixi in Dissertatione, à numero 587.

Quæ dicit pag. 66. consonant quidem iis, quæ dixerat in Dissertatione Latina cap. 2. §. 1. sed dissonant à veritate, nam ex Salmerone, Tostato, Lyra, Tiryno, & Vincentio Bellovacensi nullum potest erui argumentum contra Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, cùm omnes hi Authores illam afferant, ut diximus de Salmerone, num. 320. de Tostato, num. 1514. de Lyra, numero 1511. de Tiryno, à num. 728. de Vincentio Bellovacensi, n. 1505. & de omnibus in nostrâ *Sylloge Authorum* sub uniuscujusque natione, ut prætercam Venerabilem Bedam, de quo à num. 1438. & quem tam immeritò nobis negat, quam attribuit nono sæculo, cùm obierit anno Christi 734. ut dixi num. 1447. & quidquid hic dicit de non prædicato Gentibus Euangelio ante ultimam Apostolorum repulsam, jugulatum remanet gladio authoritatis Sancti Gregorii Nisseni, cujus locum integrum dedi num. 1217. Neotericus autem pag. 34. eundem locum proposuit mutilum.

Cùm loquitur de salutatione S. Petri, consonat iis, quæ dixerat in Dissertatione Latinâ cap.4. §.1. vers. *At Ferreras*, sed æquè dissonat à veritate; nam in primis S. Petrus non scripsit salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone *collecta*, sed scripsit *coelecta*; dicit enim Franciscus Lucas in Annotat. ad Romanas correctiones Bibliorum huic, *pro quadrisyllaba voce* coelecta *cave legas trisyllabam* collecta *mutata vocali* E. *in consonantem* L. Quibus ego addo eruditissimum Ferreras, optimè dixisse non benè colligi logicè ex hac propositione: S. Petrus scripsit: *Salutat vos Ecclesia, quæ est id Babylone*, hanc aliam ergo: *Petrus prædicavit in Babylone*, nam ad hoc ut salutaret nomine Ecclesiæ, quæ erat in Babylone, non erat necesse, ut ipse commoraretur Babylone, nam etiam S. Paulus scripsit ad Romanos cap. 16. *Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi*, & tamen cùm hæc scripsit, non erat, nec esse poterat in omnibus Ecclesiis Christi, sicuti quando scripsit I. ad Corinthios cap. 16. vers. 19. *Salutant vos Ecclesiæ Asiæ*, non erat, neque esse poterat in omnibus, neque in pluribus Ecclesiis Asiæ. Unde à veritate dissonat N. A. quando scribit se potuisse dicere Clarissimum Ferreras loquutum fuisse *imperitè, & erroneè*.

§. X.

Quæ dicit N.A. §. X. nempe: *Inutiliter sudat Ferreras, & alius recens Adversarius in impugnando traditionem S. Martyris Thraseæ, vel Apollonii, & celeberrimum Clementem Alexandrinum; quia id, quod hi dixerunt in eo, quod spectat ad negandum Apostolos prædicavisse Nationibus Gentilibus ante mortem Sancti Jacobi, est juxta unanimem consensum omnium antiquorum, & minus antiquorum Patrum Ecclesiæ, qui hanc materiam attigerunt*, consonant quidem iis, quæ ipse scripserat Dissertatione Latina cap. 2. §. 2. & cap. 4. §. 1. sed dissonant à veritate, ut hic curiosius ostendam, quia ego sum ille *alius recens Adversarius*, de quo N. A. loquitur in titulo paragraphi.

A' veritate in primis dissonat, à nobis fustigatos fuisse Sanctos viros, non enim sumus lictores Gentiles, quorum hoc erat.

Apollonium fuisse Episcopum Ephesinum nunquam legi, sed negare non audeo, quia contemno argumentum negativum; & eadem ratione non nego Hincmarum Rhemensem (qui obiit anno 882.) scripsisse de Hæresibus, licet id nusquam legerim; sed vel Apollonius non fuit Episcopus, vel fuit Episcopus; quodcumque N. A. dedisset, esset contra ipsum; nam si non fuit Episcopus, immerito dictus est à N. A. Episcopus Ephesinus; si fuit Episcopus, ergo non valet argumentum negativum à silentio antiquiorum, quod N. A. tanti facit, nam neque S. Hieronymus, neque illo antiquior, Eusebius, uterque à N. A. citatus, dicit Apollonium fuisse Episcopum.

Nos dicere Sanctos viros fuisse mentitos, etiam dissonat à veritate, nam aliud est mentiri, aliud verò falli; falli possunt sanctissimi viri (ut fatetur N. A. hoc libello dicto *Voz da Verdade*, pag. 84 & 98.) quin possit dici eos mentiri.

In his, quæ N. A. hic dicit de initio duodecim annorum primo anno prædicationis Christi, non solùm dissonat à veritate, sed etiam ab iis, quæ dixerat in Dissertatione Latina cap. 2. §. 3. versu: *Ostenditur facilè*, ut jam adnotavi pag. 1449. in nostra Sylloge Authorum, & quod magis mirandum, dissonant ab iis, quæ Neotericus scripserat in hac eadem *Voce veritatis*, pag. 42. vers. *Instaque*.

Illustrissimus D. Franciscus Bianchinus (cujus memoria in benedictione est, & à quo Romæ habui insignis erga me benignitatis argumenta) non erat Abbas, ut eum vocat N. A. sed magni nominis Prælatus; & eodem loco, quo à N. A. citatur, docet hos duodecim annos incepisse à Passione Christi.

Etiam dissonat à veritate hanc Apollonii Traditionem (etiam si vera esset) repugnare Expeditioni Hispanicæ Sancti Jacobi; quodcumque sit initium illorum duodecim annorum, ut ostendimus in Expeditione Hispanica Sancti Jacobi, Assertione 25.

Denique omnia hoc paragrapho dicta de mora omnium Apostolorum Jerosolymis per duodecim annos, refelluntur authoritate Sancti Gregorii Nisseni dicentis Apostolos exiisse

exiisse statim à morte S. Stephani, cujus testimonium produximus numero 1217.

§. XI.

Quæ dicit N. A. §. XI. nempe: *Prosequitur materia proposita in titulo §. præcedentis*, ipse præstat eadem consonantia, qua usus est paragrapho præcedenti, nam dicit Apostolos non fuisse divisos à Jerusalem nisi post mortem Sancti Jacobi, quæ quidem consonant dictis ab eodem Neoterico in Dissertatione Latinâ, cap. 2. §. 1. sed dissonant à veritate; nam Apostoli exierant in mundum ut Gentibus prædicarent, novem ad minus annis ante mortem Sancti Jacobi, ut docet S. Gregorius Nissenus, quem produxi à numero 1217. & quem falsò pro sua sententia allegat N. A. uti falsò allegat S. Joannem Chrysostomum, qui favet Expeditioni Hispanicæ Sancti Jacobi, ut ostendimus à numero 265. & 275. & non illi officit locis à N. A. citatis, ut ostendimus numero 333. S. Gregorium Magnum, qui nobis favet, ut dixi num. 458. & S. Hieronymum, qui in Commentario in cap. 26. Jeremiæ, nihil dicit quod officiat Expeditioni Hispanicæ Sancti Jacobi, ut latè ostendi à num. 1319. unde quoties N. A. hunc locum pro sua sententia produxit, toties à veritate aberravit.

Dicit pag. 78. semper fuisse sententiam Cardinalis Baronii Sanctum Jacobum non prædicavisse in Regione ulla Gentilica, qualis erat Hispania, sed hæc dissonant à veritate, ut ostendimus num. 1083. & 1546.

Producit Neotericus pro sua sententia S. Leonem (cujus textum corruperat in Dissertatione Latinâ cap. 2. §. 1. versu *tandem Petrus*, ut dixit num. 454.) quo consonat ibi dictis à N. A. sed dissonat à veritate, ut ostendi à numero 454.

Pagina 79. falsò asserit malè verti in linguam Hispanam à Doctissimo Durana locum S. Leonis, quoad illa verba: *Distributis sibi terrarum partibus*; contendit enim Adversarius ex iis non posse intelligi Apostolos hanc distributionem fecisse, quod tamen est à veritate alienum, nam lorinus in cap. 1. Act. Apostolorum vers. 8. ait: *Apostoli totum in se orbem partiti sunt exituri ad prædicandum.* Unde Neotericus incidit in errorem, cujus Duranam arguit.

Negat N. A. pag. 80. se in Dissertatione Latinâ correxisse textum S. Leonis, & jure negat, nam illum non correxerat, sed corruperat, scribens *alii Apostoli* pro *duodecim Apostoli*, ut observavi numero 454.

Dum confundit divisionem, seu partitionem Provinciarum, cum profectione Apostolorum ad illas, consonat iis, quæ dixerat in Dissertatione Latinâ, cap. 2. §. 1. versu *tandem Petrus*, at dissonat à veritate, nam Provincias partitas fuisse uno eodemque die certum est, omnes Apostolos profectos fuisse in Provincias uno eodemque die falsum est, neque N. A. id probare poterit, ut dixi à numero 375.

Dicit S. Justinum intelligendum esse secundum suam sententiam, sed id dissonat à veritate, ut ostendi numero 1202.

Dicit Tertullianum favere suæ senten-

ſententiæ, ſed id diſſonat à veritate, ut oſtendi num. 1207. & ſeqq.

Pag. 83. dicit, quod ſæpe dixerat, diſperſionem Apoſtolorum factam non fuiſſe niſi poſt mortem Sancti Jacobi, quod diſſonat à veritate; nam multò antea facta fuerat illa diſperſio, ut docet S. Gregorius Niſſenus à nobis adductus numero 1217.

Eâdem paginâ 83. loquens de diſperſione Apoſtolorum, concludit verſum *E para que*, his verbis: *Com que dando liberalmente a eſte Author, e a todos os ſeus ſocios, que foſſe eſta diſperſaõ ou no quarto anno, ou no nono, ou no oitavo, ou no duodecimo, ou quando elles goſtarem; he certo, que naõ foy ſenaõ depois da morte de Santiago, como largamente tenho provado com toda a evidencia.*

Quæ fideliter latinè reddita ſonant:

> *Quo dando liberaliter huic Authori* (Duranæ) *& omnibus illius ſociis hanc diſperſionem* (Apoſtolorum) *vel quarto anno, vel nono, vel octavo, vel duodecimo, vel quando ipſis placuerit; certum eſt non fuiſſe niſi poſt mortem Sancti Jacobi, ut latè probavi omni evidentia.*

Nihil inveniri poteſt tam diſſonans à veritate, quam hoc epiphonema, quod neſcio quomodo potuerit excidere N. A. qui fuit vir maximi ingenii, maximi acuminis, maximæ eruditionis; neſcio quomodo illius amici, quibuſcum ille hoc opuſculum communicavit, quibuſque illud corrigendum datum eſt, non animadverterunt conſecutiones, quæ ex hoc epiphonemate inferuntur, diſſonantes non ſolum à veritate, ſed ab ipſo Neoterico Adverſario, quod ſic oſtendo.

Certum eſt per N. A. & per omnes, S. Petrum veniſſe Romam anno, quo occiſus fuit S. Jacobus: aſſertum eſt per Adverſarium diſperſionem Apoſtolorum fuiſſe poſt mortem Sancti Jacobi: ergo mors Sancti Jacobi præceſſit diſperſionem Apoſtolorum, quocumque anno iſta facta fuerit; ergo ſi facta fuit anno nono, vel octavo, vel quarto, vel quo nobis placuerit mors Sancti Jacobi, & adventus S. Petri in Urbem Romam, præceſſerunt annum nonum, vel octavum, vel quartum, quo facta fuit illa diſperſio; quod nihil eſt à veritate diſſonantius, nihil hiſtoriæ, nihil N.A. repugnantius; & hæc ſunt, quæ aſſerit ſe latè probaſſe cum omni evidentià. O præclaram *Vocem veritatis!*

Quæ dicit de loco S. Clementis Alexandrini, editionis Pariſienſis, anni 1572. pag. 203. conſonant quidem iis, quæ ſcripſerat in Diſſertatione Latinâ, cap. 2. §. 2. verſu *Nunc ſecundo*, ſed diſſonant à veritate, ut oſtendi à numero 431. & ſequentibus, ubi latè oſtendi ex S. Clemente Alexandrino nihil erui poſſe contra Expeditionem Hiſpanicam S. Jacobi.

Pagina 90. verſu *O R. P. Ferreras*, plura congerit, quæ à veritate diſſonant; alia prætereo, obſervo potiora. Primò corrigit eruditiſſimum Ferreras nominantem *Hydaſpem*, & ſubſtituit *Hyſtaſpem*, quia falſò ſupponit Hyſtaſpem non eſſe eundem atque Hydaſpem, cùm conſtet utroque nomine vocari hunc hominem: Hyſtaſpes habetur apud S. Clementem Alexandrinum, quem

Neote-

Neotericus legit, sed eundem vocat Hydaspen S. Justinus Martyr Apologia 2. quæ habetur in *Bibliothecâ Patrum*, tomo 2. parte 2. pag. 28. C. Lactantius Firmianus, lib. 7. capite 15. & 18. Maphæus Vegius Laudensis, lib. de *Quatuor Novissimis*, qui habetur in Bibliothecâ Patrum, tomo 26. pag. 749. F. Utroque nomine, nempè Hydaspis, & Hystaspis nominatur hic vir à Joanne Jacobo Hofmanno in Lexico Universali, verbo *Hydaspes*; ab Antonio Vandalen *in Dissertatione de falsa prophetia*, cap. 6. pagina 333. & capite 7. pag. 351.

Secundò, maximè à veritate dissonat id, quod N. A. dicit, asserens hunc Hystaspem fuisse Doctorem Catholicum, hocque constare ex iis, quæ dicit Clemens Alexandrinus. Nam quæ leguntur apud Clementem Alexandrinum, non probant Hystaspem fuisse Doctorem Catholicum; quæ verò de ipso dicit Lactantius Firmianus, lib. 7. cap. 18. probant fuisse Idololatram cultorem Jovis, illumque adjungit Hermeti Trismegisto, & Sybillis, de quibus nemo dicet referri posse inter Doctores Catholicos, cùm omnes fuerint Gentiles. Unde Mapheus Vegius loco citato enumerat Hydaspen inter Gentiles, cum Nasone, Lucano, Cicerone, Diphilo, Orpheo, Chrysippo, Sybillis, & Platone, quos nullus audebit dicere Doctores Catholicos.

Tertiò prodigialiter à veritate dissonat id, quod N. A. ait, asserens Hystaspen, juxta S. Clementem, solùm referre S. Petrum protulisse illa verba, tamquam dicta à Domino: *Siquis ergo velit ex Israel, &c.* nam eo loco non dicitur Hystaspen citasse S. Petrum, sed Hystaspen citatum fuisse à S. Paulo; nam S. Clemens Alexandrinus (lib. 6. Stromat. pag. 203. col. 2. litera A. Interprete Gentiano Herveto Aurelianensi, edit. Parisiis, apud Sebastianum Nivellium 1572. in fol.) ait:

> *Declarabit Paulus Apostolus dicens: Libros quoque Græcos sumite, agnoscite Sybillam, quomodo unum Deum significat, & ea, quæ sunt futura. Et Hystapen sumite, & legite, &c.*

Sed unde eruit S. Clemens Alexandrinus, S. Paulum suasisse lectionem librorum Sybillinorum, vel Hystapis? Non id eruit ex Prædicatione Petri, nam dicit eo loco: *Præter Prædicationem Petri, declarabit Paulus Apostolus, &c.* non ex scriptura Canonica; non ex certo Authore antiquiore; ergo ex aliquo libro Apocripho, ut benè advertit Doctissimus Ferreras, cujus argumenti vim N. non penetravit, ut constat ex illius responsione, quæ, ut diximus, dissonat prodigialiter à veritate, quia prodigium videtur, hominem acutissimum, & eruditissimum, qualis fuit N. A. non legisse Clementem Alexandrinum, quem volebat defendere, nec legisse Dissertationem eruditissimi Ferreras, quem impugnabat, utrobique enim sermo est de S. Paulo, & Adversarius respondet de S. Petro; & tamen adeo sibi complacet de solutione data argumento, quod non intellexit, ut illam concluserit hoc epiphonemate, loquens de Clarissimo Ferreras: *Jam ergo videt R. P. non fuisse lutulentum fontem Hystaspis*,

taspis, ex quo bibit Clemens hanc traditionem; cùm tamen Hystaspes de tali Traditione locutus non fuerit. Et prodigium est hæc non animadvertisse eos, cum quibus N. hoc opusculum contulit, & quibus illud commissum est, ut corrigeretur; cùm omnes essent viri docti, & de N. A. honore solliciti, ut par erat.

Denique quod N. A. scribit pag. 91. nempe Assertores Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi indignè insultare Clarissimis viris Clementi Alexandrino, Sancto Episcopo, & Martyri Thraseæ, & venerando Episcopo Ephesino, illustri Scriptori, & hæreticorum expugnatori Apollonio, consonat quidem iis, quæ ipse scripsit §. 10. pag. 72. nempe Thraseam, & Apollonium à nobis fuisse fustigatos, sed dissonat à veritate, nam juxta eruditissimum Eremitam Augustinianum Ambrosium Calepinum verbo *Insulto.* Insulto, *accipitur pro exagito, vehementius invehor, contumeliosius in aliquem aliquid vel dico, vel facio.* Defensores autem Expeditionis Hispanicæ nullum ex tribus illis viris Clemente, Thrasea, & Apollonio exagitant, in nullum invehuntur, in nullum quidpiam contumeliosius dicunt; ergo nulli eorum insultant. Dicimus omnes illos duodecim annos relatos à Thrasea, vel Apollonio non officere Expeditioni Hispanicæ Sancti Jacobi, ut ostendi à numero 471. usque ad numerum 487. Dicimus duodecim annos apud S. Clementem Alexandrinum erutos esse ex Prædicatione Petri, ut constat ex eodem Clemente, ut ego observavi à num. 461. Dicimus Prædicationem Petri esse librum apocryphum, & nullius authoritatis, ut probavi numero 432.

§. XII.

Quæ dicit N.A. §. XII. nempe: *Sententia, quæ dicit prædicavisse Sanctum Jacobum in Hispania, est contra S. Paulum, contra librum Actuum Apostolorum, contra doctrinam antiquissimorum Pontificum Ecclesiæ, & contra doctrinam magis, & minus antiquorum Patrum illius*, multum quidem consonant iis, quæ scripsit N. in Dissertatione Latinâ, sed maximè dissonant à veritate, ut fateri tenentur omnes Catholici. Nam si sententia, quæ dicit prædicavisse Sanctum Jacobum in Hispania, est contra S. Paulum, & librum Actuum Apostolorum, est hæretica; sed hæc sententia traditur à Breviario Romano, ut fatetur, nec negare potest N. A. ergo à Breviario Romano traditur sententia hæretica, quod nullus concedet, nisi infectus fuerit lue Martini Lutheri, cùm Breviarium Romanum approbatum sit ab Ecclesia Catholica Romana, quæ nullam sententiam hæreticam approbat, nec approbare potest; & sæpius approbavit sententiam dicentem Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ.

Superest nunc ostendere titulum hujus xii. §. per omnes sui partes dissonare à veritate, prout illum prosequitur N. A.

Dissonat 1. à veritate, quatenus dicit sententiam dicentem Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ, esse contra S. Paulum, & dissonare ostenditur ex iis, quæ dixi à numero 216.

Dissonat

Diſſonat 2. à veritate, quatenus dicit noſtram ſententiam eſſe contra librum Actuum Apoſtolorum, & diſſonare oſtenditur ex iis, quæ dixi à numero 155.

Diſſonat 3. à veritate id, quod pagina 92. dicit deduci ex S. Hieronymo, Rabano Mauro, Strabone, & Hugone Cardinali, & diſſonare oſtenditur ex iis, quæ dixi à numero 1318.

Diſſonat 5. à veritate id, quod dicit pag. 93. nempe Riberam (hoc eſt, Franciſcum Riberam, Societatis Jeſu, Clariſſimum ſacræ Paginæ Interpretem) ſcripſiſſe ſuper caput 26. Jeremiæ, cùm non ſcripſerit ſuper ullum ex Prophetis Maioribus, (quoram unus eſt Jeremias) ut conſtat ex Petro Ribadaneira, Philippo Alegambe, & Natanaele Sotuello in Catalogo, & Bibliotheca Scriptorum Societatis Jeſu, & ex Nicolao Antonio in Bibliotheca Hiſpaniæ.

Diſſonat 6. à veritate quod dicit eadem pagina, nempe Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi repugnare S. Gregorio Niſſeno (cui potius A. repugnat) ut diſſonare oſtendi numero 1217. Unde cernitur N. A. pagina 34. *Vocis veritatis* dediſſe mutilum locum S. Gregorii Niſſeni.

Diſſonat 7. à veritate quod dicit eadem pagina, nempe Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ repugnare Sancti Joanni Chryſoſtomo, & diſſonare oſtenditur ex iis, quæ diximus à numero 265.

Diſſonat 8. à veritate quod N. A. dicit eadem pagina, nempe Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi repugnare S. Leoni I. & diſſonare oſtenditur ex iis, quæ diximus à numero 453. ubi etiam demonſtravimus textum S. Leonis I. corruptum fuiſſe à Neoterico, ſublata voce *duodecim*, & ſubrogata voce *alii*.

Diſſonat 9. à veritate quod N. A. dicit eadem pagina, nempe Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi repugnare S. Gregorio Magno, & diſſonare oſtenditur ex iis, quæ ſcripſimus à numero 457.

Diſſonat 10. à veritate quod N. A. dicit eadem pagina, nempe Apoſtolos poſt biennium, vel triennium à martyrio Sancti Jacobi, & à carceratione S. Petri, exiiſſe in mundum, & diſſonare conſtat ex iis, quæ ſcripſi à numero 383.

Imò etiam diſſonat A. à ſeipſo, qui in Diſſertatione Latinâ cap. 2. §. 3. verſu *Oſtenditur facilè*, ubi ait:

> *Juxta Sanctos Patres Apoſtolorum diviſio à Judæa, & à ſe invicem facta non eſt ex præcepto Domini, niſi eo anno decimo ſecundo, ſed initio ejus anni duodecimi Jacobus ab Herode fuit occiſus.*

Et in hac Voce veritatis pagina 77. ſcripſerat Apoſtolos ſtatim anno 44. quo paſſus eſt S. Jacobus, exiiſſe in mundum ad prædicandum Gentibus.

Diſſonat 11. à veritate quod N. A. innuit, nempe locum Tertulliani, cap. 20. de Præſcriptionibus adverſus hæreticos repugnare Expeditioni Hiſpanicæ Sancti Jacobi, & diſſonare conſtat ex iis, quæ ſcripſi à numero 1207.

Diſſonat 12. à veritate quod dicit N. A. pag. 94. nempe Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ contradicere S. Ale-

S. Alexandro I. nam hujus Sancti Pontificis Epistolæ sunt supposititiæ, ut ipsemet Adversarius pagina 22. innuit de ea, cui hic dicit nos contradicere, præterquamquod illa ipsa Epistola suppositia multum nobis faveret, si vera esset; nam quæ Adversarius ex ipsa producit, aiunt: *Nec debet (ut à maioribus accepimus, & ipsa ratio docet) in Calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri.* Nam etiam nos credimus Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispania, *ut à maioribus accepimus*, nempè ab antiquissimis Martyrologiis, à S. Hieronymo, à S. Isidoro, à S. Juliano, &c.

Dissonat 13. à veritate quod dicit N. pag. 94. nempè Assertores Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi contradicere S. Innocentio I. & dissonare constat ex iis, quæ scripsi à numero 520.

Dissonat 14. à veritate quod dicit N. A. pag. 94. nos contradicere S. Hieronymo, & dissonare constat ex iis, quæ scripsi à num. 1243. usque ad num. 1350. ubi probavi S. Hieronymum perperam intelligi ab Adversario, & à numero 1346. ubi ostendi S. Hieronymum pro nobis stare; & ubi ostendi S. Hieronymum nobis favere etiam in loco contra nos producto.

Dissonat 15. à veritate id, quod dicit N. A. nempè nos contradicere Eusebio Cæsariensi, & dissonare ostenditur 1. ex iis, quæ scripsi à numero 1211. Ostenditur 2. quia A. eo §. 5. ad quem nos remittit, exhibet mutilum locum Eusebii, suppressis verbis præcedentibus, & subsequentibus, quæ veram Eusebii mentem declarant, cui A. non potest asserere à nobis contradici. Quæ ex Eusebio profert pag. 10. sunt:

> *Quæ quidem disputationes Petri, & Appionis continent, quarum apud veteres nulla omnino fit mentio.*

Integer verò locus Eusebii sic habet:

> *Jam vero quid alia item opera, verbosa illa quidem, & prolixa* heri propè, & nudius tertiùs, *perinde quasi illius essent, introduxerunt, quæ quidem disputationes Petri, & Appionis continent, quarum apud veteres nulla omnino fit mentio, nam puram illam, & synceram Apostolicæ, Orthodoxæque doctrinæ notam minimè retinent.*

Prætereo hunc locum libri 3. Eusebii non haberi cap. 33. sed cap. 32. versionis Joannis Christophorsoni; nam variæ editiones variant etiam capitum numeros: versio Henrici Valesii lib. 3. cap. 39. hæc habet:

> *Quidam porro alia etiam opera prolixa, & copiosa sub ejus nomine* heri, & nudius tertiùs *in lucem protulerunt: putà Petri, & Appionis disputationes, quarum apud antiquos nulla omnino extat mentio. Neque enim sincera rectæ fidei ab Apostolis traditæ nota in illis expressa reperitur.*

Ex quo perspicitur N. A. solùm adduxisse ea, quæ videbantur favere illi sibi familiari argumento negativo, præteriens illud *heri, & nudius tertiùs*, & illa *neque enim sincera rectæ fidei ab Apostolis traditæ nota in illis expressa reperitur.* Unde manifestè dis-

P sonat

ſonat à veritate contradicere Euſebio Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi, non enim tenemus ſententiam productam *heri*, *& nudius tertiùs*, ſed mille annis antiquiorem.

Diſſonat 16. à veritate quod N. A. dicit pag. 94. nempè nos contradicere S. Irenæo, quem produxerat §. 5. pag. 18. & diſſonare oſtenditur ex ipſo loco à Neoterico citato, quo nihil contra nos continetur, agit enim de re, quæ ſciri non poterat, niſi Deo revelante, & de re, quæ neceſſariò dici deberet, nec dici poterat quin ſciretur. Neque hic locus S. Irenæi facit quidquam contra nos, qui aſſerimus Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, quæ non eſt res, quæ ſciri non poſſit ſine revelatione, nec res, quæ neceſſariò dici deberet.

Imò hic S. Irenæi locus ſervatâ proportione, & juxta diverſos gradus certitudinis, retorqueri poteſt contra A. applicando Sanctis, qui non negaverunt, ſed aſſeruerunt Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, quod S. Irenæus dicit de Apoſtolis: *Quod autem erat, & hoc dixerunt.*

Diſſonat 17. à veritate id, quod N. A. dicit pag. 94. nempè Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi contradicere S. Serapioni à ſe adducto §. 5. pag. 19. & diſſonare à veritate, conſtat ex iis, quæ Euſebius affert de S. Serapione loquens, nam Serapim agebat de incognito ſibi quodam Euangelio nomine S. Petri vulgato; & certum eſt non fuiſſe recipiendum tamquam ſacram Scripturam, niſi fuiſſet traditione maiorum probatum tamquam ſacram Scripturam, qua probatione illud carebat Euangelium. Deinde ignorans illud Euangelium, quod non perlegerat, continere errores, illud permiſit legi, non quidem ut librum divinitus inſpiratum, ſed ut non perniciofum. Et tandem illud Euangelium repudiavit, deprehendens illi adjuncta eſſe nonnulla diſcrepantia à rectæ fidei ratione, quia tunc cognovit probari poſitivo argumento tale Euangelium non fuiſſe, nec potuiſſe eſſe divinitùs inſpiratum, adeò parum fiſus eſt S. Serapion argumento negativo.

Diſſonat 18. à veritate id, quod N. A. dicit pagina 94. nempè Aſſertores Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi contradicere S. Theophilo Patriarchæ Antiocheno, à ſe producto §. 5. & diſſonare demonſtratur ex ipſo teſtimonio S. Theophili, quod N. pag. 20. nobis objicit, nam in primis S. Theophilus loquitur de traditione infallibili, & neceſſaria ad recipiendas ſacras literas; nos autem non indigemus traditione infallibili ad recipiendam Hiſtoriam de Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam; unde quando illam aſſerimus, dici non poteſt nos hoc ipſo contradicere S. Theophilo, præſertim cùm hic S. Pater confutaverit Homerum, non ſolùm quia ſcripſerat, quæ non probabat teſtibus oculatis, ſed quia narraverat inutilia, adeò parùm fiſus eſt S. Theophilus argumento negativo, ut putaverit adjiciendum argumentum poſitivum ab inutilitate rerum ab Homero narratarum.

§. XIII.

§. XIII.

Quæ dicit N.A. §. XIII. nempe: *Per spatium plusquam mille annorum non extitit traditio aliqua in Hispania, quæ testaretur Sanctum Jacobum in illâ prædicavisse*, consonant quidem iis, quæ idem N.A. scripserat in Dissertatione Latinâ, cap. 5. §. 2. versu *Verùm ego*, sed maximè dissonant à veritate, ut apertissimè ostendi à numero 2032.

Quæ dicit pag. 95. versu *Supponho que*, videntur prodere N. A. in hâc *Voce veritatis* adeo æstuavisse studio dissonandi à veritate, ut contra nos produxerit exemplum S. Cypriani, quod non solùm non nocet nostræ sententiæ stanti pro traditione, sed jugulat sententiam ipsius N. A. traditionem impugnantis. Nam error S. Cypriani non nitebatur traditione, sed anno 256. probabat consuetudinem novam, introductam ab antecessore suo Agrippino, anno 215. hoc est, anno tantùm uno supra quadraginta; contra S. Stephanum, qui *veritatem sedulo defendit invictissimo traditionis clypeo*, ut loquitur Natalis Alexander, in Hist. sæculi 3. cap. 3. art. 5. §. 4. S. Cyprianus tenebat consuetudinem Ecclesiæ Carthaginensis vix quadraginta annis antiquiorem; S. Stephanus probabat consuetudinem totius Ecclesiæ, de quâ S. Augustinus lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap.7. ait:

> *Quam consuetudinem credo ex Apostolicâ traditione venientem, sicuti multa, quæ non inveniuntur in literis eorum, neque in Conciliis posteriorum, & tamen quia per universam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur.*

S. Cyprianus tenebat consuetudinem novitiam quadraginta annorum, nos tenemus sententiam ex Traditione plusquam sexcentis annis supra mille antiquiore; & ipso fatente N. A. sexcentis annis longæviore; quæ comparatio sexcentorum (ne dicam mille & sexcentorum) ad quadraginta?

Prætereo N. A. duo affingere S. Cypriano. Primum est, ipsum affirmavisse sententiam suam niti Traditione; nihil enim tale legitur in Epistolis S. Cypriani, licèt illam multis aliis argumentis probare contenderit. Alterum est, S. Cyprianum tenuisse esse nullum Baptismum datum ab hæreticis, adhibitâ verâ materiâ, verâ formâ, & verâ intentione Ministri, nam tota concertatio S. Cypriani in eo erat, quod hæretici hæc habere non possent, ut constat ex ipsius Epistolis, in quo ipse, & reliqui Episcopi cum eo decipiebantur.

Quæ dicit pagina 96. versu *Naõ ha douto*, nempe fuisse Traditionem plurium Ecclesiarum particularium librum Pastoris esse Canonicum, & ut Canonicum citatum fuisse à S. Irenæo, Clemente Alexandrino, Origene, & Tertulliano, dissonat à veritate, nam minimè id probatur, licèt id scribat Dupin in Bibliothecâ Authorum Ecclesiasticorum tom. 1. pag.28. mihi, nam & testimonia Authorum, quibus id videtur probari, certè id non probant, verum quidem est, S. Irenæum lib. 4. adversus hæreses cap. 37. citasse illum librum

brum his verbis : *Bene ergo pronuntiavit Scriptura, &c.* Sed ex hoc testimonio non eruitur Ecclesias ullas recepisse librum Pastoris ut Canonicum, sed solùm illum receptum esse à S. Irenæo, ut docet Eusebius in Historiâ Ecclesiasticâ lib. 5. cap. 8. dicit enim de S. Irenæo loquens: *Non solùm novit, sed & recipit Pastoris scripturam.* Verum quidem est, S. Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatum in fine, scripsisse : *Divina ergo virtus illa, quæ Hermæ loquitur in revelatione*; sed hoc non probat, Hermæ librum ab aliquâ Ecclesiâ receptum fuisse ut Canonicum. Verum quidem est, Origenem citasse librum Pastoris non minus quam tredecim vicibus, sed in nullo dicit illum ab ullâ Ecclesiâ receptum esse ut Canonicum, imò Homilia 8. in Numeros ait: *In libello Pastoris, si cui tamen scriptura illa recipienda videtur, similia designantur*; & Homilia 1. in Ps. 37. ait: *Sicut Pastor exponit; si cui tamen libellus ille recipiendus videtur*, & in Philocaliæ cap. 1. ait: *Proinde nos quod dicitur in libro, qui inscribitur Pastor, & à nonnullis contemnitur.* Et verum quidem est, Tertullianum, dum erat Catholicus, scripsisse in libro de Oratione, cap. 12. *Nisi si Hermes ille, cujus scriptura ferè Pastor inscribitur*; sed hoc non est dicere, librum illum receptum fuisse ab aliquâ Ecclesiâ, ut scripturam Canonicam. Prætereo eundem Tertullianum jam hæreticum libro de Pudicitia cap. 10. de eadem Pastoris scriptura dixisse: *Divino instrumento meruisset incidi; si non ab omni concilio Ecclesiarum, etiam vestrarum inter apocrypha, & falsa judicaretur.* Et hæc sufficiant de quatuor illis Authoribus productis pro Canonismo libri Pastoris à N. A. qui fortè legit Dupin alienis oculis, ope alicujus, qui ipsi noluit ostendere quidquid de libro Pastoris scripsit Dupin; si enim omnia legisset, nunquam illud exemplum Pastoris produxisset contra nostram Traditionem, cui concedit septem sæcula durationis, ab anno millesimo æræ vulgaris, licet sit longè antiquior.

Sed dato, & non concesso librum Pastoris fuisse habitum pro Canonico ex traditione alicujus Ecclesiæ, dicant ii, qui hoc exemplum N. A. subministrarunt, quando orta est, quando interiit, quandiu duravit hæc Traditio? Dici non potest duravisse plusquam novem & viginti annos supra quadringentos, hoc est usque ad annum, æræ vulgaris 494. quo Gelasius I. Discipulus S. Augustini in Concilio Romano septuaginta Episcoporum rejecit tamquam Apocryphum librum Pastoris, cujus Author Hermes vivebat anno Domini 65. (ut summam ei tribuamus antiquitatem) videamus nunc quantâ firmitate gavisa sit pacificè traditio illa ab ortu suo usque ad interitum. Ortus est liber Pastoris sæculo 1. seculo 2. oppugnatus est à Tertulliano, & (nisi ille jam hæreticus circa hunc librum mentitus est) ab Ecclesiis. Sæculo 3. liber ille contemnebatur, teste Origene supra citato. Sæculo 4. despiciebatur, teste Eusebio Hist. lib. 3. cap. 3. & improbatur à S. Hieronymo. Sæculo 5. rejiciebatur à S. Prospero; & tandem in Concilio Romano Apocryphis annumeratus est. Quænam igitur

tur comparatio inter Traditionem de Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi per tot sæcula durantem inconcussam, & Traditionem de Canonismo libri Pastoris, nunquam non nutantem? In uno tantum conferri potest cum Traditione testante Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi liber Pastoris, sive Hermæ, qui licèt non sit Canonicus, est tamen utilissimus, scilicet in eo quod sicuti illa Traditio primo oppugnata est à Magdeburgensibus Lutheranis, ut dixi numero 22. ita hic liber Hermæ damnatur ab eisdem Magdeburgensibus, ut scribit Doctissimus Fevardentius in Annotationibus ad cap.27. libri 4. S. Irenæi, ubi de libro Pastoris loquens, ait:

> *Hæc observare libuit in Magdeburgenses, qui præcipuè hunc Authorem frivolis, & jejunis conjectationibus innixi, miseris modis exceptum lacerant, & damnant.*

Qui de fortuna libri Pastoris plura scire velit, legat eundem Fevardentium loco citato; legat Nicolaum Nourry, eruditissimum Benedictinum in Apparatu ad Bibliothecam Maximam veterum Patrum tota Dissertatione 4. Legat Joannem Baptistam Cotellerium tomo 1. Patrum Apostolicorum; & legat, si potest, Dupin loco citato, Natalem Alexandrum in Historiæ Ecclesiasticæ sæculo 1. cap. 12. articulo 9. & Hetherodoxum Joannem Pearson in Vindiciis Ignatiannis parte 1. cap.4. quod opus etiam extat tomo 2. Patrum Apostolicorum Cotellerii. Ego autem hic diutius immoratus sum circa S. Cyprianum, & Hermam, quia de his non meminerat N. A. in Dissertatione Latinâ, quâ de causâ nihil ipsi respondere potui in meâ Dissertatione Historico-Criticâ, quâ dilui omnia illius Dissertationes argumenta, & cùm illic nil dictum fuerit de S. Cypriano, neque de Herma, nullus de his locus est in mea Dissertatione, ad quem possit lectorem manuducere hic noster Index Harmonico-Criticus.

Ad id, quod dicit eodem §. XIII. pag. 96. de Epistolâ Catholicâ Sancti Jacobi Apostoli, abundè respondi à numero 1390.

Nostram Traditionem non esse de fide Divinâ fateor, esse fide humanâ certissimam assero; posse inveniri falsam non eo inficias, & certè si N. A. produxisset contra nos aliquem Pontificem S. Stephanum I. vel Gelasium I. vel quodpiam Concilium, qui illam reprobaret, meam sententiam desererem, & in contrariam pedibus irem. Sed quandiu nihil hujusmodi producitur, adoro vestigia Romanorum Pontificum, & præsertim Sanctissimi Pauli IV. & modo regnantis Sanctissimi Domini nostri Clementis XII. approbantium nostramTraditionem vide pag. 1249. & 1569.

Quæ dicit N.A. hoc §. XIII. pag. 96. nempe graviter per ignorantiam deceptos fuisse Patres quarti Concilii Toletani, decernentes dicendum: *Gloria, & honor Patri &c.* consonant quidem iis, quæ scripserat idem N. A. in Dissertatione Latinâ cap.4. §. 3. versu *Sed audiendus est*, sed valdè dissonant à veritate, nam illorum Patrum in eo decreto nullus fuit error, nulla intervenit ignorantia,

ut oſtendi à numero 1875. ubi probavi illos nihil decreviſſe contra Concilium Nicœnum, cujus decreta non ignorabant Epiſcopi Hiſpaniæ, ut teſtatus eſt S. Innocentius I. apud Cardinalem de Aguirre, tomo 2. *Conciliorum Hiſpaniæ*, pag. 154.

Quæ dicit N. A. eadem pagina 97. nempe falſum eſſe omnes Eccleſias Hiſpaniæ habere Traditionem de Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam, diſſonat à veritate, ut oſtendi à num. 1770. Imò id etiam à veritate diſſonare apertè oſtendit ipſemet Cardinalis Baronius, tomo 1. *Annalium Eccleſiaſticorum*, ad annum Chriſti 44. num. 1. ubi ait:

> *Quod verò ad ipſum Jacobum pertinet, cùm Hiſpaniarum Eccleſiæ OMNES ex æquo profiteantur, eundem Apoſtolum antea in Hiſpanias eſſe profectum, illicque primum prædicaſſe Euangelium, & aliquot collegiſſe diſcipulos, nihil amplius quod de eâ re dicamus, habemus, quàm quæ ſunt à nobis in Martyrologio Romano notata, quæ conſulat qui hæc cupit.*

Quæ Baronii verba diſſimulavit N. A. ut more ſuo à veritate diſſonaret, quando §. XI. verſu *Por outra parte*, pag. 78. produxit non indicato loco eundem Baronium ſcribentem:

> *De Jacobo autem nihil eſt quod dicamus, quem ut vidimus ante profectionem Apoſtolorum ad Gentes, ab Herode Agrippa conſtat eſſe necatum.*

Cùm tamen Baronius hæc habeat eodem *tomo* 1. *ad eundem annum* 44. *num.* 31. ſe referens ad id, quod dixerat num 1. teſtans omnes Eccleſias Hiſpaniæ aſſerere eam Prædicationem Sancti Jacobi. Idem eruitur ex Henrico Spondano *ad annum Chriſti* 44. *num.* 4. ubi poſtquam loquutus eſt de iis, quæ Baronius ſcripſit *tomo* 9. *ad annum Chriſti* 816. *num.* 50. ubi viſus eſt ſubdubitare de Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam, ſubdit Spondanus:

> *Adverſus Baronium conſurrexit pro ſuarum* Eccleſiarum Traditione *univerſa Hiſpania, multis eâ de re à quocumque hominum genere editis ſcriptis.*

Quæ Spondani verba jam produxeramus num. 108. & ſi nobis in mentem non veniſſet poſſe inveniri quempiam, qui negaret eſſe Traditionem omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ Sanctum Jacobum in ipſâ prædicaſſe.

Sed licèt multùm diſſonet à veritate aſſertio N. A. dicentis, eſſe falſum omnes Eccleſias Hiſpaniæ habere eam Traditionem, multò magis diſſonat à veritate id, quo ſuam aſſertionem intendit probare, cùm de Aſſertoribus Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi, clamantibus hanc eſſe Traditionem omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ, ſubjungit:

> *Sendo que o que gritaõ os Adverſarios he falſo, porque muitos Fieis, e doutos de Heſpanha affirmaõ, e tem por certo, que nunca Santiago prégou nella, e nem por iſſo deixaõ de ſer partes das Igrejas de Heſpanha.*

Quæ verba latinè ſonant:

> *Cùm id, quod clamant Adverſarii, ſit falſum, quia multi Fideles,*

Fideles, & docti Hispaniæ affirmant, & pro certo habent, nunquam Sanctum Jacobum prædicavisse in illa, & neque ideo desinunt esse partes Ecclesiarum Hispaniæ.

Hic lubet in primis inquirere, quâ logicâ argui possit dicendo: multi homines particulares, quin desinant esse partes Ecclesiarum Hispaniæ, negant Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ; ergo illum Apostolum in Hispaniâ prædicavisse, non est Traditio omnium Ecclesiarum Hispaniæ? Eâdem utique logicâ, quâ pessimum conficeretur hoc enthimema: Multi Catholici non sunt Sancti, quin desinant esse partes Ecclesiæ Catholicæ; ergo Ecclesia Catholica non est Sancta. Quæ conclusio est mala ratione formæ, & hæretica ratione materiæ. Etiam si verum esset antecedens N. A. (quod certè est falsum) falsissima est consequentia, quia ex propositione particulari de prædicato contingenti non potest inferri propositio universalis, neque enim ex hac propositione particulari: Multi Hispani ignorant historiam, vel negligunt Criticen, inferri potest; ergo omnes Hispani ignorant historiam, vel negligunt Criticen.

Dixi antecedens N.A. esse falsum, quia eruditissimus Historicus, & acerrimus Criticus Clarissimus Ferreras, in *Dissertatione Apologetica de Prædicatione Sancti Apostoli Jacobi Zebedæi in Hispania*, num. 1. de N. A. loquens, ait:

Hucusque nobis literarium cum exteris de prædicatione Sancti Apostoli Jacobi Zebedæi in Hispaniâ nostrâ bellum erat, nunc novus ex nobis hostis emersit R. scilicet P. M. F. &c.

Scit certè Respublica literaria N. A. fuisse primum Hispanum, qui scripsit contra Expeditionem Hispanicam S. Jacobi. Scimus quâ de causâ, & cujus consilio scripsit; & scimus quàm ægrè illius Dissertationem tulerit, feratque Lusitania, ut de reliquâ Hispaniâ taceam.

Quæ N. A. dicit eâdem paginâ 97. de S. Præsbytero, & Martyre Luciano ex Eusebio, libro 9. capite 6. eo loco non reperi, sed certum est dissonare à veritate verba Lusitana, in quæ N. A. transfert verba Latina, quæ producit; in his enim nulla est mentio de Traditione Gentilium, ut legenti patebit; unde nescio quî fieri potuerit, ut correctores hujus libelli hunc palmarem errorem non animadverterint.

Quæ dicit eâdem paginâ, versu *Indiscussa*, Adversarios etiam num velle non discuti, neque ad examen revocari Traditionem de Adventu S. Jacobi in Hispaniam, me singulariter indigitant, & non dissonat à veritate, ego enim, ut dixi numero 10.

Nihil censebam minus necessarium quàm denuo scribi de hâc controversiâ, quam præcidi, semper laboravi quantum in me fuit.

Nam necesse non erat scribi pro Expeditione Hispanicâ S. Jacobi, postquam hanc spartam ornaverant tot Clarissimi Viri, quos refero à numero 1561. & seqq. Scribi contra ipsam alienum esse à pietate, judico cum Cardinale de Aguirre, & Didaco de Avendaño supra citatis.

Præter-

Præterquamquod existimo, non esse penes privatos viros jus examinandi ea, quæ jam probata sunt ab Ecclesia, ut est Adventus Sancti Jacobi in Hispaniam, narratus in Breviario Romano, cujus summam authoritatem asserimus in secundâ Appendice. Videbam cum Magno Suario, negatione illius Traditionis iri dijectum omnes Ecclesiasticas Traditiones, & iri dijectum Columnam Cæsaraugustanam, pro quâ scripsi primam Appendicem, prævidebam prohibendam esse saltem in Hispania scriptionem quamlibet, quæ illam Expeditionem negaret, ut jam non semel accidit Dissertationi Latinæ N.A. Recordabar adversus Cardinalem Baronium consurrexisse universam Hispaniam; prævidebam Scriptorem illi negantem injuriis lacerandum fore, ut prævidit ipse N. A. testatusque est in vestibulo suæ Dissertationis. Mihi denique altè animo insederat sententia illa, quæ legitur in aureo libello de Imitatione Christi, cap. 14. num. 2.

> *Propter diversitatem sensuum, & opinionum satis frequenter oriuntur dissensiones, inter amicos, & cives, inter Religiosos, & devotos.*

Et vel Gentilis Lucanus eos reprehendit lib. 1. quibus

> *Bella geri placuit nullos habitura triunfos.*

Quæ N. A. dicit ibidem nempe, Defensores Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, cæcè, & ex obstinatione (sic enim Latinè reddenda existimo illa verba: *Seguindo apaixonadamente, e à carga cerrada a sua teima*) asserere nostram Traditionem, consonant quidem iis, quæ idem scripsit in Dissertatione Latinâ cap. 1. §. 2. versu *Simeon Metaphrastes*, sed dissonant à veritate, quia cæca obstinatio cadere non potest in omnes ferè Hispanos Scriptores, de quibus N.A. in Dissertatione Latinâ c. 1. v. *Secunda, eaque nobilis opinio*, testatur asserere hanc nobilem sententiam, his verbis:

> *Hanc indubiam esse volunt omnes ferè Hispani Scriptores.*

Et ibidem videtur fateri N. A. id cadere non potuisse in Alphonsum Tostatum, aliosque undecim Clarissimos Viros, de quibus dixit:

> *Hos omnes arbitror ei opinioni de Jacobæâ Prædicatione in Hispaniâ subscripsisse, quia vera, vel certè longè probabilior visa sibi est.*

Si illi non fuerunt cæcè obstinati, quo jure tales dici possunt, qui illorum vestigia sunt sequuti? Certè cæca obstinatio non cadit in viros literis, & pietate insignes, qui pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi decertant, quorum longam seriem dedi à num. 1561. præter Syllogen Authorum, illiusque Parergon, quæ conficiunt tertiam nostræ Dissertationis Appendicem.

Quæ N. A. dicit pag. 98. ex S. Gregorio VII. cujus unicum locum plusquam quinquaginta vicibus hoc libello allegat, consonant quidem iis, quæ idem N. A. scripserat in Dissertatione Latinâ cap. 11. versu *Tertia denique* sed maximè dissonant à veritate, ut latè ostensum est à num. 541. ex quibus constat nullius soliditatis esse fundamentum, super quod statuit suam sententiam; nam

nam potuit Sanctus ille Pontifex dicere illos duos Reges quidquam scire, vel non ignorare, & tamen ipse falli in hoc, quin mentiretur; imò poterant Reges ignorare eam Traditionem, & nescire eam extare in Officio Mozarabo, cum verè extaret. Quod unico exemplo clarissimè, & certissimè probari potest, jam ante tempora, & tempore Philippi Secundi, cognomento *Prudentis*, celeberrima erat in Hispaniâ Traditio asserens Beatissimam Virginem apparuisse S. Jacobo ad ripam fluminis Iberi, & ibi à S. Apostolo fundatum sacellum à Columnâ nuncupatum; & tamen Rex ille, qui meruit, & obtinuit cognomentum *Prudentis*, eam Traditionem ignorabat, ut scribit post alios Reverendissimus P. Urquiôla in opere inscripto: *Sagrada Columna de España*, lib. i. cap. 18. pagina 134. & certum est multis ante annis fuisse eam Traditionem in Hispaniâ notissimam; ergo sicut eam ignoravit Philippus II. ita duo illi Reges, ad quos scripsit Sanctus Gregorius VII. potuerunt ignorare Traditionem de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam.

Quæ N. A. dicit in margine paginæ 100. circa testimonium Petri de Marca, maximè consonant consuetudini ipsius N. A. negandi scilicet facillimè, & mirabili cum libertate quæcumque sibi adversantia, licet essent certissima; sed maximè dissonant à veritate, ut lectori constabit: illius verba sermone Lusitano adducam, ne dici possit me quidpiam immutasse; ait igitur:

> *O Senhor de Marca, Arcebispo de Pariz, disse, que em hum Codice antigo, que continha o livro de Santo Isidoro* de Ortu, & Obitu Patrum, *se lia a prégaçaõ de Santiago em Hespanha. MAS CERTAMENTE NAÕ ERA TAÕ ANTIGO COMO GREGORIO VII. e os dous Reys Affonso, e Sancho, pelo que fica mostrado.*

Quæ latinè reddita, aiunt:

> *Dominus de Marca Archiepiscopus Parisiensis dixit in quodam Codice antiquo, continente librum Sancti Isidori* de Ortu, & Obitu Patrum *legi Prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ, SED CERTE NON ERAT TAM ANTIQUUS QUAM GREGORIUS VII. & duo Reges Alphonsus, & Sanctius, juxta id, quod remanet monstratum.*

Nunc conferamus cum hoc N. A. dicto testimonium Illustrissimi, & Doctissimi Præsulis Petri de Marca, quod dedi numero 1414. ubi observavi illum Codicem, quem allegat Petrus de Marca, fuisse descriptum ante annum 858. Sanctus autem Gregorius VII. scripsit illam Epistolam anno 1074. hoc est, sexdecim annis supra ducentos, post annum 859. ante quem descriptus fuit ille Codex, & tamen dicitur ab A. in *Voce veritatis*, quòd ille Codex non fuit tam antiquus quàm S. Gregorius VII. O' longè clarissimam *Vocem veritatis*!

Quæ N. A. dicit contra testimonium Sancti Juliani, Archiepiscopi Toletani, consonant iis, quæ scripserat in Dissertatione Latinâ cap. 4. §. 3. versu *Sanctum quoque* sed dis-

 sonant

ſonant à veritate, ut latè oſtendi à numero 1423.

Quæ de teſtimonio V. Bedæ dicit pag. 102. verſu *A'cerca do Veneravel Beda*, conſonant quidem his, quæ dixerat Neotericus in Diſſertatione Latinâ cap. 4. §. 3. verſu *Ulterius allegant* ſed diſſonant à veritate, ut probatum eſt à numero 1438.

Quæ verò dicit pag. 102. verſu *Nem o Senhor Durana*, diſſonant ab iis, quæ dixerat in Diſſertatione Latinâ cap. 4. §. 3. verſu *At prædicationem*, ubi minori cum infidelitate citaverat locum S. Iſidori, prius poſitâ Hiſpaniâ, deinde aliis locis; in Diſſertatione verò Luſitanâ prius poſuit Occidentem, deinde Hiſpaniam, immutato verò verborum S. Iſidori ordine, juxta quem S. Joannes Chryſoſtomus, Sermone de S. Paulo, de hoc ait: *Vis eum videre curſorem ab Hieroſolymâ, & in circuitu uſque ad Illyricum, & inde in Hiſpanias, ET INDE in ultimas partes repletum eſſe Euangelium Chriſti.* Sed utroque modo diſſonant à veritate, quatenus dicunt illo loco S. Iſidori impugnari Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, quod quam falſum ſit, oſtendi numero 1403.

Quæ dicit pag. 103. verſu *Daqui ſe vê*, & repetit pag. 104. verſu *E primeiramente*, nempe S. Iſidorum affirmare: *Sanctus Paulus prædicavit in Hiſpaniâ, ubi Chriſtus non fuerat ante nominatus*, nec conſonant iis, quæ dixerat in Diſſertatione Latinâ loco citato, & diſſonant à veritate, ut oſtendi à num. 1404.

§. XIV.

Quæ N. A. dicit §. XIV. pag. 105. verſu *Para prova*, contra Prædicationem S. Philippi in Galliâ, conſonant iis, quæ dixerat in Diſſertatione Latinâ c. 4. §. 3. verſu *Sanctum quoque* ſed refelluntur in Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi, à numero 1434. Eodem verſu pag. 106. fatetur Sanctos Baſilium, Chryſoſtomum, & Auguſtinum, & alios deceptos fuiſſe in quibuſdam rebus, quas ſcripſerant, & contendit toto hoc libello non potuiſſe decipi S. Gregorium VII. de quo latè actum eſt à numero 630.

Quæ dicit N. A. pag. 108. verſu *Procede depois*, nempe, nullum ex Propugnatoribus Expeditionis Hiſpanicæ, præter Excellentiſſimum Comitem Stabuli Velaſcum, crediſſe quatuor Sermonibus Callixti II. diſſonat à veritate, nam plures, præter Excellentiſſimum Velaſco, illis Sermonibus fidem habuere, ut ſunt omnes, qui Expeditionem Hiſpanicam S. Jacobi aſſeruere, eamque probavere teſtimonio Callixti II. quos longum eſſet recenſere; legantur omnes, qui de hoc argumento ſcripſere, à nobiſque relati ſunt à numero 1560. uſque ad numerum 1723. niſi enim credidiſſent operibus Callixti II. certè non uterentur illius teſtimonio ad ſuam ſententiam confirmandam.

Ratio autem, qua N. A. nititur probare neminem ex Aſſertoribus Expeditionis Hiſpanicæ Sancti Jacobi credere Callixto II. nullo pacto ſubſiſtit, quia procedit ex falſo ſuppo-

supposito, & captioso dilemmate. Ex falso quidem supposito, quia supponit nos omnes asserere Sanctum Jacobum paucos in Hispaniâ convertisse, sed hæc suppositio valdè dissonat à veritate, ut ostendi numero 371. & 1483. nam nos cum pluribus asserimus, multos in Hispaniâ fuisse à S. Jacobo conversos, sicuti dixit Callixtus II. sed etiam si diceremus conversos fuisse paucos, semper crederemus Callixto II. dicenti Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ.

Nec nos constringit captiosum dilemma N. A. ita se habens: si creditur Sermonibus Callixti, dicentis multos fuisse conversos, ruit ratio, ob quam Sanctus Jacobus reliquit Hispaniam, quæ fuit penuria fructus; si illis Sermonibus non creditur, ruit authoritas Callixti. Dixi non nos constringere hoc dilemma, quia non dicimus Sanctum Jacobum reliquisse Hispaniam propter absolutam paucitatem conversorum, qui verè fuerunt multi numero, sed pauci videbantur præ magnitudine desiderii convertendi omnes, quo flagrabat Apostolus, ut dixi num. 2067. nec dicimus hanc paucitatem, quæcumque illa fuerit, extitisse causam, ob quam Sanctus Jacobus citò redierit in Palestinam; nam & si plures possint conjici causæ illius celeritatis, solùm una certior est, nempe, impulsus Spiritûs Sancti, cujus sunt investigabiles viæ.

Deinde neque admissâ absolutâ paucitate conversorum, dici potest corruisse authoritatem Callixti II. affirmantis Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispaniâ, quod est, quod intenditur probari eâ authoritate; nam aliud est prædicare in Hispaniâ, aliud convertere multos, vel paucos in Hispaniâ, nam etiam si nullum convertisset Sanctus Jacobus in Hispaniâ, per hoc non tolleretur venisse in Hispaniam ipsum Apostolum.

Præter illud captiosum dilemma, aliâ viâ impetit N. A. authoritatem Callixti II. dicens pag. 109. suspectum esse P. Marianam in evulgatione Sermonum Callixti II. sed dissonat à veritate, ut ostendi à num. 1496.

Quod dicit pag. 109. versu *E finalmente*, nempe, non esse credibile Callixtum II. ignorasse ea, quæ scripserat Gregorius VII. minusque credibile, si non ignorasset, ipsi contradixisse; utrumque dissonat à veritate, & quidem primum, quia valdè credibile est unum Pontificem ignorare id, quod alius Pontifex scripsit in Epistolis ad quosdam Reges, & credibilius est id ignorare privatum hominem, in Galliâ viventem, qualis erat Callixtus, cùm eos Sermones scripsit; vel ad summum Archiepiscopus Viennensis. Secundum nempe non esse credibile Callixtum II. contradixisse Gregorio VII. etiam dissonat à veritate, nam si apertè Gregorius VII. negavisset Prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ, valdè credibile est omnes viros doctos (qualis erat Callixtus II.) ipsi contradicturos, cùm illam affirmavissent gravissimi Authores antiquiores Gregorio VII. quos recensuimus à numero 1377. sed ut præteream S. Hieronymum, quem produxi à numero 1243. S. Isidorum, de quo dixi

dixi à numero 1377. S. Braulionem, de quo dixi à numero 1417. S. Julianum, de quo dixi à numero 1423. Venerabilem Bedam, de quo dixi à numero 1438. quibus N. A. litem intentat, licèt injustissimam, ut suis in locis ostendi. Centum & sexaginta annis antequam anno 1074. eam Epistolam scriberet S. Gregorius VII. testatus fuerat Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi Sisnandus Episcopus (qui vixit anno 914.) de quo dixi à numero 1488. Eandem testatus fuerat centum & sexaginta duobus annis ante S. Notkerus (qui obiit anno 912.) de quo dixi à numero 1484. Eandem testatus fuerat ducentis triginta duobus annis ante Valafridus Strabo (qui vixit anno 842.) de quo dixi à numero 1483. Eandem testatus fuerat ducentis & quinquaginta annis ante Freculphus Lexoviensis (qui vixit anno 824.) de quo dixi à numero 1476. Eandem testatum fuerat saltem ducentis & septuaginta ante annis Martyrologium Gelonense (cujus extat exemplar scriptum anno 804.) de quo dixi à numero 1474. Eandem testatus fuerat ducentis & septuaginta ante ad minus annis S. Beatus Præsbyter Libaniensis (qui vixit ad finem octavi sæculi) de quo dixi à numero 1471. Denique eandem testatum fuerat trecentis & duobus annis ante Martyrologium Blumani (cujus extat exemplar anni 772.) de quo dixi à numero 1470. Unde omnes viri docti (qualis erat Callixtus II.) meritò contradicturi essent Sancto Gregorio VII. Sequentes hos septem Authores longè antiquiores, ac proinde Callixtum II. non contradicturum S. Gregorio VII. dissonat à veritate.

§. XV.

Quæ dicit N. A. §. XV. pag. 110. versu *Hum vicio ha*, nempe, Clarissimum Duranam vidisse efficaciter impugnatam Prædicationem S. Jacobi, consonant quidem iis, quæ Neotericus sæpius jactat in Dissertatione Latinâ, sed quoties id asserit, toties à veritate dissonat, ut probavere omnes, qui contra ipsum scripsere, quos recensui à numero 1689. & ego ipse probo hoc meô longissimo opere.

Quæ eodem loco dicit, conferendo prædicationem S. Pauli cum Prædicatione Sancti Jacobi, nempe, neminem futurum esse, qui neget esse multò maiorem gloriam Hispaniæ, si S. Paulus sit illius Apostolus, quàm esset, si Sanctus Jacobus in illâ prædicavisset, summo artificio dicta sunt, sed in re maximè dissonant à veritate. Summo artificio dicta sunt, quia sonant potuisse dici, S. Paulum fuisse Apostolum proprium Hispaniæ, Hispaniamque fuisse singularem S. Pauli Provinciam; & potuisse dici S. Jacobo nihil aliud in Hispaniâ contigisse, nisi prædicavisse in Hispaniâ, & paucissimos convertisse, in quâ acceptione fortassè verum esset id, quod dicit N. A. sed hoc in re maximè à veritate dissonat, quia in primis ex unâ parte N. A. non probat, nec probare potest, S. Paulum fuisse Apostolum proprium Hispaniæ, neque Hispaniam fuisse Provinciam propriam S. Pauli, licèt benè probetur, S. Paulum prædicavisse in Hispaniâ, quod libentissimè concedimus,

dimus, & testamur in toto hoc opere, quod inscribitur *Expeditio Hispanica Apostoli Sancti Jacobi Maioris asserta, & ex S. Paulo Apostolo confirmata*; & præsertim numero 28. Unde libentissimè num. 1484. produximus verba S. Notkeri, dicentis Sancti Jacobi corporali præsentiâ, & doctrinâ, atque signorum efficaciâ referri conversos in Hispaniâ populos, *ad quorum fidei CONFIRMATIONEM, etiam Beatissimus Paulus Apostolus se iturum est pollicitus.* Deinde ex aliâ parte nos non dicimus tantummodo Sanctum Jacobum prædicavisse utcumque in Hispaniâ, sed plurimos etiam convertisse, ut scripsere plures Authores, quos retulimus à numero 83. & præterea cùm dicimus, Sanctum Jacobum venisse in Hispaniam, dicimus etiam ut ipsum inviseret, ad ripam Iberi venisse in Hispaniam Sanctissimam Virginem Mariam MATREM ADMIRABILEM, ex cujus Adventu longè maior gloria redundat in Hispaniam, quam redundaret ex Adventu, & Prædicatione non solius Sancti Pauli, sed totius sacri Collegii Apostolorum, ut dixi, & probavi numero 85.

Cùm in hoc §. XV. conetur N. A. respondere Gallo Duranæ, neganti Prædicationem Sancti Pauli in Hispaniâ, quam nos libentissimè admittimus, ut dixi numero 28. abstinemus à Critice circa ea, quæ non pugnant cum Expeditione Hispanicâ S. Jacobi, quæ ex Prædicatione Sancti Pauli in Hispaniâ certiùs affirmatur, & faciliùs defenditur; & hâc de causâ optarem, ut N. A. melius solvisset argumenta, quibus Durana, & alii Galli, & cum illis Estius oppugnant Prædicationem Sancti Pauli in Hispaniâ.

Quæ dicit pagina 127. versu *Durana argue*, nempe, credibiliorem esse Traditionem de Prædicatione S. Pauli in Hispaniâ, quàm de Prædicatione Sancti Jacobi, consonant quidem iis, quæ dixit N. A. in Dissertatione Latinâ, sed dissonant à veritate, ut toto nostro hoc opere probatum est. Cùm plura extent visibilia, & perpetua monumenta, quibus nititur Traditio de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, ut diximus à numero 1977. Nec N. A. proferet monumentum aliquod visibile Prædicationis Sancti Pauli in Hispaniâ, præter Authores, qui plerunque sunt ignoti populis, qui ea credunt, quæ à maioribus suis acceperunt, & ignorant ea, quæ leguntur in libris, præcipuè in libris Græcis, quorum notitia tardiùs ad Hispaniam pervenit; nam quidquid Græcarum literarum apud Hispanos est, emanavit ab Aria Barbosa Lusitano, ut testatur Antonius Nebrissensis, relatus à Nicolao Antonio in Bibliothecâ Hispaniæ, ubi de Aria Barbosa, qui Preceptor fuit Infantis Henrici, postea S. R. E. Cardinalis, & tandem Regis Lusitanorum, obiitque anno 1540. vel potius 1530. ut refert sæpius à nobis laudatus Clarissimus Dominus Franciscus Leitaõ Ferreira in *Notitiis Chronologicis Universitatis Conimbricensis*, Part. 1. ad annum Christi 1530. à num. 1051.

§. XVI.

§. XVI.

Quæ §. XVI. (quem vocat ultimum) pag. 109. versu *Quem tiver lido*, dicit N. A. nempe, se non fuisse usum præcipuis fundamentis, quibus usi sunt Baronius, & alii ad negandum Adventum Sancti Jacobi in Hispaniam, non consonant omninò iis, quæ scripsit ipsemet N. A. in Dissertatione Latinâ, & dissonant à veritate, & utrumque demonstratur. Nam fundamenta, quibus usus est Baronius, sunt.

I. Manuscriptum Toletanum, quo deceptus est ipse Sapientissimus Cardinalis.

II. Dubitatio de testimonio Callixti II. quod existimat non extitisse tempore Concilii Lateranensis, quia productum non fuit ab Archiepiscopo Compostellano contra Toletanum.

III. Epistola S. Innocentii I. ad Decentium, qua usus, & abusus est N. A. cap. 4. §. 1. versu *Confirmatur secundo.*

IV. Epistola S. Gregorii VII. ad Reges Alphonsum, & Sanctium, qua videtur usum esse N. A. cap. 1. versu *Tertia denique*, & sæpissimè utitur, & abutitur in hoc libello *Vocis veritatis.*

Post quæ subjungit Baronius tom. 9. *Annalium*, ad annum Christi 816. num. 51. *Hæc nos docent Patres, & Acta magni concilii affirmare suadent*, in quo certè deceptus est Sapientissimus Cardinalis.

Fundamenta verò, quibus usus est Natalis Alexander, sunt.

I. S. Jacobum occisum fuisse ante divisionem Apostolorum; quo etiam utitur N. A. cap. 2. §. 1. & nos refellimus à numero 373.

II. Manuscriptum Toletanum, quo certè non est usus N. A. sed illud nos refellimus à numero 653.

III. Silentium Archiepiscopi Toletani, non producto Callixto II. quo non usus est N. A. quodque nos refellimus à numero 1493.

IV. Authoritas S. Gregorii VII. quâ usus est N.A. frequentissimè; cui nos respondemus à numero 530.

V. Authoritas S. Innocentii Primi, quâ etiam usus est N. A. cui respondemus à numero 489.

VI. Negatio authoritatis S. Isidori, quâ suo modo utitur & abutitur N.A. c.4. §.3. cui respondi à n.1377.

VII. Negatio Breviarii Mozarabi, quâ utitur N. A. capite 4. §. 3. versu *Hinc infertur*, quem nos refellimus à num. 1817.

VIII. Negatio authoritatis V. Bedæ, quâ utitur N. A. cap. 4. §. 3. versu *Ulterius allegant*, quam nos refellimus numero 338. & latissimè à num. 1438.

IX. Negatio authoritatis Turpini, qua non utitur N.A. de quo nos non curavimus.

X. Negatio authoritatis Callixti II. contra quam plura dicit N. A. in hoc libello, quæ tamen jam à nobis diluta erant à numero 1491.

XI. Negatio authoritatis S. Juliani Toletani, quo utitur N. A. cap. 4. §. 3. quam nos refellimus à numero 1423.

XII. Contemptus authoritatis Freculphi, Walfridi, S. Notkeri, Mettelli Tergeseensis, Zachariæ Chrysopolitani, quo utitur N. A. cap. 5.

cap. 5. §. 4. quem nos refellimus à num. 1476.

XIII. Falsa explicatio authoritatis S. Hieronymi in cap. 5. Amos, qua etiam utitur N. A. cap. 4. §. 2. quam nos latè refellimus à numero 255.

XIV. Negatio fundationis Apostolicæ sacelli Cæsaraugustani à Columna nuncupati, quo usus est N. A. cap. 4. §. 2. versu *Sanctus Petrus Venerabilis*, & cap. 5. §. 3. versu *Quod dicitur*, quem nos refellimus à numero 1985. & latissimè in primâ Appendice Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, ubi de hac fundatione egi per paginas 228.

Quibus adde XV. adductum à Tillemont, nempe Prædicationem S. Pauli in Hispaniâ, quam alibi negat idem Tellemont, nempe tom. 1. ubi de S. Paulo art. 47. pag. 314. mihi, eo tamen utitur N. A. cap. 4. §. 2. versu *Et quis rogo* quam nos latissimè refellimus à numero 306.

Perpendat nunc lector veritatis amans quantum dissonet à veritate id, quod hac pagina 129. *Vocis veritatis* dicit N. A. se non fuisse usum præcipuis fundamentis, quibus usi sunt Oppugnatores Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi.

Pergamus nunc ad argumenta, quæ N. A. asserit se de novo adduxisse.

Primum est ex Actibus Apostolorum, quod N. A. producit cap. 2. §. 1. *Probatur secundo*, sed hoc nos refellimus à numero 155.

Secundum est ex S. Augustino, quod N. A. produxit cap. 4. §. 2. sed hoc nos refellimus à numero 586.

Tertium est ex S. Antonio Ulyssiponensi, quod N. A. producit eodem cap. & §. 2. versu *Item quod Augustinus*, sed hoc nos refellimus à numero 636.

Quartum est ex S. Petro Venerabili, quod N. A. producit eodem §. versu *S. Petrus Venerabilis*, sed hoc nos refellimus à numero 627.

Quintum est ex S. Adone Viennens, quod N. A. producit eodem §. versu *Sicut & S. Adonem*, sed hoc nos refellimus à numero 619.

Sextum est ex Venantio Fortunato, quod N. A. producit eodem §. versu *Venantius Fortunatus*, sed hoc nos refellimus à numero 610.

Septimum est ex S. Joanne Chrysostomo, quod N. A. producit eodem §. versu *Sanctus Chrysostomus*, sed hoc nos refellimus à num. 333.

Octavum est ex S. Hieronymo, quod N. A. producit hoc §. versu *Tandem ex Divo Hieronymo*, sed hoc nos latissime refellimus à num. 1312.

Quæ N. A. dicit hoc §. XVI. pag. 131. nempe, affirmationem Prædicationis Sancti Jacobi in Hispaniâ esse oppositam, & contrariam doctrinæ Sanctorum Patrum, & cum illâ incompatibilem, consonant quidem his, quæ N. A. scripserat in Dissertatione Latinâ toto cap. 4. sed dissonant à veritate, ut probavi à numero 573. quibus addo eam Prædicationem tradi à Breviario Romano, ut constat illud legenti, & dici non posse, illud Breviarium, approbatum à Sede Apostolicâ, tradere rem contrariam Sanctorum Patrum doctrinæ, & cum illâ incompossibilem.

Quæ N. A. dicit pag. 135. eos Hispanos, qui scandalizantur negatione Prædicationis Sancti Jacobi in Hispa-

Hiſpaniâ: *Eſſe quoſdam ſciolos ſuperbos, qui nunquam legere niſi Petrum de Mariz, Gundiſalvum de Illeſcas, Monarchiam Luſitanam, & alios Scriptores vernaculos Luſitanos, & Caſtellanos,* tam conſonant genio N.A. quam diſſonant à veritate, læduntque Sapientiſſimos Hiſpaniæ Doctores, Epiſcopos, Archiepiſcopos, & S.R.E. Cardinales, affirmantes Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, & offendunt ſacrum Tribunal ſupremæ Inquiſitionis Hiſpanæ, quod prohibuit decretis ſuis negationem illius Prædicationis S.Jacobi, idque non ſemel. Quo longè minus eſt quidquid contra recentes defenſores hujus Prædicationis dicitur per ſummam veritatis injuriam in hâc *Voce Veritatis.*

Omnia, quæ N. A. dicit à pag. 136. circa locum S. Hieronymi ſuper caput 34. Iſaiæ aſſerit pugnare cum Expeditione Hiſpanicâ Sancti Jacobi, à veritate diſſonant, ut probatum eſt à numero 1303.

Niſi quod ea, quæ dicit pagina 139. de Venantii Fortunati loco, quem N. A. fatetur loqui de terris, in quibus ſepulti ſunt Apoſtoli, conſonant veritati, quam adverſus N. A. oſtendi à numero 610. ſed diſſonant ab iis, quæ idem N. A. ſcripſerat in Diſſertatione Latinâ cap.4. §.2. verſ. *Venantius Fortunatus*, ubi de Venantio loquens, dixit:

> *Inducit Apoſtolos venientes ex iis regionibus, in quibus prædicaverunt Euangelium.*

Et hoc eſt unum ex argumentis, quæ N. A. de novo invenit contra Expeditionem Hiſpanicam Sancti Jacobi, quod nos refellimus loco citato, quo etiam manifeſtum fit argumenta à N. A. inventa contra eam Expeditionem nullius eſſe roboris. Et pariter cognoſcitur N. A. inconſtantia, qua modo ait, modo negat; unde nullam meretur fidem.

§. XVII.

Hoc §. quem poſt ultimum ſcripſit N. A. quemque vocat *Supplementum, ſive Appendicem ad demonſtrationes ſupra factas, demonſtrantes Sanctum Jacobum Maiorem nunquam prædicaviſſe, nec potuiſſe prædicare in Hiſpaniâ, & Apoſtolum S. Paulum eſſe unicum Apoſtolum, qui ipſam illuſtravit luce Euangelii*, vel in ipſo titulo quater diſſonat à veritate, quia ut ipſi conſonaret, debuiſſet quatuor propoſitiones, demonſtrationibus probare, quod non ſolùm non fecit, ut conſtat ex locis, quibus oſtendimus eum à veritate diſſonare; ſed nec facere potuit, nam de nullâ ex illis propoſitionibus poteſt dari demonſtratio, quia juxta Joannem Grammaticum, in 1. Poſteriorum cap.1. *Demonſtratio eſt ſcientialis Syllogiſmus ab his rationibus, quibus per ſe creditur, & quas omnes confitentur acceptas.* N. autem A. non probavit hoc pacto primam propoſitionem, nempe, Sanctum Jacobum non prædicaviſſe in Hiſpaniâ. Neque ſecundam, nempe, Sanctum Jacobum non potuiſſe in Hiſpaniâ prædicare, neque tertiam, nempe, S. Paulum eſſe unicum Apoſtolum, qui in Hiſpaniâ prædicavit. Imò neque quartam, (licèt illa vera ſit) nempe, S. Paulum prædicaviſſe in Hiſpaniâ; nam has propoſitiones non deducit ex rationibus, quibus per ſe credatur, & quas omnes

omnes confiteantur, cùm è contra nulli ſint, qui illis non credant, multi, qui illis diffitentur, ut ſuis in locis oſtendimus.

Quæ dicit pag. 143. verſu *Reſpondo*, nempe, ſe latè probaſſe diviſionem Apoſtolorum factam fuiſſe poſt mortem Sancti Jacobi, conſonant quidem iis, quæ ipſe ſcripſerat in Diſſertatione Latinà cap. 2. §. 1. & 2. ſed diſſonant à veritate, ut oſtendi à num. 373.

Quæ N. A. dicit eàdem paginà, verſuque eodem, nempe, neceſſe eſſe S. Barnabam impleviſſe numerum duodenarium à S.Leone dictum, diſſonant à veritate, nam S. Paulus fuit tertius decimus, teſte S. Auguſtino, ut vidimus num. 1204. & S. Barnabas fuit Apoſtolus poſterior S. Paulo, & omnibus Apoſtolis. Et quod caput eſt, S. Leo loquitur de illis duodecim Apoſtolis, qui acceperunt per Spiritum Sanctum omnium loquutionem linguarum in die Pentecoſtes, quo tempore non dum S. Barnabas erat Apoſtolus, ut conſtat ex Actibus Apoſtolorum, ſed mirè inconſtans eſt N. A. in enumeratione Apoſtolorum, ut excludat Hiſpania S. Jacobum; nam hoc loco memorat S. Barnabam, in Diſſertatione verò Latinâ cap. 4. §. 2. verſu *Quinta inſtantia*, S. Matthiam, quod diſſonare à veritate oſtendi à numero 1281. & utroque Opuſculo, Latino ſcilicet, & Luſitano, S. Paulum, cùm tamen S. Pauli Prædicatio in Hiſpaniâ nihil officiat Expeditioni Hiſpanicæ Sancti Jacobi, ut oſtendi à num. 306.

Quæ dicit pag. 149. verſu *Em primeiro lugar*, in primis ſcripta non ſunt à S. Auguſtino, ſed ab Anonymo Authore Collationis Carthaginenſis, citatæ à Chriſtiano Lupo in Scholio in cap. 36. libri Tertulliani *de Præſcriptionibus adverſus hæreticos*, eam autem Collationem edidit poſtremò Stephanus Baluzius *in nova Collectione Conciliorum*, pag. 117. Deinde nihil faciunt contra nos, qui non negamus Sanctos Apoſtolos, & cum iis Sanctum Jacobum primo prædicaviſſe in Hieruſalem.

Quæ dicit pag. 150. verſ. *Grande cegueira*, nempe, futurum eſſe magnæ cæcitatis aſſerere jam non prædicari Euangelium in Hieruſalem, & terris illi propinquis, cùm S. Jacobus fuit decollatus; verè dicit, ſed nihil contra nos, qui tenemus Sanctum Jacobum prædicaviſſe in Hiſpania, dum aliquot ex Apoſtolis prædicabant in Hieruſalem, præſertim Sanctus Jacobus Minor.

Quæ dicit de non prædicato Euangelio in quibuſdam Africæ locis, etiam tempore S. Auguſtini, nihil pertinent ad nos, qui loquimur de prædicato Euangelio in Hiſpaniâ, & prætereà refelluntur à Sapientiſſimo Alphonſo Toſtato Epiſcopo Abulenſi in Commentario in S. Matthæi caput 24. quæſt. 92. ubi utitur loco S. Pauli ad probandum id, quod Reverendiſſimus P. D. Hieronymus Contador ex ipſo Apoſtolo probat.

Quæ dicit pag. 152. in margine, nempe, non extitiſſe in Hiſpaniâ Judæos tempore Sancti Jacobi, diſſonant à veritate, ut oſtendi à num. 392.

Etiam diſſonat à veritate quod N. A. dicit pag. 153. eſſe Rhodios eos Coloſſenſes, ad quos ſcripſit S.

t Paulus,

Paulus, sed N. A. deceptus fuit ab aliquot Scriptoribus, qui id affirmant, unde hanc à veritate dissonantiam nostro N. A. non imputamus.

Quæ dicit pag. 154. nempe S. Crescentem, & S. Titum fuisse missos à S. Paulo in Galliam, & Dalmatiam Provincias, in quibus usque ad id tempus prædicatum non fuerat Euangelium, arguunt miram N. A. oblivionem, nam si eo tempore, quod proximum fuit martyrio Sancti Apostoli, ut fatetur N. A. non dum erat Euangelium prædicatum in Gallia; ergo S. Paulus non prædicaverat in Gallia; ergo neque in Hispaniâ; ergo corruit tota machina utriusque Dissertationis tam Latinæ, quàm Lusitanæ, scriptæ à N. A. qui asseruerat S. Paulum ex Galliâ venisse in Hispaniam, ut videre est in Dissertatione Latinâ, cap. ultimo versu *Subscribunt Græcis*, & in Lusitanâ §. 15. pag. 117. versu *S. Jeronymo.*

Quæ eadem pag. 154. versu *Mais ainda*, deducit ex Tertulliano, nihil ad nos, cùm ille loquatur de Africâ, nos de Hispaniâ; imò cùm ad aliud à Tertulliano, ut observat in caput illud 36. Doctissimus Christianus Lupus, dicta sint, nihil faciunt contra nos, qui pro nobis ad rem nostram produximus Tertullianum, ut faventem Expeditioni Hispanicæ Sancti Jacobi, numero 1207.

Quæ dicit pag. 155. nempe, nullum ex Sanctis Patribus docuisse Apostolos prædicavisse in universo mundo, dissonant à veritate, nisi velit dicere Sanctos Patres dicturos esse Sanctos Apostolos non paruisse præcepto Christi Domini, ut apud S. Marcum cap. 16. vers. 15. *Euntes in mundum universum, prædicate Euangelium omni creaturæ*; & nisi velit Sanctos Patres scripsisse contra S. Marcum eodem capite versu ultimo dicentem de Apostolis: *Illi autem profecti prædicaverunt ubique.*

Quæ dicit pag. 155. versu *O terceiro erro*, nempe, esse errorem P. D. Hieronymi Contador, scripsisse textum *in omnem terram exivit sonus eorum*, prolatum fuisse à S. Paulo eodem tempore, & etiam ante tempus, quo scripsit se velle venire in Hispaniam, maximè dissonant à veritate; nam S. Paulus protulit illum textum capite decimo Epistolæ ad Romanos, & manifestavit desiderium veniendi in Hispaniam, capite quinto decimo illius Epistolæ, & quis non videt caput decimum fuisse scriptum antequam scriberetur caput quintum decimum?

Quæ dicit pag. 156. versu *O quarto erro*, nempe, esse errorem dicere quòd S. Paulus non benè argumentaretur contra Infideles præsentes, & sui temporis, si Apostoli non dum prædicavissent in toto mundo, dissonat à veritate, nam hanc propositionem, quam dicit esse errorem, docuit stupor Mundi Alphonsus Tostatus in Commentario in cap. 24. S. Matthæi, quæst. 29. ubi de S. Paulo ait:

> *Addens etenim in omnem terram exivit sonus eorum, ergo necesse est quòd Apostolus intellexerit, jam exivisse sonum prædicationis in omnem terram, quia aliàs probatio sua non sufficeret, neque esset ad propositum.*

Et post pauca concludit:

Unde

Unde nemo potest satis rationabiliter dubitare Paulum in verbis illis sensisse prædicatum esse Euangelium per totum mundum tempore suo.

Quæ dicit pag. 158. nempe Rodericum Toletanum non fuisse omissurum in sua historiâ Prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ, si illa tempore, quo scripsit illa in Hispania, crederetur, dissonat à veritate, nam non scripsit de temporibus, in quibus vixere Apostoli, hinc etiam omisit Prædicationem S. Pauli, ut adnotavi num. 708. & 823.

Quæ dicit eadem paginâ, versu *Depois de Santo Isidoro*, de eodem Sancto, & S. Juliano Toletano, à veritate dissonant, ut supra adnotavi ex dictis à num. 1377. & à num. 1423.

Quæ dicit ibidem, non posse ostendi S. Beatum quopiam tempore habuisse cultum permissum ab Ecclesiâ in aliquâ Provincia, à veritate dissonat, nam constat habuisse, habereque cultum in Hispaniâ, ut scribit Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Veteri Hispaniæ, tom. 1. lib. 6. cap. 2. num. 38. pag. 325.

Quæ dicit eodem versu, sed pag. 159. nempe, editionem libri S. Beati procuratam fuisse ab Hispanis, à veritate dissonant, nam illum librum edi curavit (ut scribit Nicolaus Antonius capite citato, numero 36.) Petrus Stevartius, qui non erat Hispanus, sed Leodiensis, ut docet Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ.

Quæ dicit eâdem pag. 159. de viribus argumenti negativi, dissonant à veritate, ut latissimè probatum est à numero 829.

Quæ dicit pag. 164. contra eruditissimum Ferreras, eliduntur authoritate S. Gregorii Nisseni, cujus locum N. A. dedit mutilum pag. 34. libelli Lusitani, nos verò integrum numero 1217.

Quæ eâdem paginâ dicit pro traditione Apollonii eliduntur eâdem authoritate Sancti Gregorii Nisseni, & iis, quæ latissimè scripsi à numero 1217.

Quæ dicit pagina 160. versu *Durana diz*, nempe, esse discursum injurium Patribus Græcis dicere, eos tacuisse Prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ, quia ignorabant Historiam Ecclesiasticam Hispaniæ, dissonant à veritate, nam licèt quilibet ex illis Patribus esset clarissima lux Ecclesiæ, nullam ipsis obducit nebulam, qui dicit eos ignoravisse Historiam Ecclesiasticam Hispaniæ, quum nullus Author ipsos Patres præcessisset, qui eam Græcè exarasset.

Quæ innuit eodem versu, nempe, Græcos Patres ideo scripsisse Prædicationem S. Pauli, quæ spectat ad Historiam Ecclesiasticam Hispaniæ, quia hanc noverant, dissonat à veritate, quia ideo talis Prædicationis Paulinæ meminere, quia illam in votis habere scripserat S. Paulus cap. 15. Epistolæ ad Romanos, quod nisi scripsisset, fortasse nullus ex Patribus Græcis illius mentionem fecisset, ut videre est apud Tilemont, tomo 1. Memor. Eccles. notâ 73. de Sancto Paulo.

Quæ dicit pagina 161. versu *Conclue o Padre Contador*, etiam à veritate dissonant; nam in primis S. Augus-

S. Augustinus non dixit neminem scivisse, quod S. Hieronymus ignoraret. Nam Epistola illa de Obitu S. Hieronymi ad Cyrillum Hierosolymitanum, quâ legitur illud : *Quæ Hieronymus ignoravit in naturâ, nullus hominum unquam scivit*, non est S. Augustini, sed cujuspiam impostoris indocti, qui eam confinxit sub nomine S. Augustini, ut docent Lovanienses Theologi in censurâ hujus Epistolæ, qui etiam arbitrantur Authorem fuisse impostorem hæreticum. Quibus de causis ea Epistola collocata est à PP. Benedictinis Congregationis S. Mauri in Appendice tomi 2. operum S. Augustini complectente aliquot Epistolas ipsius nomine olim falsò prænotatas, estque numero 18.

Quæ ibidem dicit de S. Hieronymo, nempe, Doctorem Maximum ignoravisse Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, dissonant à veritate, ut latè probatum est à numero 1243.

Quæ dicit pag. 164. versu *Tambem he para notar*, circa Traditionem Apollonii, Tertullianum, S. Joannem Chrysostomum, S. Augustinum, S. Gregorium Papam, & Venerabilem Bedam, omnia à veritate absonant, ut ostensum est suis in locis, cum de his Patribus egimus ; & omnia diluuntur authoritate S. Gregorii Nisseni, quam N. A. dedit mutilam in hâc *Voce veritatis*, pagina 34. & nos produximus integram à numero 1217.

Quæ à pagina 165. dicit N. A. contra optimum senem Reverendissimum P. Fr. Augustinum à S. Maria, satis, superque se ipsa refellunt, & piè credo ipsum à Deo obtinuisse præmium Christianæ patientiæ, & Religiosæ humilitatis, quibus illa toleravit, unde non indiget nostrâ defensione, iisque contentus ero, quæ de Religiosissimo hoc viro scripsi numero 1709. & 2303.

Quæ dicit à pagina 165. usque ad paginam 175. repetit ex ante dictis, jam in hoc Indice notata sunt in locis, in quibus primò adducta, ibique ostensum est à veritate dissonare.

Quæ dicit eâdem paginâ 175. versu *Nem a sentença contraria*, nempe, sententiam defendentem Prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ non esse liberam inconvenientibus contra Religionem, aperireque viam ad contemptum doctrinæ Patrum, quod est intentum impiissimorum Lutheranorum, & Calvinistarum, omnino à veritate dissonant, ut fateri tenentur omnes Catholici ; nam cùm nostra sententia sit expressa in Breviario Romano, approbato à Sede Apostolica, dici non potest in eo Breviario contineri quidpiam contra Religionem, nec quidpiam aperiens viam ad contemptum doctrinæ Patrum, intentumque Lutheranorum, & Calvinistarum.

Quæ dicit pag. 176. versu *Porque sendo*, nempe, Prædicationem Sancti Jacobi in Hispaniâ asseri esse contra sacram Scripturam, consonant quidem iis, quæ N. A. dixerat in Dissertatione Latinâ cap. 5. §. 3. sed dissonant à veritate, ut ostendi à num. 147. & omnes Catholici tenentur asserere hoc N. A. dictum dissonare à veritate, quia Breviarium Romanum ab Ecclesiâ approbatum continet Prædi-

Prædicationem Hispanicam Sancti Jacobi, & dici non potest in eo Breviario contineri quidpiam contra sacram Scripturam. Legantur ea, quæ scripsi à numero 147. & in secundâ Appendice, seu Syntagmate de *Gravissimâ authoritate Breviarii Romani*, à numero 2664. quibus addenda sunt ea, quæ scribit Clarissimus Marzo in Opusculo Hispano-Latino Mariano-Jacobæo, pag. 186. à num. 300.

Quæ dicit paginâ eâdem, versu *Porque assim*, nempe, non dari Traditionem Ecclesiasticam de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, consonant quidem iis, quæ N. A. scripsit pluribus in locis, sed dissonant à veritate, ut latè ostendi à num. 1747.

Quod dicit pag. 184. nempe, Authores esse sicut aves, quod una volante, eam aliæ sequuntur; verum quidem est neque N. A. primus fuit, qui hoc dixit, ante ipsum enim idem scripserat doctissimus Chronologus Augustinianus P. Fr. Emmanuel Leal in opere Lusitanè inscripto *Crysol Purificativo*, pag. 11. col. 1. sed non ita absolutè, nam hic solùm confert avibus eos Authores, qui alios sequuntur sine proprio judicio; unde illud effatum in nihilo imminuit authoritatem innumerabilium Authorum, qui asserunt Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, quorum benè multi perpendunt fundammenta id probantia, & dissolvunt argumenta opposita, ex quibus aliquot recensemus à num. 1560. Престереà aves omnes ducuntur instinctu naturæ, quem ipsis indidit Divina Providentia juxta ea, quæ latè tradit S. Ambrosius lib. 5. *Hexameron*, cap. 13. & seqq. Si verò Authores, quos produximus pro Expeditione Hispanicâ Sancti Jacobi, eam defendentes contra Natalem Alexandrum, Joannem Launoyum, aliosque Gallos, sunt instar avium; erunt utique instar illorum anserum, de quibus idem S. Ambrosius, lib. citato, cap. 13. ait:

> *Nocturnas autem anserum quis non miretur excubias, qui vigilias suas etiam cantus assiduitate testantur? Denique eo etiam Romana Capitolia à Gallo hoste servaverunt. Merito illis debes Roma quod regnas.*

Quæ eo rectiùs aptantur Defensoribus Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi, quo vigilantiùs, & fortiùs defendunt authoritatem Breviarii Romani, quod in rebus historicis non comprehensis in sacra Scriptura regnat inter monumenta non revelata.

Circa id quod eâdem paginâ dicit: *Negat unus, aiunt mille, si non probant, præstat ille*; certe alio modo ea verba affert laudatus Pater Fr. Emmanuel Leal, libro citato, pag. 349. dicit enim: *Probat unus, negant mille, nisi probent, præstat ille*; ante quæ sapienter monuerat in rebus historicis non admitti argumenta topica, & probationes metaphysicas, & non esse evasionem, quæ difficultates solvat, negare principia, & habere pro suspectis Authores, qui communiter boni reputantur; unde verba illa quæ N. A. vocat axioma, nobis potiùs, quàm ipsi deserviunt, nam ille est unus, & non probat, unde præstant nostri, qui sunt plurimi, & probantes. Legatur circa hunc locum N. A. Clarissimus vir Petrus Hieronymus Hernandez Marzo in

Opusculo Hispano-Latino-Mariano-Jacobæo, pag. 69. num. 118.

Quæ N. A. dicit eàdem paginà 184. nempe, ab Assertoribus Expeditionis Hispanicæ Sancti Jacobi pro eà allegari quingentos, aut plures Authores, & ex iis antiquos falsò citatos, Recentiores plures esse Hispanos, diversos Lusitanos, Authores vulgares, (fortassè voluit dicere vernaculo sermone scribentes) qui nihil probant, à veritate dissonant; nam Authores antiquos fidelissimè citamus, ut videre est à num. 1196. Ex Recentioribus plusquam trecentos exteros producimus, nempe, Italos, Gallos, Belgas, Germanos, Polonos, Hungaros, Dalmatas, Græcos, Armenos, Arabes, Siculos, Sardos, Anglos, & Hibernos. Deinde plusquam sexaginta Authores producimus, qui non solùm affirmant, sed validissimè probant Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, ut videre est à numero 1560.

Quæ dicit pag. 193. nempe, plures Academias Galliæ, & Belgii non credere Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, idque se audiisse à testibus fide dignissimis, nobis incutiunt desiderium sciendi quænam sint illæ Academiæ, & quinam sint illi testes fide dignissi mi?

Quæ dicit ibidem de Guilielmo Estio, nempe, illum non credidisse Expeditionem Hispan icam S. Jacobi, nihil curanda sunt; nam Guilielmus Estius etiam non credidit Expeditionem Hispanicam Sancti Pauli, ut constat ex ejus Commentario in caput 15. Epistolæ ad Romanos; sed quidquid dicat Belga Estius, nos contra unum Belgam non credentem Expeditionem Hispanicam producimus illam affirmantes plusquam quinquaginta Belgas, plusquam quinquaginta Germanos, plusquam sexaginta Gallos, plusquam centum Italos, ut prætercam Authores aliarum Gentium minori numero productos in nostrà Sylloge Authorum, & in hujus Parergo, ubi exhibemus plusquam trecentos Authores, non Lusitanos, non Hispanos, sed omnes exteros affirmantes Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Quæ dicit ibidem de Doctissimo Christiano Lupo, nempe, non credidisse Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, jam à nobis ostensum est à numero 490. parum, vel nihilum nobis officere. Ibi dictis addo Christianum Lupum non negare Expeditionem Hispanicam, cùm in Scholio in cap. 20. libri Tertulliani *de Præscriptionibus* dicat:

Certum est Sanctum Jacobum si
in Hispania prædicaverit, non
fuisse Episcopum Compostellæ.

Et licèt Christianus Lupus Doctissimus Augustinianus non credidisset Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, non ideo tamen illa esset incredibilis; & pro uno Augustiniano illam non credente produximus plusquam triginta quinque Patres Augustinianos illam credentes, ex quibus decem sunt Canonici Regulares, viginti Eremitæ Calceati, & quinque Nudipedes.

Quæ dicit eàdem paginà 193. de sapientissimo Doctore Conimbricensi Reverendissimo P. D. Joanne Euangelista, Canonico Regulari Augustiniano; ipsum, nempe, de Expeditione Hispanicà Sancti Jacobi propo-

Proposuisse publicè Thesin problematicè propugnandam, ea quidem vera sunt, nam sapientissimus ille S. Augustini filius utramque problematis partem defendit; sed hoc ipsum, ipsæ scilicet Theses publicè propugnatæ, novo, & ineluctabili argumento demonstrant quantum à veritate dissonant ea, quæ N. A. scripserat in hoc libello, qui *Vox veritatis* inscribitur, pag. 175. nempe, sententiam asserentem Expeditionem Hispanicam aperire viam ad contemptum doctrinæ Patrum intentum à Lutheranis, & Calvinistis, & falsitatis convincunt ea, quæ N. A. hàc eàdem *Voce veritatis*, pag. 176. & in *Dissertatione Latina*, cap. 2. §. 1. & 2. scripserat, nempe, sententiam Expeditionem Hispanicam propugnantem, esse contra sacram Scripturam; nam si hæc duo absurda haberet nostra sententia, nullo pacto Doctor ille literis, & pietate insignis proposuisset publicè se illam defensurum, casu, quo ab arguentibus oppugnaretur. Neque Alma Academia Conimbricensis, neque Domini Inquisitores permisissent defendi problematicè Thesin, cujus una pars aperiret viam ad contemptum doctrinæ Patrum intentum à Lutheranis, & Calvinistis, multoque minus permitterent problematicè propugnari Thesin, cujus una pars esset contra sacram Scripturam. Ergo à veritate aberravit N. A. in *Voce veritatis*, quando ea absurda affixit nostræ sententiæ asserenti Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi.

Imò absolutè dissonat à veritate Reverendissimum P. D. Joannem Euangelistam contra nos allegari posse in illis Conclusionibus, quas propugnavit Conimbricæ in Regali Monasterio S. Crucis, anno 1724. 4. Maii, integra die, in quibus, in Conclusione encomiastica §. 1. sic ait:

Ex dictis inquirendum venit: Utrum Divus Paulus fuerit etiam Hispaniarum Apostolus? Negant quamplures; nos cum communiori Patrum sententia affirmamus. Inferes tamen 1. ergo primus fuit Paulus inter Apostolos, qui Fidem in Hispaniis prædicavit? Quanvis aliqui minus propriè affirment, nos propriissimè negamus. Inferes hinc 2. Ergo ante Pauli prædicationem fuit Apostolus, qui nostram portavit Euangelium in Hispaniam? Illatio non sequitur; ex ea tamen provecta jam apud exteros decertatio emergit, quæ nuperas dissertationes modo parit inter nostrates Lusitanos: Utrum scilicet Divus Paulus ita unicus sit censendus Hispaniarum Apostolus, ut Divo Jacobo Maiori omnino abjudicanda sit Hispanica prædicatio? Hinc inde dimicatur viriliter; & lubricus nobis est ad deliberandum locus, maximè cùm utraque sententia tot habeat inter Regalis Academiæ Proceres, ingenuos, nobiles, ac de literaria Republica benemeritos Patronos. Igitur ne apud aliquem è nostris malè audiamus PROPRIUM SILENTIO PRÆTERIMUS JUDICIUM, & utrorumque Antesignanorum Placitum, ut

pote

pote probabilibus rationibus suffultum scholastico sustentabimus in agone.

Utrumque præstitit sapientissimus Doctor, Religiosissimusque Pater, nam validè stetit pro nostrâ sententiâ, quando illam suscepit oppugnandam ingeniosissimus quidam Cæsarei Juris Doctor, qui veritatem oppugnare voluit, ut ipsa magis elucesceret. Subtilissimè etiam defendit sententiam nobis adversantem, quando eam prosternendam suscepit Illustrissimus Dominus Michael Carolus Acunia de Ataide, Pontificii Juris Doctor, Regalis Collegii Alumnus, cujus fortissima argumenta in cœlum evexit totius Conimbricensis Academiæ plausus. Unde maxima nostræ sententiæ crevit authoritas, quod in eo amplissimo sapientiæ Theatro propugnata fuit à Religiosissimo, & Sapientissimo sacræ Theologiæ Doctore Reverendissimo P. D. Joanne Euangelista; & quod pro ipsâ pugnavit eruditissimus Juris Pontificii Doctor Illustrissimus D. Michael Carolus Acunia de Ataide, à natalium splendore clarus, utpote filius Excellentissimi Domini Tristani Acunia de Ataide, Comitis de Povolide, germani Fratris Eminentissimi D.D. Nonii S. R. E. Cardinalis Acunia, tituli S. Anastasiæ, Regiæ Maiestati à sanctioribus de statu Consiliis, in Regnisque Lusitaniæ Quæsitoris Maximi, à sapientia clarior utpote qui juvenilibus annis in Conimbricensi Academiâ tenuit summa cum laude Juris Pontificii Cathedram, à probitate denique morum Clarissimus, utpote qui omnes æquales virtute superabat, dum inter Academicos degeret, & qui se maior ipso, rerum humanarum contemptor, adspirantis fortunæ blanditias fugiens, Christum sequutus est, & ruens in Crucis amplexus, sese abdidit in monasterium S. Crucis Conimbricæ, ut se ibi sepeliret vivum, ubi illius maiores primi Lusitaniæ Reges sepulti erant mortui.

Redeo ad locum unde digressus sum, & inquiro quâ veritatis specie dicat *Vox veritatis* non credidisse nostram sententiam P. Doctorem D. Joannem Euangelistam, si ipse fatetur eam esse probabilibus suffultam rationibus? Quo jure allegari potest contra nos Doctor, qui de nostrâ quæstione testatur *se proprium silentio præterire judicium*? Sed ea est fides, qua N. A. Authores allegare solitus est.

Judicium autem proprium quod prudentissimus ille Doctor præterivit in Conclusionibus anno 1724. omnibus tandem patefecit anno isto 1731. quo edidit librum inscriptum: *Historia Chronologica dos Papas, Emperadores, e Reys*, proprio tecto nomine sub pellucido purissimi anagrammatis velo; nam *P. Damiaõ Goneto e Sylva*, qui dicitur Author illius, totidem eisdemque notis redditur: *P. Dom Joaõ Euangelista*, quo in libro pag. xxvii. cùm loquutus esset de Recaredo Rege Hispaniarum subdit:

Em seus successores ficou perseverando a verdadeira Religiaõ, que Santiago Maior nestes Reynos tinha plantado, e S. Paulo depois estabelecido.

Scilicet in Recaredi successoribus mansisse, perseverareque veram Religionem, quam S. Jacobus Maior in his regnis plantaverat, & S. Paulus postea stabiliverat.

Quæ dicit N. A. eâdem pag. 193. de Regalis Academiæ sociis, aliisque asserentibus Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, eos nempe tantummodo legisse Petrum de Mariz, Emmanuelem de Faria & Sousa, Bernardum de Brito, Antonium Brandaõ, Franciscum Brandaõ, Gundisalvum de Illescas, Georgium Cardoso, & alios Scriptores vulgares nihil probantes, gloriæ ducunt ipsi legi in libello pleno dictis à veritate dissonantibus, & hoc sat erat ad detrahendam fidem toti libello, cùm propter omnibus cognitam vastissimam eruditionem sociorum Regalis Academiæ, tum propter ingentem numerum Authorum, qui Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi validissimè probaverunt, quos suspicor numquam lectos fuisse à N. A. licèt fuerit Doctissimus, ut verè fuit, nam paucissimorum meminit, ego verò quinquaginta retuli qui eandem Expeditionem efficacissimè probaverunt operibus in lucem editis, ut videre est à numero 1560. usque ad numerum 1723. præter quindecim, quorum Dissertationes non dum typis mandatæ sunt, quos produxi à numero 1724. usque ad numerum 1740.

Quod N. A. suadere conatur in eâdem pag. 193. non esse contra pietatem negare Sanctum Jacobum prædicavisse in Hispania, consonat quidem iis, quæ dixerat in Dissertatione Latina cap. 1. §. 2. à versu *Audaciam*, dissonat tamen à veritate, ut constat ex testimonio Cardinalis de Aguirre, quod produxi num. 2132. & ex testimonio eruditissimi Theologi Didaci de Avendaño, quod produxi numero 2133. quo disertis verbis asseritur.

> *Dubitari de hoc in Hispaniam Apostoli adventu* salva pietate *nequit.*

Multa alia dissonantia à veritate leguntur in hoc libello inscripto *Voz da Verdade*, quæ cum dicta sint per summam injuriam contra optimos, gravissimosque viros, non opus est refelli, quia à nemine creduntur, nec credi possunt, & ex se ipsis ruunt, probantque malam esse N. A. causam juxta sententiam Eruditissimi, & Reverendissimi P. Feixoo in *Theatri Critici tomo* 1. in fine Prologi, ubi ait:

> *Algunos me previenen, que cargaran sobre mi injurias, y dicterios. En esse caso me asseguraré mas de la VERDAD de lo que escrivo, pues es claro, que desconfia de sus fuerças, quien contra mi se aprovecha de armas vedadas.*

Et non solùm ruunt illa, sed secum trahunt ad terram cætera omnia, quæ in hoc libello dicuntur, etiam si nonnulla fortasse vera sint, juxta sententiam Aristotelis, de quo scribens Diogenes Laertius lib. 5. ait: *Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur? Ut quum vera (inquit) dixerint, non illis credatur*; & his finem impono Indici Harmonico-Critico pro asserenda, & ostendenda veritate, confecto hac die decima Novembris, sacra magno illi nostræ Congregationis Luminari S. Andreæ Avellino, Theatinæ eruditionis Patrono, veræ sententiæ de Expeditione Hispanica Sancti Jacobi faventi, ut supra §. 6. vidimus, veritatis vindici, & vel levis mendacii

horrore graviſſimè perculſo, ut de ipſo teſtatur idem Romanum Breviarium, quod teſtatur Expeditionem Hiſpanicam S. Jacobi, Maioris Apoſtoli, qui unà cum S. Andrea Avellino (quoniam ambo ſunt morientium Patroni) nobis per interceſſionem MATRIS ADMIRABILIS, à Chriſto JESU impetret, ut vitam noſtram claudat felix, & beatus

FINIS.

INDEX
GENERALIS
Utriusque Voluminis, Expeditionis nempe Hispanicæ Sancti Jacobi Maioris assertæ, atque illius Appendicum.

A

Apos-

Hispani-

B

S. Bruno

losæ

Consue-

S. Doro-

rentur

illius

S. Fran-

rum

H

Hermas.

Hispani

Voz

ff illa

in

Intrudi.

mus

mus Regius Plenipotentiarius (ut vocant) pro ineundis pactis nuptialibus duplicis conjugii, nempe illius, quo Princeps Dominus Noster duxit Serenissimam D. D. Mariannam, filiam Regum Catholicorum, & illius, quo Serenissima Maria Barbara, filia nostrorum Regum, nupsit Principi Asturum; ubi sibi commissa negotia ea felicitate confecit, ut redierit utrique Aulæ gratissimus. Vir est, cujus disertissimam eloquentiam in cœlum usque evehit summis laudibus Regalis Academia Historiæ Lusitanæ, in qua est unus ex quinque illius Excellentissimis Censoribus; omnesque Sapientissimi Socii ab illius ore pendere solent, quotiescumque ipsi lucubrationes suas de more Academico recitare contigit. Clarissimi hujus Authoris non memini in nostra Sylloge, quia priùs impressa typis fuit, quàm ille die II. Augusti, anni 1731. rationem rederet studiorum, ut mos est Academicis, ubi innuit nostrum Apostolum venisse in Hispaniam; & die X. Decembris, anni M. DCCXXXI. quo Director fuit, recitaret Orationem, qua disertè asseruit Sanctum Jacobum Maiorem prædicavisse in Hispania; & ne ignoraretur nostram sententiam habere patronum tantum virum, & Criticæ artis peritissimum, nolui ut Clarissimum illius nomen in hoc Indice desideraretur, illiusque testimonium ideo pluris faciendum est, quia huic eruditissimo Censori nostro accidit idem, quod acerrimo Critico P. Guillielmo Cupero, cui cùm antea arrisisset sententia negans S. Jacobum venisse in Hispaniam, postea defendit duplici commentario sententiam id affirmantem, ut videre est ex hoc Indice Generali, verbo *Guillielmus Cuperus.*

R. P. D. Josephus Barbosa, C. R. laudatur, n. 1482. Collegit copiosissimum numerum librorum spectantium ad Historiam Lusitaniæ, num. 2399. Asserit Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi in Panegyrico S. Joannis à Cruce.

Josephus de Barzia & Zambrana, laudatus fuit à V. P. Antonio à Plagis, pag. 1385. Recensentur opera illius. Ibidem.

Josephus Felix de Amada doctissimè probat sacellum Cæsaraugustanum *à Columna* dictum extructum fuisse à S. Jacobo Maiore, num. 1663. & seqq.

Josephus de Mattos à Rocha, laudatur pag. 1435.

R. P. Josephus Nicolaus Cavero, profert 188. AA. pro Apostolica fundatione sacelli Cæsaraugustani, licet plusquam quadringentos collegisset, num. 2850. cujus Traditionis acerrimus est Propugnator, num. 2469. Laudatur 2457. & 2458. Vide pag. 1387.

Josephus Pellicer de Ossau & Tovar non uno in opere propugnavit Expeditionem Hispanicam S. Jacobi, n. 1636. Retulit 250. AA. pro illa Expeditione, num. 2850.

Josephus

Magde-

M

Jussit

V. M.

N

Imme-

Apollo-

Apollonii incepisse ab Ascensione Christi; & tamen in libello, qui falsò inscribitur *Vox veritatis*, pag. 74. dixit incepisse à principio primi anni prædicationis Christi. Vide pag. 1448. Inutiliter usus est authoritate S. Petri Venerabilis, num. 2418. Neoterici Adversarii argumenta omnia solvimus, num. 2591. Ea etiam diluit R. P. Guillielmus Cuperus S. J. omnium fortissimè, & felicissimè. Ibidem, & seqq. Falsò scripsit Historiam de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam hucusque cucurrisse indiscussam, pagina 1264. Laudavit Authores Gallos contra Duranam, ignorans hunc esse Gallum, pag. 1265. Negans præferendos Authores indigenas, refellitur remissivè, pag. 1299. Falsò negat S. Beatum habuisse cultum, pag. 1552. Solitus est negare plurima immeritò. Ibidem. Oppugnans authoritatem S. Vincentii Ferrerii, refellitur, pag. 1425. & seqq. Obiit anno 1728. die 29. Aprilis, hoc est, pridie ejus diei, qua Græci celebrant festum Sancti Jacobi Maioris, pag. 1427.

Neotericus Adversarius tacitè rejectus.

Neotericus Adversarius falsò dicit Hispanos in publicis Comitiis intendisse spoliari S. Jacobum honorifico Hispanicæ Patroni titulo, num. 79. Conatus est validiùs reddere argumentum a Traditione Apollonii, à n. 397. Dixit falsò Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi repugnare Actibus Apostolorum non citato loco, num. 149. Rejicitur à num. 150. & præcipuè à num. 155. Dicit S. Jacobum nullam habuisse causam redeundi Jerosolymam, si venisset in Hispaniam, à num. 183. Sed refellitur ex S. Paulo, à n. 187. Dicit S. Jacobum non potuisse redire Jerosolymam, nam non poteret deserere Hispaniam, si hæc esset illius Provincia, num. 183. Sed refellitur ex S. Paulo, à n. 204. Tribuit D. Hieronymo testimonium Sophronii asserentis S. Jacobo datum esse prædicare duodecim Tribubus, quæ erant in dispersione, num. 225. Falsò dicit S. Paulum asseruisse sibi vetitum fuisse à vaticinio Isaiæ prædicare Gentibus, apud quas jam Christus fuerat nominatus. Refellitur, num. 231. & à n. 242. Falsò dicit S. Paulum non tetendisse Romam ut ibi prædicaret, & refellitur ex S. Paulo, à num. 234. Opponit nostræ sententiæ S. Joannem Chrysostomum, sed frustra à num. 264. Immeritò dicit difficillimum esse respondere huic argumento, n. 278. Profert tredecim testimonia Patrum, adducta à Pererio, Baronio, Sanctio, & Natali Alexandro, quibus probari solet S. Paulum prædicavisse in Hispania, sed malè ex ipsis infert S. Jacobum in ipsa non prædicavisse, ut videre est, à n. 325. & 353. Illius argumenta nullius sunt momenti, n. 359. Multa supponit falsò cum Guillielmo Estio,

Juliani Commentarium in Nahum, à num.1429. Falsò dicit eos, qui adjudicant V. Bedæ *Exceptiones*, *Collectanea*, &c. secutos fuisse maleficam sententiam Sixti Senensis, & Pitsei, n. 1450. & 1451. Immeritò comparat Epistolam Discipuli V.Bedæ Epistolæ, quam in sui perniciem tulit Urias, num.1452. & seqq. Immeritò imminuit vim verborum *fertur*, *refertur*, *dicitur*, quoniam hæc significant Traditionem, num.1485. Refellitur integro libro à doctissimo Patre Fr. Daniele à Regibus, num.1740. & 1742. Falsò dicit multos fuisse, & esse Hispanos, qui negant Expeditionem Hispanicam Sancti Jacobi, num. 1779. Falsò dicit nullam in Hispania esse Traditionem de Adventu S. Jacobi. Ibidem latissimè. Falsò dicit Clarissimum D. Joannem de Ferreras loquentem de correctione Breviarii facta à Cardinalibus Baronio, Bellarmino, & Antoniano, loqui de correctione facta jussu Urbani VIII. num. 1950. Et circa has correctiones miserè errat. Ibidem, & seqq. Malè dicit Hispanos voluisse Expeditionem Hispanicam in Breviarium *intrudi*, num. 1952. & seqq. Falsò dicit S. Marcellini lapsum pati insuperabiles difficultates, à num. 1957. Malè allegat, & ineptè accommodat caput *Si Papa*, à n. 1962. Negat Baptismum Constantino collatum fuisse à S. Silvestro, à num.1967. Immeritò à nobis exigit Authores coævos Traditioni de Expeditione Hispanica Sancti Jacobi, numero 2003. Falsò dicit Sanctum Julianum non egisse de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, n. 2004. Falsò dicit S. Isidorum, & V. Bedam esse contrarios Expeditioni Hispanicæ Sancti Jacobi. Ibidem. Opponit nobis loca Patrum, quæ sunt contra producentem, num.2006. Opponit nobis Eusebium Cæsariensem, qui est contra producentem, num. 2007. Opponit nobis S. Athanasium, qui est contra producentem, à numero 2009. Opponit nobis S. Gregorium Nissenum, qui est contra producentem, num. 2013. & 2014. Opponit nobis S.Vincentium Lerinensem, qui est contra producentem, numero 2015. Falsò dicit nostram Traditionem nihil aliud esse, quàm vocem, & famam, num.2032. Falsò dicit notitiam Expeditionis Hispanicæ S. Jacobi esse ortam post sæculum nonum, n. 2033. Falsò dicit illius famam sparsam fuisse à Castellanis, n. 2034. Falsò dicit illam notitiam ortam fuisse occasione inventionis Corporis Sancti Jacobi, n.2035. Falsò dicit Corpus Sancti Jacobi asportatum fuisse ex Hierosolyma in Gallæciam non multo ante quam inveniretur illius sepulchrum in eadem Gallæcia, numero 2036. Immeritò nobis opponit locum Eusebii *lib.* 2. *Historiæ cap.* 25. num.2038. Falsò dicit esse de

fide

O

P

Pro-

S

Nec

T

tutis

ut

V

Differ-

Y

Z

oo

ERRATA IN SECUNDO VOLUMINE CORRIGENDA.

Num.	linea	*Errata.*	*Corrige*
2198	5	Chriſtianus, Adrichomius	Chriſtianus Adri-chomius
2024	5	Billis	Billii
2243	2	quidem	quidam
2252	3	anno 1623	anno 1723
Sectio II. in Titulo		*MATRI ADMIRABILI*	*MATRIS AD-MIRABILIS*
2256	3	Urrutiguyti	Urritigoyti
2259 p.956	2	quæſt. 19.	Quæſt. 19.
2262	6	*acevum*	*acervum*
2298	7	Guimaranus	Guimeranus
2303	5	Auguſtinianum Nudipedem	Auguſtiniani Nu-dipedis
§.3.p.974.in titulo		*Imaginem*	*Imaginum*
2311	3	Rey	Rex
2324	2	*Kikena*	*Xixena*
2362	4	*apportata*	*aſportata*
2378	5	Gornono	Gonono
2388	5	Nadaſin	Nadaſim.
2504	16	Araziil	Araziel
1532			2532
2685	2	Vincentuis	Vincentius
2696	4	inter;	inter ſe.
2755	8	Porochi	Parochi
2757 p.1195	16	Buiario	Biuario
2770 p.1202	2	Hilarius	Honoratus
2805 p.1214	2	Parienſis	Pariſienſis
2811 p.1216	6	Sancti Dionyſio	Sancto Dionyſio
Pag. 1237	17	Hyeronymus	Hieronymus
Pag. 1239	23	Natalis Alexander	Alexander ab Ale-xandro
Pag. 1252 num. XX.	3	*Eferide*	*Efemeride*
Pag. 1260 n.LXXX.	5	P. Segnavi	P. Segneri.
Pag. 1288 n.CCLVI.	3	Trisburgi	Frisburgi
Pag. 1336. n. CDI.	7	pag. . . .	pag. 23. col. 2.
Pag. 1369. n.CDXCI.	10	Hiſpanæ	Hiſpaniæ
Pag. 1431	2	numero	n. 1661. & p. 1366.

pp Ibidem

ERRATA

Ibidem	5	numero....	n. 1715. & p. 1397.
Pag. 1433	2	Leopoldum I.	Josephum I.
Pag. 1435	16	de Providentiâ	de Providentiâ Præpositi
Pag. 1447		Caput II.	§. III.
Pag. 1470		Caput III.	Caput II.
Pag. 1474		Caput IV.	Caput III.
Pag. 1509	18	Lebrum	Lebrun.
Pag. 1510	18	Decherius	Dacherius.
Ibidem	21	Hucber	Hueber.
Pag. 1551.	22	Elefeus	Elisæus.